


8L

22a-8-4



BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA	
Sala:	A
Estante:	4
Numero:	384

de la compaña de Jesus de Granada B. de.

SERMONES ^{R. 5709}


SIVE ENARRATIONES IN EVANGELIA,

Et Epistolas Quadragesimales, Qui The-
saurus nouus vulgò vocantur:

PETRO DE PALVDE AVTHORE,

Exactissimè & fidelissimè denuò recogniti.

I
N
V
I
R
T
V
T
E,



E
T
F
O
R
T
V
N
A.




L V G D V N I,

APVD GVLIEL. ROVILLIVM.

SVB SCVTO VENETO

M. D. LXXVI.





INCIPIUNT

ENARRATIONES

QUADRAGESIMALES

NOTABILES ATQVE

PERTILES,

Quæ Thesaurus nouus inticulantur.

IN DIE CINERVM,

Enarratio prima de epistola.

Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu & planctu, & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Scribitur Joel. 2. c. & legitur hodierna die pro epistolari officio. Thema.



IDEMVS vbi rex vel princeps vult inire bellum contra inimicos suos, ille solet facere vnam proclamationē per nuntios suos promittens seruis & militibus suis larga stipendia, illis scilicet qui legitimè certauerint. Spiritualiter, sic rex regum, dominus dominantium, vult contra hostes suos certare, scilicet potestates demonum, ideo pramittit nuntium, scilicet ioēlem prophetam, qui proclamat curiam & litigium, vt omnes ad eum properemus, promittens larga stipendia, scilicet dei misericordiam & gloriam. Figuratur i. Regum 17. Saul promisit largisua dona ei, & eripi domum illius à tributo, qui vellet duellare contra Goliath. Spiritualiter, sic dominus Deus promisit quòd velit nos eripere à tributo peccati, & stipendium pium, scilicet misericordiaz, vt pugnaremus contra diabolum & eius suggestiones. De quo stipendio largo dicitur in introitu missæ, Misereris omnium domine, & nihil odisti eorum quæ fecisti, dissimulans peccata hominum propter penitentiam. Sapient. 11. Et vt istam militiam & pugnam salubriter incipere

valcamus & finire, inuocat ecclesia diuinū auxiliū in collecta dicens, Præsta quæsumus domine fidelibus tuis, vt ieiuniorū veneranda solennia & congrua pietate suscipiant, & pia deuotione percurrant. Ideo propheta Ioël, tanquā domini præcursor in epistola inuitat nos oēs in persona dei ad curā pœnitentiæ, dicens, *Cōuertimini ad me, vt supra.* Et post hoc subdit rationē dicens, *Et conuertimini ad dominum Deū vestrum, quia benignus & misericors est.* Concordantia inter Epistolam & euangelium. Nam epistola docet vt per ieiunium conuertamur ad deum. Euangelium verò docet modum ieiunandi, q̄ non queramus nostrā gloriam, sed dei. In summa epistolæ propheta Ioël duo innuit. Primo hortatur peccatores ad pœnitentiam, ibi, *Conuertimini.* Secundo prōmittit pœnitentibus indulgentiam, ibi, *Conuertimini ad dominum deum vestrū, quoniam benignus, &c.* De primo nota hęc quatuor. Primò, ad quem debemus conuerti. Secundò, qualiter. Tertio, Quare. Quarto, in quibus. De primo, s. ad quē debemus cōuerti, loquitur dominus dicēs, *Cōuertimini ad me, Ier. 4.* Si reuerteris Israël ad me, dicit dominus, ad me conuerrere. Nam multi conuertuntur de vno peccato ad aliud. De quibus Ierem. 9. De malo ad malum egressi sunt, & me non cognouerunt, dicit dominus. Ratio, quia peccatum est auersio à Deo. August. Spreto bono incommutabili commutabilibus bonis inhærere. Modò deus est immutabilis. Malachię tertio. Ego deus & non mutor. Mundus est mutabilis. 1. Ioan. 2. Trāsit mundus & concupiscentia eius. Caro etiam. Psalm. Mane sicut herba transeat, &c. Incorruptibile bonum est spiritus sanctus. Galat. quinto, Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Bonum incommutabile est gloria dei. Commutabile, mundi gloria. 1. Petr. 1. Omnis caro vt scœnum, & omnis gloria eius tanquam flos scœni. In nullo horum satietas nisi in deo. Debemus autem ad dominum conuerti, sicut ramus flexus ad locum suū. Locus noster est ipse dominus. Vnde Aug. Fecisti nos domine ad te: & inquietū est cor nostrum donec quiescat in te. A quiete rectitudinis huius flexerat nos manus diaboli, inclinando nos ad temporalia & caduca. Item debemus conuerti ad dominum sicut pullus perdicis ad genitricem suam quando audit vocē illius. Natura huius auis est, q̄ altera alteri furatur oua & fouet ea. Sed postquam egrediuntur pulli quadam industria naturali mox vt audiunt vocem illius quæ oua generauit, dimittunt

mittunt nutricem, sequentes genitricem. Ita diabolus furatus est animas fidelium, sed nunc quando audiunt vocem creatoris debent redire ad illum. Ier. 16. Perdix fouit quæ non peperit.

Item conuerti debemus ad dominū, sicut pullus aquilæ ad solem. Natura aquilæ est, vt omnes pullos suos soli exponat, & eos quos viderit ad solem conuerti & irreuerberatis luminibus solis radios intueri viciniis fouet & nutrit alios verò tanquam degeneres de nido proicit. Sic & pater cœlestis faciet nobis nisi ad solem iustitiæ cōuertamur. Ad hunc solem facies Moyfi glorificata fuit: ita quòd filij Israël non possent intendere in eum præ claritate. Exod. 34. Glos. Item conuerti debemus, sicut nifus ad manum domini sui, quando ostendit ei cibum, scilicet frustum carnis. Hoc modo dominus nos ad se vocat ostendendo nobis carnem cruentatam & immolatam pro nobis in cruce. Vnde dicit Isaia quadragesimoquarto, Reuerrere ad me quoniam ego redemi te. Non dicit quia creauit te, vel quia nutrii te, sed solum beneficium redemptionis ad mentem reducit. Ideo Isaia quadragesimo sexto, Redite præuaricatores ad cor, scilicet meditando opus redemptionis. Ideo Zachar. primo, Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Item qualiter autem conuerti debemus, nota cū dicitur *in toto corde vestro.* Non dimidiato sicut illi, qui vnā partem peccatorum deserunt, & aliam partem retinere volunt. Ecclesiast. primo, Ne accesseris ad deum duplici corde. Quia dicitur Ecclesiast. secundo, Vt duplici corde & labijs scelestis, & manibus malefacientibus & peccatori terram ingredienti duabus viis, attamen mens diuisa non impetrat. Osee 10. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Propter hoc conuerti debemus in toto corde, id est per omnes vires cordis.

Nota, beatus Bernardus ponit quatuor affectus cordis, s. timorem, amorem, gaudium, & tristitiam. Et his affectionibus conuerti debemus ad dominum. Primo timorem nostrum à seculo auertamus, & in deum totum proiciamus. Lucæ 12. Dico vobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidunt corpus, nec habent amplius quid faciant. Sed potius timete eum, qui postquam occiderit corpus, potestatem habet animam mittere in gehennam. Et Ecclesiast. 23. Nihil melius quàm timor domini. Rationem ponit Eccl. 1.

Timor domini expellit peccatum. Et ibidem, Timor domini est gloria, & corona exultationis. Et Ecclesiastici 2. Qui timeant dominum preparabunt corda. Item ibidem 33. Timentem deum non occurrent mala, sed in tentatione illum conseruabit Deus, & liberabit à malis. Item 32. Qui timet Deum, accipiet doctrinam eius. Ibidem. Qui timeant Deum, inuenient iustum iudicium. Item 34. Timentis Deum beata est anima eius. Secundò, vt nostrum amorem à mundo retrahamus, & in Deum proiciamus. 1. Ioan. 2. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Sed diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos: quia sine dilectione nihil est bonum, & cum dilectione nihil est malum. Greg. Antiquus hostis castitatem in nobis si sine charitate fuerit non timet: quia ipse non carne premitur: nec mens eius luxuria dissoluitur. Abstinenciam non timet: quia ipse cibo non vitur, ergo sola dilectione vincitur. Rom. 8. Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Tertio, gaudium nostrum à mundo retrahamus, & in Deum proiciamus: quia gaudium huius seculi semper est mixtū, & tristitia cōsequitur ipsum. Prou. 14. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Ideo ad Phil. 4. Gaudeat in domino semper, quia gaudiū de deo est purū. Isa. 61. Gaudēs gaudebo in domino, & exultabit anima mea in deo meo. Quarto nostram tristitiā à mūdo auertamus. De nulla enim re perditā tristari debemus, nisi de amissione gratiæ temporis & gloriæ, & de his in quibus offendimus Deum. Eccl. 30. tristitiam longè repelle à te, scilicet tristitiam mundi. Ratio, quia multos occidit, & non est utilitas in illa. Sed quæ secundum Deum est tristitia pœnitenciam in salutem stabilem operatur. 2. Cor. 7. Tunc subdit in quibus debemus conuerti, dicens: *In ieiunio & fletu, & planctu.* In ieiunio, quò ad carnis macerationem. Nam homo triplici concupiscentia peccauit. Vnde 1. Ioan. 2. Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut oculorum aut superbia vitæ. Contra concupiscentiam carnis debemus habere ieiunium. Eccl. 30. Equus indomitus euadet durus, & filius remissus euadet præceps, scilicet à regimine animæ. Bernardus, Ieiunium non solum delet peccata præterita, quæ commisimus, sed repellit futura, quæ committere poterimus. Contra concupiscentiam oculorum debemus habere fletū. Ieremiæ 9. Deducant oculi mei lachrymas, & palpebræ meæ def

desuuant aquis, &c. Sic fleuit David contra concupiscentiæ peccatum, Psal. 118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia, &c. Ideo Bernard. Purgatur lachrymis oculus ante caligans, & acuitur visus, vt intendere possit in serenissimi luminis claritatem. Contra superbiam vitæ dicit, *Et planctu.* Nota, quòd homo assueuit quatuor de causis flere & plangere. Primò, propter mortem patris aut sponsi. Talis pater aut sponsus est Iesus Christus, qui tūc moritur animæ, cum per peccatum mortale recedit ab anima Ioel. primo, Plange quasi mulier amicta sacco super virū paupertatis tuæ. Vir iste, scilicet Christus desponsatus est animæ in sua paupertate, scilicet in baptismo. Super hunc virum debet flere anima quasi mulier quæ facilius plorat & vberius quàm vir. O quantum plorat mulier virum suum, & amarissima lamenta profert & suspiria: quantum magis flendum est super illum, qui est dulcior quàm mel & fauus. Ad hunc fletū inuitantur animæ, 2. Reg. 1. Filiæ Sion super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in delictis Spiritualiter, Filiæ Sion, i. animæ speculantes æternam beatitudinem. Saul expetitus interpretatur, & significat Christum, quem sancti expetebat suis precibus. Secundò, pro amissione alicuius magni thesauri flendum est. Thesaurus est vita æterna. De quo Matth. 13. Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, &c. Sed hunc thesaurum pretiosum amittit anima peccando. Et ideo flendum est iuxta illud Isaia 32. Plangite super regione desiderabili super vinea fertili. Regio desiderabilis Paradisus est. Vnde Psal. 83. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit: quia desiderabilis, & deficit anima mea, scilicet in istis carnalibus. Hæc est regio, de qua Matthæi 2. Per aliam regionem, vel viam reuersi sunt in regionem suam. De ista paradisi regione eiicitur homo per peccatum, sicut Adam Gen. 3. Sic etiam Lucifer. Ezecl. 18. O Cherub peccasti, & eieci te de monte sancto Dei, &c. Hæc autem scripta sunt ad correctionem nostram, vt intelligamus quòd ille amittit cœlestem beatitudinem qui peccat: & ideo flendū est. O quantum plorat mulier pro amissione annuli vel pepeli: sed multò plus pro veste pretiosa, de mane vsq; ad vesperā plorabit. Insuper ille qui amisit porcellū aut asinū, bouē vel equū: nonne facit præconizare per totā terrā, vt si quis inuenit, restituat, & pretiū aliq; quod promittit restituenti? Ex his omnibus considera, quantum plora-

re debet anima quæ thesaurum indeficientem perdidit, & sanctorum societatem, quæ designatur in vinea fertili. Ideo 1. Reg. 30. Leuauerunt Dauid & populus qui cum eo erat vocem: & fleuerunt donec in eis deficeret lacrymæ. Iste fletus fuit pro amissione vxorum & filiorum, & aliarum rerum quas perdiderunt auferentibus Amalechitis. Videtur ergo quod multi chariores habent porcellos quam animas. Tertio, flet homo pro consumelia verborum & operum. Sicut legitur Tobia 3. Sara cum lacrymis deprecabatur dominum, vt ab isto improperio liberaret eam. Simili modo anima flere debet propter improperium dæmonum. Nonne magnum improperium est, funem in collo portare? quod facit qui pre verecundia non vult confiteri. Vnde Threnorum 5. Ceruicibus nostris minabamur, non dabatur lassus requies. Sicut etiam Iudas fecit Matthæi 27. Abiens laqueo se suspendit. Sic multi post peccatum laqueo verecundiæ suspendunt colulum. Nonne improperium est, manus ligatas habere sicut vsurarij, quibus diabolus ligauit manus ne restituant aliena. Osee 4. Ligauit eum spiritus in alis suis, & confundetur à sacrificiis suis. & Threnorum primo: Abierunt absque fortitudine ante faciem subsequenti. Sic miseri vadunt, nec resistere possunt diabolo, qui ligauit eis manus. Quarto, flet homo præ nimia lætitia. Sic Gen. 46. Ioseph irruit super collum patris, & inter amplexus fleuit. Debet enim homo plorare, non solum malis amouendis, sed & dulces lacrymas fundere pro bonis sibi datis, considerando vnde Deus eruit eum, & quid illi concessit, s. gratiam, & quid ei dimisit, scilicet debita multa. Sic fleuit Maria Magdalena, dum enim staret ad monumentum foris fleuit, Ioannis vigesimo, & consolata est per Iesum. Sic Anna fleuit, 1. Regum 1. & datus est ei Samuel. Spiritualiter: sic gratia Dei datur animæ sienti, & thesaurus amissus per fletum recuperatur. Ideo dicit: *Conuertimini ad me in fletu & planctu, &c.* Et tunc subdit, *Scindite corda vestra & non vestimenta vestra.* Scinditur cor doloris gladio vt virus peccati exeat, & nunc diuina lex homini appareat. In cuius figura velum templi scissum est. Lucæ 23. Præ dolore petra scissæ sunt in passione domini, vt habetur Matthæi 27. Sic peccatorum corda secundum sanctum Gregorium, duriora sunt saxis quæ scindi per penitentiam nolunt. Nota super illo verbo, in
ieiunio:

ieiunio: quod triplex est ieiunium. Primum corporis à cibo materiali. Secundum afflictionis à gaudio temporali. Tertium voluptatis à peccato mortali. De primo Eccles. trigesimo septimo, *Qui abstinens est adiciet vitam: & in multis escis erit infirmitas.* De secundo ieiunio loquebatur Sara, Tobia 3. Mundam seruauit animam meam ab omni concupiscentia: nunquam cum ludentibus me miscui: neque cum his qui in leuitate ambulant participem me præbui. Et sic ieiunabat qui dicebat: Renuit consolari anima mea. Primæ Petri 2. Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos abstinere à carnalibus desideriis. De tertio dicit Hieronymus: Tunc præclara est apud Deum abstinencia corporis, cum animus ieiunat à vitis. Isidorus: *Qui à cibis abstinent & prauè agunt, dæmones imitantur, quibus esca non est, & nequitia semper est.* Sciendum, quod ieiunium dominus instituit in paradiso, sed postea sanctificauit ipsemet cum ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Matthæi 4. & Lucæ 4. Queritur vtrum ieiunare sit semper laudabile: vel quando. Respondeo secundum sanctum Thomam in quarto, distinctione decimasecunda: In tribus casibus non est laudabile ieiunium, neque etiam licitum. Nam quidam per ieiunium primo subtrahunt quod necessarium est vitæ, hoc non licet, sicut nec seipsum interficere: sed hoc valde rarum, quia natura modicis contenta est: vt dicit Boetius in De consolatione philosophiæ. Secundo nec licet subtrahere quod est necessarium secundum ea quæ incumbunt facièda ex officio vel societate eorum ad quos quis conuiuit. Hoc enim esset de rapina hostiam offerre. Tertio, nec licet esse tanta abstinencia quod homo à validioribus operibus impediatur. Sed abstinencia seu ieiunium laudabile est, quando per ipsum caro diminuitur à suo robore, ita quod facilius spiritui subdatur. Item queritur vtrum ieiunium tadat sub præceptum. Respondetur secundum Thomam 1. questione 147. articulo tertio. Dicendum quod ieiunium in quantum pertinet ad necessitatem cohibitionis peccati vel satisfactionis in penitentia, vel ad eleuationem mentis ad spiritualia, sic cadit sub præceptum legis naturæ. Sed determinatio temporis & modi ieiunandi cadit sub præceptum iuris positivi, quod à prælatis ecclesiæ sic est institutum, & hoc est ieiunium ecclesiæ. Aliud

naturæ. Nec tamen quilibet transgrediens peccat mortaliter: sed qui transgreditur contemnendo statutum legislatoris, vel sic quòd impediatur finis quem intendit legislator: Sed qui ex causa rationabili frangit ieiunium, non peccat mortaliter. Nota de diuersis intentionibus ieiunantium. Vnde versus:

Abstinet aget, egens, cupidus, gula, simia, virtus.

Abstinet aget, qui non potest comedere vel propter medicinam. Egens, non qui habet quod comedat. Cupidus ne expendat. Gula, id est, gulofus, vt postea audius comedat. Simia, id est, hypocrita, vt laudetur. Virtus, vt mereatur. Et sic non debemus ieiunare: quia propheta proponit nobis magnitudinem diuinæ clementiæ. Dixi secundò promittit dominus pœnitentibus indulgentiam, dicens: *Conuertimini ad dominum Deum vestrum, quoniam benignus est, pœnitentiã inspirando, & misericors offensam remittendo: patiens, sententiam differendo, & multa misericordiæ, veniam condonando, & prestabilis super malitia, pœnam debitam relaxando.* Malitia autem hic non sumitur pro culpa, verùm pro pœna, vt haberetur Matthæi sexto, in fine. Sufficit dici malitia sua. Hieronymus in originali: *Prestabilis est Deus, id est, patiens, super malitia, quia pœnam debitam non infligit pœnitentibus, sed eam relaxat: si tantùm gerimus pœnitentiam super peccatis.* Ieremias 18. Si egerit gens pœnitentiam super malitia sua: agam & ego pœnitentiã super malo quod cogitavi vt facerem ei. Sequitur autem diuina clementia. *Quis scit si conuertatur?* scilicet Deus ab ira ad misericordiam? quasi diceret, nullus per certam scientiam, ad Romanos vn decimo, *Quis cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, &c.* Sed Ezechielis 18. dicitur: Si impius egerit pœnitentiã ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet & non morietur, omnium iniquitatum, quas operatus est, non recordabor. Et sequitur ibidem: Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit dominus, & non conuertatur à viis suis & viuat? Sed sequitur cùm contradicitur quòd hoc possit sciri ex dictis Zachariæ 1. vbi dicit: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Respondetur q̄ verum est, quòd

quòd Deus conuertitur ad eum, qui se perfectè conuertit ad ipsum. Sed quòd aliquis seipsum conuertat ad Deum, certitudinaliter sciri non potest, nisi fuerit alicui reuelatum. Sequitur: *Et ignoscat*, scilicet Deus indulgendo sibi culpam, quasi diceret: Scire non potest, quia non fit remissio culpæ, sine infusione gratiæ. Nemo autem scit se esse in gratia Dei. Ecclesiast. 9. Nescit homo vtrum amore an odio dignus sit. Sequitur: *Et relinquit post se*, id est, post flagellum vltionis. *Benedictionem*, id est, remissionem culpæ, & relaxationem pœnæ, quasi dicat: Scire non potest, quia aliquando incipit Deus flagellare peccatores, nec cessat vsque in sempiternum, sicut in Pharaone, Antiocho, & Heròde. Item per benedictionem intelligitur bonorù temporalium abundantia. Isa. 1. Si audieritis me, bona terræ comedetis. Sequitur plenitudo placationis piæ ibi: *Sacrificium & libamen domino Deo nostro*, quasi diceret: Non solum oportet vos corpora scindere, sed singultib⁹, suspiriis & ieiuniis corpus affligere: & vt perfecti possitis domino Deo seruire vel placere, oportet vos offerre sacrificiũ & libamen. Sacrificium fiebat de solidis, vt de pane, & sic de aliis. Libamen de liquidis, vt de oleo & vino.

Nota, quòd peccator debet Deum placare quadruplici sacrificio. Primum est mentale quòd est contritio, Psalm. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despiciet. Secundum sacrificium est vocale, & dicitur oratio & Dei laudatio. Et Psalm. 49. Immola Deo sacrificium laudis. Tertium sacrificium est reale, quòd est elemosynarum largitio. Matth. 9. Misericordiam volo, & non sacrificium. Quartum sacrificiũ est corporale, quòd est carnis afflictio, ad Rom. 12. ca. Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Sequitur: postquam dominus per se suast pœnitentiam peccatoribus, hoc idem facit per prælatos suos, cùm dicit: *Canite tuba*, id est, aperte prædicate, vt vos audiant & præparentur homines.

Nota, quòd prædicatio cõparatur tubæ, quia tuba est terribilis in præliis, & est cõsolatiua in nuptiis. Sic verbũ Dei terret homines quãdo est de Dei iustitia, & animar quãdo est de spirituali pugna: & ipsos cõsolatur quãdo est de Dei clemētia: delectat, quãdo est de æterna gloria. Item tuba est stricta

stricta in vna parte, & lata in alia. Sic prædicatio exigit vt prædicator sit austerus circa vitam suam: & circa alios benignus, vt dicit Chrysofost. Et dicit, *in Sion*. Sion est mōs eminens toti ciuitati Hierusalem, vbi erat domus regia iuxta quam erat templum domini: & significat ecclesiam, extra quam non prædicatur cōuenienter verbum Dei: vt dicitur Isa. 1. De Sion exibit lex, & verbum domini de Hierusalem. Sequitur: *Sanctificate ieiunium*, quia sanctum ieiunium est animæ languentis medicina.

Notandum ad hoc quòd circa ieiunium sanctum multa concurrunt. Primum est cordis munditia. Christus enim prius fuit baptizatus antequam ieiunauit. Secundum est intentio recta: vt, scilicet ieiunaretur sola intentione placendi Deo. Vnde Christus fuit ductus ad ieiunium à spiritu sancto, & non habuit aliud motiū. Tertium est perfecta abstinencia, vt non solum os à cibis absteineat, sed lingua à verbis inutilibus, oculus à vanis aspectibus, manus ab impudicis tactibus, & sic de aliis. Quartum est victoria hostium. Christus enim post ieiunium tētationem vicit. Et certe tempore ieiunij homo debet se armare spiritualiter contra hostes inuisibiles.

Sequitur: *Congregate populum, vocate cœtum*. Per cœtum intelliguntur maiores: de quibus fiebat cōgregatio. Vnde in lege dicebatur solennitas cœtus. In mense enim septimo cōgregabantur maiores, vt cōgregarent & ordinarent de collecta pauperibus faciēda, vt habetur Leuit. 3 & Deut. 16. Et certè isti sunt vocādi ad audiendum verbum Dei: quia forsitan plus indigent quā alij. Per populum intelliguntur minores, quia etiam deberent vocari ad verbum Dei: vt patet 1. Esdr. 4. Cōgregatus est omnis populus quasi vir vnus: & tunc Esdras exposuit legem. Auditores ergo verbi Dei sunt omnes generaliter qui sunt ex Deo: vt habetur Ioan. 8. Qui ex Deo est, verba Dei audit.

Sequitur: *Sanctificate ecclesiam*, id est, indicite sanctitatem ecclesiæ: vel facite v. stris sermonibus vt sanctificetur. De Moyse enim, Exo. 19. quòd descendit de monte, & sanctificauit populum. Et quia sancta mater ecclesia multas personas cōtinet, ideo additur: *Coadunate senes*. Dicit Gl. Tam ætate, quā sapientia. Vnde dicitur Iob 12. In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Et Sap. 4. Aetas senectutis, vita immaculata.

Sequitur

Sequitur: *Congregate paruulos, & sugētes vbera*, id est, illos qui non habent annos discretionis, sicut sunt lactentes. Psal. 8. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicum & vltorem.

Sequitur in litera: *Egredietur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo, &c.* Vnde Ambrosius loquens de coniugatis, sic dicit: Frustra enim agit pœnitentiam, qui non seruat castitatem. Sed videtur quòd pueri, & qui non habent vsum liberi arbitrij, non debent vocari ad istam sanctificationem. Dicit Ambrosius quòd ideo vocantur: quia eorum innocētia placet domino: ac quòd per ipsos alij magis excitentur. Vnde 2. Paral. 20. dicitur quòd omnis Iuda stabat corā domino cū paruulis, & vxoribus, & liberis suis. Per paruulos autem hic continentur & innocentes, per sponsum & sponsam coniugati intelliguntur.

Sequitur post prædicationem oratio: *Inter vestibulum & altare*, id est, inter duo altaria: scilicet holocaustorum quod erat extra templum, & incensorum quod erat interius. Erat quidam porticus, & in quadam parte illius erat quidam locus, vbi sacerdotes induebantur & exuebatur. Et erat locus secretus vbi sacerdotes orabant.

Sequitur: *Plorabunt sacerdotes & leuitæ*, pro suis, & pro populi criminibus: vt, scilicet, suo exemplo populum ad plorandum prouocent, & dicent: *Parce domine, parce populo tuo*. Dicit bis parce. Primò, nobis sacerdotibus, & secundò, parce populo tuo. *Et ne des hereditatem tuam*, id est, populum Israel, quem quasi hereditatem tuam tibi appropriasti, *in opprobrium*, id est, in captionem hostium & seruitutem. *Et ne dominentur eis nationes*, id est, Chaldæi, & Persæ, & Medi. Deinde monet propheta allegare, & exauditionis causam: vt sic dicatur domino: *Quare dicuntur in populo*, id est, quare dicuntur nationes istæ prædictæ de filiis Iuda & Benjamin. *Vbi est Deus eorum?* De quo se tantum iactabat, in quo considerabant. Videtur quòd sit impotens ad liberandum populum suum.

Tunc sequitur: *Zelatus est dominus terram*, id est, populum suum zelo amoris, qui semper pungit. Iuxta illud Psal. 48. Zelus domus tuæ comedit me. *Et pepercit populo suo*. Vbi ponit evidens signum indulgentiæ. *Et respondit dominus*. Non verbo, sed facto, vt dixit: *Ecce mittam volis frumentum, vinum, & oleum: & replebimini in eis*. Quod potest intelligi non solum

illum

lām de abundantia bonorum temporalium, sed etiam spiritalium. Per frumentum intelligitur fides, quia viuūt anima & sustentatur corpus: vt habetur Abacuc 2. Iustus ex fide viuūt. Per vinum autem spes intelligitur: quia sicut vinum lætificat cor hominis, sic spes lætam reddit animam. Apost. ad Rom. 12. Spe gaudentes. Per oleum verò intelligitur charitas. 1. Cor. 13. Maior horum charitas. Sequitur: *Es non dabo vos ultra in opprobrium genibus*, id est nō tradam vos ulterius in captiuitatem & seruitutem hostium vestrorum.

DE EODEM ENARRATIO II.
DE EVANGELIO.

Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.
Math. 6. Thema.

Crepiens inimicum fugare & à se repellere, destruit illi receptaculum. Exemplo de lupo & aliis feris, quarum foueæ si vastatæ fuerint, procul fugiunt reclinatorio non inuēto. Spiritualiter, receptaculum diaboli, est humana caro. Vnde Ambrosius in quadam epistola: Quicumque se delictis corporalibus dederit, in diaboli seruitute manebit. Debemus igitur per abstinentiam & ieiunium corpus mortificare: vt diabolus, cuius à spiritu superetur corporis præsidio destituito. Figuratur Dan. 14. vbi legitur quòd ipse Daniel, qui in abstinentia vixit, destruxit idolum nomine Beel, qui interpretatur ventus: & postmodum occidit draconem, qui latitabat sub idolo. Spiritualiter, per Beel, qui interpretatur ventus, subaudi corpus humanum. Iob 7. Ventus est vita mea. Per Daniele, subaudi spiritum Deo cōiunctum qui debet semper impleri cœlestibus desideriis. Qui igitur vult spiritualem draconem occidere, & à se procul repellere, corpus prius mortificet ieiuniis, & abstinentia. Vnde Hier. Ardentes, inquit, diaboli sagittæ ieiuniorum & vigiliarum frigore restringendæ sunt. Sed quale debet esse ieiunium, vt animæ & corpori prosit, ostendit Saluator, dicens: *Cum ieiunatis nolite fieri, &c.* Aliud thema: *Exterminant enim facies suas, vt pareant hominibus ieiunantes.* Mat. 6. Medicina nō debet retinere aliquid quod roborat infirmitatem. Sic ieiunium est medicina, data contra morbum gulæ, quo primus homo detentus vetitum pomum comedit. Gregorius: Arte medicinæ contraria contrariis curantur. Sicut igitur à gaudiis paradisi

paradisi cecidimus per gulam: ita secundum Gregorium reuocamur per ieiuniū. Inde enim epist. 10. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, fletu, & planctu. Ecce medicina non sicca, sed madida, debet esse cum fletu. Albertus libro vigesimoquarto, de animalibus: Aues Nili fluuij non tacent gementes dum illaqueantur: Sic, tu non debes cessare à gemitu. Iob 5. Nascitur homo ad laborem, sicut avis ad volandum. 10. 2. Egre dietur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo, &c. Et si hoc fecerimus, dicit nobis dominus: Ecce mittam vobis frumentum. Ecce sacramentum, scilicet corporis Christi, vinum, scilicet sanguinis, & oleum, scilicet misericordiæ. De quo introitus: Misereis omnium domine, & nihil odisti, &c. Nota tres planctus, scilicet vnigeniti, draconis, & struthionis. Quia peccator perdit primò animam: ideo Hieremias sexto: Luctum vnigeniti fac tibi planctum amaram: secundò Deum: & sic planctus draconis. Micheæ primo: Faciam planctum velut draconum. Quia legitur quòd elephas draconem inueniens semitas cum plantis conterit: & sic diabolus Deum alienat. Tertio, perdit omnia merita. Micheæ primo: Faciam luctum quasi struthionum cum perdit oua. In summa Euangelij innuuntur tria. Primò, docet cauere fictam simulationem, ibi: *Cum ieiunatis.* Secundò, docet nos habere rectam intentionem, ibi: *Tu cum ieiunas.* Tertio, docet nos cauere periculosam acquisitionem, ibi: *Nolite thesaurizare, & cetera.* De primo dicitur: *In illo tempore*, scilicet, cum dominus prædicauit in monte Thabor, dixit discipulis suis: *Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.* Chrysostomus: Sciebat dominus vanam gloriam ex omni opere bono procedere: igitur prohibet spinam vanæ gloriæ, & eradicat eam, cum dicit: *Nolite fieri, &c.* Et non dicit esse: quia aliud est esse, & aliud fieri: quia tristem esse, hoc est naturale in ieiunio: sed fieri, hoc est in apparentia ostendere, ac si esset ieiunans, & tamen non est. Et sic hypocrita dicitur ab hypo, quòd est sub, & crysis aurum, quasi sub auro bonæ apparentiæ gerens plumbum falsitatis. Ideo subdit: *Exterminant enim facies suas*, id est, quandam tristitiam aliis demonstrant, vt religiosiores præ ceteris appareant. Gregorius: Simulata æquitas duplex est iniquitas. Aug. Iactantia eo periculosior est quò nomine est religiosior. Ideo subdit: *Amen dico vobis,*

vobis, receperunt mercedem suam. Chrysoſto. O hypocrita, quid à Deo recipies, cum Deo nihil dedisti? Quod propter Deum fit, Deo datur: quod propter homines, in ventum spargitur, & nil inde speratur. Melius est non facere, quam propter homines facere, quia perdit laborem & præmium. In scholastica historia dicitur quòd poma sunt in arboribus iuxta mare mortuum quæ crescunt quasi lucida: interius autem sunt vermibus plena. Nam hypocrita habet se, vt onis portans vellera, non sibi, sed aliis: & sic ipsi in conuersatione. Item est sicut apis mellificans, & non gustas: & sic hypocrita prædicando laborat, sed fructum prædicationis non gustat. Item hypocrita habet se, vt aratrum quod arat, & pro fructu laborat: sed non comedit. Et sic hypocrita in ieiunio & afflictione sua non accipit præmium à Deo, sed ab hominibus, quia hypocritæ apparent hominibus ieiunantes: ideo eorum præmium vanum, & quasi nihil est. Vnde Chrysoſto. Quid est laus hominum nisi verborum trãseuntium sonus: cessent homines, perdit hypocrita mercedem. Dixi, secundò, docet dominus nos habere rectam intentionem, cum dicit: Tu autem cum ieiunas, scilicet rationaliter vnge caput tuum, scilicet exhibe te festiuum & hilarem: & faciem tuam laua, id est signa lætitiæ prætende. Nota, hic innuntur dub, quæ sunt nobis necessaria, si volumus quòd ieiunium quadragesimale nobis proficiat, primum vngere caput mentis, & faciem lauare, secundum animæ. De primo nota, quòd quatuor genera hominum leguntur vncti, & sunt vngendi. Primò, infirmi vt sanitatem recipiant. De quo Iacobi 5. Infirmatur quis ex vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine domini. Et sic spiritaliter nunc sacerdotes debent vngere populum oleo pœnitentiæ. Hoc oleum pœnitentiæ debet confici ex amaribus herbis, scilicet contritionis & doloris, scilicet considerando maculas animæ, vulnera cordis, & tempus malè expensum, Deum offensum, & in pœnam æternam. Figuratur Tobie 11. Sic Tobiam angelus instruxit: Inunge oculos patris felle piscis, & sanabitur. Et sic tu vngere oleo pœnitentiæ, & sanaberis. O quot sunt hodie imbecilles & infirmi, qui non curantur, nisi vngantur oleo pœnitentiæ. Isa. 1. Vulnus, liuor & plaga tumēs, non est circūligata, neq; fota oleo, i. contritionis vel pœnitentiæ: ideo facta talia vulnera. Et sic peccatum superbiæ sine ligatura humil

humilitatis, luxuria sine fascia castitatis: & sic de aliis. Ideo præcepit Ioseph, Ge. 50. seruis suis vt conderent corpus patris ne patresceret. Et sic Christus prædicauit oleū pœnitentiæ & cõtritionis. Hoc oleo hodie oēs deberemus inūgi: ne contingeret nobis, sicut fatuis virginibus Mat. 25. quæ oleo aruerunt, s. pœnitentiæ: ideo non intrauerunt in cœlestes nuptias: sed clausa est ianna. Queritur cur hodie, s. feria quarta incipimus ieiunium, & nō alio die. Respondetur primò, quia feria quarta Christus fuit venditus ad mortē, ad innuendum qd per pœnitentiā emimus Christū, & regnū eius. Mat. 4. Pœnitentiā agite, appropinquabit, &c. Secundo, quia feria 4. sol & luna, & cetera luminaria creata sunt. A principio em̄ deus quādā lucidā nubeculā fecit: cū ait, Ge. 1. Fiat lux, & facta est lux, s. tenuis quæadmodū diluculo fieri solet sed quarta feria sequenti fecit duo luminaria magna. Sic per pœnitentiā nos peruenimus ad lucē æternā, & eripimur à tenebris: vt dicitur Eph. 5. Eratis aliquando tenebrę, nunc autem lux in dño. Et ideo tēpus pœnitentiæ incipit feria 4. Secundo vngitur pugil ad pugnandum, & sic nos pugnare debemus cū diabolo. Ergo necessaria est nobis vnctio secundum robur spiritus sancti. Hanc vnctionem non habuit Saul, 2. Reg. 1. Abiectus est clypeus Saul, quasi non esset vnctus. Et sic peccator non habens gratiā spiritus sancti, non potest vincere inimicos pugnando. Ergo cum Christus deberet pugnare cū diabolo, ductus fuit in desertū à spiritu sancto, Mat. 4. Vnde Isa. 61. Spiritus dñi super me, eo qd vnxit me. Si homo hac vnctione vnctus fuerit, securè poterit præliari. Et sic beatus Stephanus plenus spiritu sancto Act. 7. vicit inimicos, videns cœlos apertos, & Iesum stantē à dextris, secundū sibi in adiutoriū. Tertio vnguntur nobiles dominæ ad decorē, Vnde Iudith lauit corpus suū, & vnxit se myrto optimo. Iudith 10. Et sic anima cū seruore orationis carnis desideria interficit. Et sic Susanna, Dan. 13. Afferte mihi oleū & smigmata, & ostia pomerij claudite vt lauer. Spiritualiter, sic anima deuota dicat: O vos sancti angeli afferte, i. impetrate oleū deuotæ orationis, vt placeat saluatori. Sed heu aliqui vngunt corpus & nō animā. Quod conqueritur Ber. Cedit asina, & est qui subleuet, i. corpus: perit anima, & non est qui recogitet. Quarto vnguntur reges, & sic nos vngi debemus oleo lætitiæ ad regnandum cum deo. Pl. propterea vnxit te deus de^o tuus oleo lætitiæ, &c. Isa. 44.

Figuratur 1. Reg. 16. Vbi dicitur q̄ Samuel tulit cornu olei, & vnxit Dauid in medio fratrum in regē. Spiritualiter sic Christus p̄nitentē vnxit oleo laticia in regno dei. Pl. 88. Inueni Dauid seruū meū. i. p̄nitentē, & oleo sancto meo vnxi eū. Tunc sequitur: *Et facie tuā laua.* Nota triplex est laua crū, ex quo debemus lauare faciē animæ. Primū est effusio lachrymarū. Pl. 6. Lauabo p̄ singulas noctes lectū meū: lachrymis meis stratū meū rigabo. Ratio, quia tunc est silentiū. Thr. 2. Confurge, lauda in nocte in principio vigiliarū tuarū, & effunde sicut aquā cor tuū in cōspectu dñi. Isa. 26. Anima mea desiderauit te in nocte, s. in spiritu meo, in p̄cordiis meis, de mane vigilabo ad te. Itē tunc maxime infestant dæmones. Cant. 3. Vniuscuiusq; ensis super femur suū propter timores nocturnos. Gl. Ensis in femore, castitas in carne. Per noctē circūloquitur culpā: p̄pter tenebras frigiditatē & periculositatē. Iob. 11. Qui ambulat in nocte offendit. 1. Ti. 4. Qui dormiunt, nocte dormiūt. Ioel. 2. Cōueri mini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & placentia, &c. Ecce cōtritio requiritur ad ieiuniū. Iūdo. Qui abstinent à cibis & prauē agūt, dæmones imitantur. Volēs autē mundē lauari accipiat cineres. Vnde sancta mater ecclesia hodie nobis illud proponit cū dicitur: Memēto homo q̄a cinis es, & in cinerē reuerteris. Ge. 3. Reuerteris in terrā de qua sumptus es. Quasi diceret interrogādo hominē: Quid es? q̄d fers? quōd vadis? Et respōdet homo: Terra & cinis, &c. Ier. 22. Terra, terra, terra, audi verbū dñi. Recordare ergo te fore terrā & cinerē. Nam talis memoria est vtilis, si recorderis q̄ es cinis. Et hoc patet in cineris proprietatibus. Prima q̄a cinis terrā secūdat, & sic memoria mortis facit hominē fructiferū in bonis operibus. Greg. Se sollicitat in bono opere q̄ frequēter cogitat de extremo fine. Secunda proprietates, solus cinis ignē cōseruat, si est calidus: si frigidus, extinguit. Et sic seruēs meditatio mortis cōseruat gratiā spiritus sancti. Tertia proprietates, cinis maculas abluir, & sic memoria mortis. Eccl. 7. Memorare nouissima, & in æternū nō peccabis. Primō abluir superbiā, vt pauo respiciens pedes, qui sunt horribiles, deponit ornatū pennarū. Sic homo cogitās de extremo fine, qui est horribilis, deponit superbiā. Eccl. 10. Quid superbis terra & cinis: Secūdo abluir peccata luxuria: sicut bestia cum cauda expellit muscas. Et sic p̄ mortis memoriā homo expellit cogitationes immūdas.

Tertiō

Tertiō abluir avaritiā, q̄n cogitat q̄ in morte nil secū defert. 1. Ti. 6. Nihil intulimus in hūc mundū, neq; aliquid de portabimus: ideo habētes alimēta, & quibus tegamur, his cōtenti simus. Nā qui mortē cogitat, nil de terrenis bonis per superabundantiā affectat. Iob 1. Nudus egressus sum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc. Secundū lauacrum est cōfessio peccatorū. Figuratur Exo. 30. Facies labiū q̄neū cū basi sua ad lauandū. Spiritualiter, per vas æneū intelligitur cōfessio peccatorū, cū basi, i. proposito nō peccādi: ibi laua manus & pedes. i. opera & affectus. Ier. 4. Laua à malitia cor tuū Hierusalē, vt salua fias. Sed, heu, aliqui faciūt vt porci, qui post lotionē statim reuertūt ad lutum, & sic ipsi ad peccatū. Eccl. 34. Qui baptizatur à mortuo, & iterū tangit mortuū, quid prodest lauatio eius? Et sic homo qui ieiunat in peccatis suis, quid proficit humiliādo se, orationem illius quis exaudiet? Tertiū lauacrum est largitio elemosynarū. Lu. 11. Date elemosynā, & omnia mūda vobis erunt. Et Dan. 4. Peccata tua elemosynis redime. Et Amb. Illud ieiuniū dñs approbat, quod ad eius oculos manus elemosynarū leuat. Nā quod tibi subtrahis, alteri largire: vnde caro tua affigitur, aliena reparatur. Itē nota, duabus de causis homines lauantur. Primō vt cognoscātur, & sic nos lauari debem⁹ vt cognoscāmur à deo ne dicatur nobis illud Mat. 25. Amē dico vobis, nescio vos, s. propter turpitudinē peccatorū. Nec mirū, nā de peccatoribus dicitur Thr. 4. Denigrata est super carbones facies eorū, & nō sunt cogniti in plateis. Ideo faciendū est quod legitur 3. Reg. 20. Absterfit puluerē de facie eius, & cognouit eū rex Israël q̄ esset de pp̄hetis. Spiritualiter, sic nos puluerē peccati debem⁹ abstergere à facie animę vt cognoscāmur à deo. Io. 10. Cognosco oues meas, & cognoscūt me meę. Secūdo solent homines lauari, vt cogniti diligātur & honorētur. Et sic Hest. 2. quę vnxit & lauit se, & introducebatur in cubiculū regis, & sic quælibet fidelis aīa. Quis em̄ diligeret mulierē leprosam cui⁹ facies esset multis maculis fœdata? certē null⁹. Ideo de leprosis dicitur Leu. 14. Postquā fuerūt mūdati, lauerūt vestimēta sua, & ingrediebātur castra. Spiritualiter, sic nos debem⁹ lauari & mūdari lauacro p̄nitentię, vt possimus ingredi castrū cœli. Nā dicitur, Mat. 5. Beati mūdo corde quoniā ipsi deū videbūt. Dixi tertiō, q̄ Christ⁹ docet nos cauere periculosā acquisitionē, ibi, Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra

B 2

vbi ærugo & tinea demoliuntur & vbi fures effodiunt & furantur. Chry. in hom. Postquam expulit vanam gloriam ægritudinem, nunc prohibet auaritiam, dicens: Nolite thesaurizare, s. ex auaritia & ex amore diuitiarum indebitè. Nam secundum Hier. in epist. ad Paulinum antiquum, dictum est: Auaro deest ratio habet. Quod non habet. Ideo Apost. 1. Tim. 6. dicit: Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. Ideo de auarum diuitibus dicit dominus, Matth. 19. Diues difficile intrabit in regnum caelorum. Ideo Ps. Diuitiae si affluant, nolite cor apponere. Non ergo est hic thesaurizandum, nisi ex honestis causis. Cuius causa est, quia haec æruginem & tinea diuitiarum congregatæ consumuntur, & fures furantur. Omnis enim thesaurus, aut est de metallis, aut de vestibus, aut de lapidibus pretiosis: primum demolitur ærugo, secundum tinea, tertium fures. Ideo est thesaurizandum vbi praedicta non valent nocere sicut in caelo. Ideo subditur, *Theaurisate vobis thesauros in caelo*, i. praemia meritorum. Sciendum, thesaurus consistit proprie in rebus pretiosis, sicut in auro, & argento, & lapidibus pretiosis, & vestibus pretiosis. Debemus ergo thesaurizare. Primum aurum, s. dilectionis. Nam sicut aurum praecellit omnia metalla: sic caritas omnes virtutes. 1. Cor. 13. Maior horum caritas. Sed heu de aliquibus dicitur Iac. 5. Aurum, & argentum vestrum æruginauit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit, i. amor diuitiarum in aliquibus inordinatus est: propterea admiratur Ier. Thre. 4. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus. Secundum debemus thesaurizare argentum castitatis quod his diebus non habuisti. Vnde Isa. 1. Argenti tuum versum est in scoria. Ideo Pro. 25. Aufer rubiginem de medio argenti. i. luxuriosas cogitationes de mente. Tertium vestes pretiosas duplicis munditiae. Eccl. 9. Omni tempore vestimenta tua sint candida, s. interiora, & exteriora. De his vestibus Pro vlt. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus. Domestici ecclesiae militantis debet esse induti praedicta duplici munditia. Sed istae vestes sunt diligenter custodiendae ne auferantur. Apoc. 16. Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet. Quartum, debemus thesaurizare lapides pretiosos, i. opera virtutum, s. Iaspide humilitatis. Apo. 21. Fundamentum primum Iaspis, i. humilitas quae est mater omnium virtutum. Et Saphirum caelestis conuersationis, quia habet caelestem decorem. Sic & nos. Vnde ad Phil. 3. Conuersatio nostra in caelis est. Smaragdum poenitentiae. Sed heu de aliquibus

quibus conqueritur Iere. Thre. 4. Dispersi sunt lapides sanctorum in capite omnium platearum, i. opera virtutum plus curantes de thesauro corporis quam animae. Et plus thesaurizant in terris quam in caelis: quod est incautum. Ps. 38. Thesaurizat & ignorat cui congregabit ea. ideo dicit: Thesaurizate vobis thesauros in caelo, s. vbi est securitas, vbi nec ærugo demolitur, quia ibi nulla verustas. Nec tinea corrodit: quia ibi nulla passibilitas. Ibi fures non effodiunt nec furantur, quia ibi nulla fraus vel violentia. Vnde canit ecclesia: Vbi nec languor, nec senium, nec fraus vel odium, nec terror hostium, nec cura vestium, &c. Et subdit: Vbi enim thesaurus tuus est, ibi & cor tuum. Vnde Hier. Si in caelo thesaurizaueris bona faciendo, in caelo erit cor tuum, i. intentio cordis tui. Si autem in terra thesaurizaueris, non exponendo diuitias tuas in pauperes, in terra erit cor tuum. Et non solum est, hoc in pecunia, sed in luxuria, & gulositate, quia est luxuriosus, in luxuria est cor eius. Et qui gulosus, Deus veter est illi. Hec ille.

FERIA V. DE EPISTOLA. ENAR. III.

Agrotauit Ezechias vsque ad mortem. Isa. 38. Thema.

CVM pauper & defectuosus habet indigentiam diuitis Calicuius, vt adiuuet eum supplere defectum suum, ille petit cum humilitate vt exaudiatur. Spiritualiter sic nos propter iniquitates nostras pauperes facti sumus nimis. Rogemus ergo diuitem, i. Christum, de quo Ps. 111. Gloria & diuitiae in domo eius. Et cum humilitate vt exaudiamur. Ps. 101. Respexit in orationem humilium, & non spreuit precem eorum. Et hoc docet nos totum officium missae, Introitus: Dum clamare, &c. Similiter collecta: deus qui culpa offenderis, poenitentia placaris, pecces populi tui supplicantis propitius respice: & flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur, auerte. Similiter in euangelio vbi Centurio humiliter deprecatus est per seruo suo. Similiter in epistola, vbi Ezechias rex agrotauit & orauit cum lacrymis: & quindecim anni vitae eius sunt additi. De quo thema: *Agrotauit Ezechias vsque ad mortem, &c.*

In summa epistolae duo innuuntur. Primum ipse Ezechiae infirmitatis propositio, ibi: *Agrotauit Ezechias*. Secundum, subditur sanitatis restitutio, ibi, *Et factum est verbum domini*. De primo dicit, *Agrotauit Ezechias*. Nota, Hesternam die in capite ieiunij monuit dominus per Ioel prophetam filios ecclesiae, vt conuerterentur ad ipsum, cum fletu, planctu, & ieiunio. Et monuit

sacerdotes & praelatos vt plorarét, & plorâdo orarét pro se & pro populo. In hac autè epistola spiritus sanctus explicat filiis ecclesiæ, quæ & quanta vtilitas ex flebili oratione cõsequatur, ex eo quod regi Ezechia ad literã cõtigit: qui oratione & fletu meruit sanitarè & prolongationè vitæ. Et qd Ezechias corporaliter meruit, hoc peccatores spiritualiter merètur. Ideo dicit, In diebus illis, s. in quibus deus per angelũ suũ triumphũ dedit, & victoriã de Assyriis, vna nocte interfecit centũ octaginta quinq; milia hominũ, in castris Assyriorũ. Et in quibus cœpit regnare super Assyrios, Asaradon filius Sennacherib. Nã ipse Sennacherib à filiis suis propriis, s. Adramelech & Sarasar in tẽplo Idoli sui occisus fuit. Sicut dicitur, Isa. 37. Et sequitur: *Aegrotauit vsque ad mortẽ.* Literaliter autè fuit ista ægritudo secundũ Hebræos apõstema, i. vlcus. Aquila verò Symachus, & Theodociõ dicũt hoc fuisse morbũ regiũ. Causa autè quare iste rex incurrit tã grauè ægritudinẽ: dicit magister in historia & glosa fuisse elationẽ, quia post illũ inopinabilẽ triumphum quamuis secundũ Iosephũ, cũ populo ipse rex hostias immolauerit, animo tum elatus fuit, sicut dicitur 2. Paral. 33. Vnde nec dignè gratias egit, nec canticũ cantauit, sicut consueuerat facere Moyses, & David in multis locis, propter quod vsque ad mortẽ ægrotauit. Ex quo euidenter elicitur ad literã qd sæpe propter peccatũ præcipuè ingratitude incurrũt homines infirmitates corporis. Vnde Christus dixit Io. 5. Ecce sanus factus es, iã noli peccare. ne deterius tibi aliquid cõtingat. Ber. dicit. Quòd ingratitude, est ventus vrens, excicans fontem misericordiæ, & obstruit fluentia gratiæ. Propterea subditur: *Et intrauit,* s. de mandato dñi factõ per inter nam conspirationẽ & propheticã reuelationẽ ad eum, *Isaias filius Anos propheta, & dixit ei: Hac dicit dominus,* s. verbum stabile, quod nõ potest reuocari. *Dispone domui tuæ, quia morieris tũ & non viues.* Dixit nanque illi, quòd disposeret de domo regia, quis scilicet post eum regnare deberet: non enim habebat filium, nondum enim erat natus Manasses. Sed dicit, quare ex hoc fuit excitatus ad orandum, cũ sciret prophetiã, esse immobilem veritatem? Dicendum quòd non orauit, nec patet ex litera vt eius prolongaretur vita, nec quòd ei adderentur anni plures: sed territus mortis iudicio, quo terrentur secundum glosam, & sancti viri qui orant, vt propter mala quæ fecerant, bona sua non essent in obli-

uione

uione apud Deum. Nota secundũ sensum spiritualem. Hie tãgitur duplex motiuum, quod debet excitare peccatorẽ ad orandũ. Primum est perpetratio mortalis culpæ. Secundum est cõminatio gehennalis pœnæ. Pro primo dicitur, qd Ezechias in persona peccatoris, *Aegrotauit vsq; ad mortem.* Sæpe enim in scriptura sancti viri gerunt typum peccatoris. Sic hic Ezechias, & Pet. Act. 12. Ista autè ægrotatio vsq; ad mortem etiã inclusiuè, est ipsa perpetratio culpæ mortalis, quæ ægrotat corpus & moritur anima. Aegrotat quidẽ, quia vulneratur in naturalib. Moritur verò, quia priuatur Dei gratia, quæ est eius vita. Et obligatur ad mortẽ æternã. Pro ista ægritudine vt curetur, id est, peccatũ remittatur, debet orare omnis homo cum propheta postquã dixerat Deo: Tu remisti iniquitatẽ peccati mei, subdit: Pro hac orabit ad te omnis sanctus vt mereatur remissionẽ omnium peccatorũ. Ista ægritudo est multiplex secundũ sanctũ Tho. Superbia, est sicut phrenesis. Inuidia, sicut epilepsia. Ira, sicut furia. Auaritia, sicut hydropifis. Accidia, sicut lethargia, & sicut paralysis. Gula, sicut apoplexia. Luxuria, sicut lepra. Pro his omnibus ægritudinibus debet peccator ægrotos orare cõlestem medicũ cum propheta: Domine miserere mei: sana animã meam quia peccaui tibi. Nota, qd sicut elatio istius regis, fuit causã suæ infirmitatis corporalis, ita superbia fuit initiũ infirmitatis spiritualis: initiũ enim omnis peccati est superbia. Ergo cuilibet peccatori potest dici per inspirationẽ, & per exteriorẽ exhortationẽ: Dispone domui tuæ, i. animæ tuæ, scilicet cogitando quid feceris, quem offendisti, quid perdidisti, quid incurristi, dispone dolendo corde, cõsistendo ore, satisfaciendo opere, proponendo voluntatem, s. nunquã relabi in peccatũ: vt sic possis dicere cum propheta Ps. 25. Domine dilexi decorẽ domus tuæ. Anima enim tua, nõ solũ est domus tua, imò est & domus dei. Dispone ergo quia tu morieris & non viues, i. qui mortuus es, spiritualiter, morieris æternaliter nisi conuertaris. Ergo dispone tu, Ps. 117. Nõ moriar, sed viuam & narrabo opera tua. Et bene narrabo si viuam, quia dicit Ps. 113. Non mortui laudabũt te domine, i. mortui in peccatis, neq; omnes qui descendunt in infernũ, sed nos qui viuimus in moribus & virtutib. benedicimus, i. laudamus dominũ. Sequitur modus orationis, & tanguntur tria. Primũ respicit locum, secundum respicit verbum, tertium respicit signum. Propter primum dicitur:

B 4

Et cōuertit Ezechias faciē suā ad parietē. Cōtristatus enim fuit cūm audiuit verba prophetæ, credens se simpliciter mori. Cōtristatus secundum magistrum in historia, ne frustra videtur promissio facta Dauid de Christo: eo q̄ ipse filium non habebat. & cōtristatus, vt oraret secretius, ne assistētes eius viderent lachrymas, conuertit faciē suā ad parietem iuxta quem iacebat: & certē orare secretō in abscondito cōgruū est, iuxta verbum saluatoris Matt. 6. Tu autem cūm oraueris intra in cubiculum. Vel conuertit faciem suā ad parietem, s. porticum templi iuxta quē cubabat, vt quia in porticu se abscondere non poterat ad orandū, saltem faciem eius absconderet. Legimus de Daniele, q̄ existens in terra Chaldæorū, tribus tēporibus in die flebat genua sua, apertis fenestris orabat contra Hierusalem. Dan. 6. Et certus locus bene conuenit orationi, quia domus mea domus orationis vocabitur. Luc. 19. *Et orauit ad dominū et dixit, Obsecro domine memento quæso, quomodo ambulauerim corā te in veritate*, s. religionis, dicit gl. interlinearis, & in corde perfecto, non claudicās in duabus partibus, vnam partem cordis mei dans Idolis, & alteram Deo. *Et quod bonum est in oculis tuis fecerim*. Ipse est, qui valuas templi aperuit, quas Ahas pater suus clauferat, qui statuas cōtriuuit, quas ille erexit, qui lucos quos Dauid succendit, ille nutriuerat, qui templū mundauit, quod ille polluerat, qui holocausta Deo obtulit, quæ ille neglexerat, qui sacerdotes honorauit, quos ille contempserat, qui serpentem æneum cōfregit, quem diu populus adorauerat, & cui incensum obtulerat. sicut legitur 4. Reg. 19. Sequitur: *Et fleuit Ezechias fletu magno*, imitās patrem suū Dauid qui dicebat Psal. 101. Poculum meum cum fletu miscebam. Et certē fletus in oratione signum euidens est, compunctionis & deuotionis. Exemplū de Anna 1. Reg. primo, de Maria Magdalena. Luc. 7. Nota q̄ duplex est actus memoriæ. Primus est productio verbi, materiæ & intelligentiæ, & hic est actus proximē. Actus propriissimē est, in deo per actum memoriæ qui est dicere, pater producit verbū æternum. De isto actu memoriæ, loquuntur sancti Doctores & Theologi. Secundus est actus memoriæ seu recordādi, de quo loquuntur Philosophi, qui est iterata consideratio alicuius rei. Tūc enim propriē homo memoratur aliquid, quando illud primo actu aliter cōsiderauit, & postea illud cōsiderare desit, vel per obliuionem, vel per aliam alterius rei considerationē, & postmodū

illud

illud iteratō cōsiderat. Et ille actus omnino nō est in Deo qui omnia facta, siēda, factibilia, & fieri possibilia, simul in vnico actu cōsiderat. Vnde memorari in deo nō dicit aliqd in eo, sed ab eo, s. affectū suæ bonitatis, vel æquitatis, sicut dicitur memorari bonorū, quādo ea remunerat, & malorū, quādo ea punit. De primo, Abac. 3. Misericordiæ recordaberis. De secūdo, Ps. 136. Memor esto filiorū Edom. Cum enim dixit Ezechias, *Memento quæso domine*. Non petiuit, q̄ Deus memoraretur qui nihil obliuiscitur, nec aliquid iteratō cōsiderat, s. petiuit affectū suæ bonitatis, videlicet remunerari bona sua, & ne propter mala sua, quæ fecerat periret. Nota q̄ homo ex bona intentione aliqua, quæ sunt ex genere suo bona de quibus habet cōiecturā probabilem q̄ ea quæ fecit in charitate licitē pōt allegare corā domino in oratione, si ea humiliter proponit, & absq; elatione. Non sicut fecit pharisæus, Luc. 18. qui bona nō allegabat recta intentione, nec existens in charitate, nec humiliter: sed superbissimē & alios cōtemnendo, qui nō orauit secundū Aug. sed solum seipsum laudauit. Si autē aliquis homo multa bona benefecit & cōmisit aliqua mala: si in oratione tantū confiteatur mala, & nō allegat sua bona, oratio illius melior est quia humilior: sicut oratio Dauidis qui dicebat: Propiciaberis peccato meo, multū est enim. Ps. 24. & Tob. Ne reminiscaris dñe delicta mea. Tob. 3. Si autem aliquis cōfiteretur mala sua, & nō allegat propria bona sua, sed bona sanctorū, tūc est oratio melior: quia talis ponit inter se & Deū talia merita, quæ sunt exauditione digna. Talis fuit oratio triū puerorū, Dan. 3. qui dixerūt: Peccauimus, & iniquē egimus. & postea dicebāt: Ne auferas misericordiā tuā à nobis. Spiritualiter autē ad pœnitētiā requirūtur tria. Primò, q̄ debet se cōuertere ad parietē, secūdo orare, tertio flere. Primò pœnitēs debet cōuertere faciē suā ad parietem, i. superiorē partē rationis cōuertere ad diuina beneficia: inter quæ principalis fuit incarnatio dominica, per quā fuit ædificatus paries veræ humanitatis: postquā abscondit & posuit se dilectus dei filius. Can. 2. En ipse stat post parietē nostrū respiciēs per fenestras: p̄spiciēs per cācellos. Tūc verē deus fuit absconditus. Isa. 45. In quē irruerāt Iudæi faciētes in eo multavulnerū foramina, & cauernā, i. plagā, in qua possunt se animæ fideles cōseruare. Vnde dictū est Iudæis, Ps. 61. Quo usq; irruitis in hominē, interficitis vniuersi vos. Irruitis di-

eo, tãquã parieti inclinato & maceriã depulsa: tãtũ enim & tãdiu irruerit in hũc parietẽ, q̃ fuit inclinatus. Io. 19. Inclina-
to capite emisit spiritũ. Sic primo orãs dignẽ debet mentẽ
suã cõuertere ad dei filiũ incarnatũ & crucifixũ: ad illũ pa-
rietẽ perforatũ & cauernatũ. Secundò pœnitẽs debet orare.
Vnde Io. Damascenus: Oratio est eleuatio mentis ad Deũ.
Nota q̃ dicit beatus Greg. lib. 1. Dialect. Non igitur preces
nostras Deo porrigimus, vt & ei nostras indigẽtias manife-
stemus: sed nos ipsi cõsideremus in his ad diuinũ auxilium
esse recurrendũ. Quæritur vtrum aliqua oratio sit dirigẽda
ad sanctos. Respõdetur secundũ Tho. 2. q. 83. Sanctis porri-
gitur oratio non tanquã per se ipsos implẽda: sed vt eorum
meritis & precibus orationes fortiantur, i. possideant effe-
ctum. Nota q̃ plures cõditiones debet habere oratio secũ-
dum Raymundum & Host. Prima q̃ sit fidelis. Heb. 11. Sine
fide impossibile est placere Deo. Secundò debet esse humi-
lis. Eccl. 35. Oratio humiliantis se nubes penetrat. Tertiò q̃
sit discreta. Iac. 4. Petitis & non accipitis, eo q̃ malẽ petar.
Quartò quòd sit deuota. Augusti. Quid prodest strepitus la-
biorum vbi mutum est cor? Quintò, vt sit verecunda: sicut
in publicano, qui noluit in cœlũ oculos leuare. Luc. 18. Sex-
tò, vt sit secreta. Matt. 6. Intra in cubiculum, &c. Septimò &
octauò, vt fiat recta intẽtione, & vt sit lachrymosa, sicut pa-
tet in epistola. Sequitur tertiũ, quod pertinet ad pœnitẽtẽ,
& est fletus siue lachrymã. Dicit Petrus Damianus, Lachry-
mã quippe animã ab omni labe purificant: sicut accidit Da-
uid, qui adulteriũ commisit & homicidiũ. Lachrymã enim
profuerunt hic in epistola regi Ezechia. Itẽ Moyses impe-
trauit salutem populo Israeli per fletũ. Item Iudith ampu-
tauit caput Holoferni per lachrymas. Item Sufanna supera-
uit fenestras per fletum. Ergo dicit Ber. Lachrymã contritionis
& pudor confessionis animam lauant, lauata sanctificant.
Dixi secundò, sequitur sanitatis restitutio, cum dicitur: *Et
factum est verbum domini ad Isaiam.* Istud verbum fuit à spiritu
sancto inspirante, Vade & dic Ezechia, *Conuertere, hæc dicit domi-
nus Deus: addidit David patri tui, cuius: scilicet promissionem tu
times esse frustratam: audiui orationem tuam i. audiui & vidi,* id
est, *approbauit lachrymam tuam,* id est, *lachrymas tuas,* sicut habet
litera 4. Regum 20. *Ecce ego, scilicet Deus, adijciam super dies
tuos, in quibus s. debebas mori secundum causas inferiores:
annos quindecim,* subintelligit illud, quod dicitur 4. Reg. 20. c.

Ecce

Ecce sanauit te die tertio ascẽdens templum domini, & ad-
dam diebus tuis xv. ann. Sequitur: De manu regis Assyrio-
rum, cuius tu reditũ times, eruã te. Nunquam enim aliquis
reuerteretur ad ciuitatẽ istam, s. Hierusalem, & protegã cam.
Nota hĩc quæstiones diuersas. Primò, vtrum Isaias quãdo
dixit, Morte morieris, fuit propheticẽ locut⁹, videtur quòd
non, quia hoc quod dicit nõ euenit. Quicquid autẽ prædi-
citur propheticẽ immutabiliter euenit, secũdum Cassio. su-
per Psal. Prophetia est diuina reuelatio, rerũ euentus immo-
bili veritate enũtians. Hæc autẽ nõ fuit prophetia: quia vel
fuit deceptus vel mētitus: quod est contra prædictã diffini-
tionẽ. In contrariũ est, q̃ fuit locutus in persona Dei, dicẽs:
Hæc dicit dominus. Tunc autẽ prophete non consueuerũt
sic loqui, nisi propheticẽ loquebantur. Secundò, quæritur
vtrũ omnis prophetia sit immutabilis simpliciter. Videtur
quòd non, quia prophetia fuit, quando dixit Ionas: Adhuc
quadraginta dies & Niniue subuerteretur. Ionas 3. Illud autẽ
non euenit, ergo sua prophetia mutabilis fuit. In contrariũ
est: quia à spiritu sancto. 2. Petr. 1. Spiritus sanctus cum sit
prima veritas, non potest prædicere, nisi quod est euentu-
rum. Tertiò, quæritur vtrum sententia Dei sit reuocabilis.
Videtur quòd non, Isa. 14. Dominus exercituum decreuit:
quis poterit immutare? quasi diceret nullus. In contrarium
est verbum Ambr. Nouit Deus mutare sententiã, si nouerit
mutare delictum. Quartò, vtrum vita hominis potest aug-
mentari vltra terminum: videtur quòd sic, sicut dictum est
regi Ezechia: *Ecce adijciam super dies tuos annos quindecim, &c.*
Ergo possunt augmentari dies hominis vltra terminũ. Ps. 54.
Viri sanguinũ & dolosi non dimidiabunt dies suos, Sap. 4.
dicitur de viro iusto, quòd raptus est: ne malitia mutaret
intellectũ eius. In contrariũ dicitur Iob 14. Constituiſti ter-
minos eius, qui præteriri nõ poterũt. Nunc restant solutio-
nes quæstionum. Ad primã dico, quòd fuit locutus prophe-
ticẽ, sicut patet ex glo. Gregorij hĩc. Et cum dicitur quòd
nõ euenit quod prædixerat: respon. quòd illud, quod fuerat
sibi reuelatum dixit, & secundum quòd ei reuelatũ fuerat
factũ fuit. Reuelatũ autem Isaiã fuerat Ezechiam tunc de-
bere mori secũdum causas inferiores, scilicet secundũ eius
merita, & physicam, id est secundum naturam, dicit gl. Ela-
tio enim sua & ingratitude merebãtur ipsum debere mori
secundum causas inferiores, & amplius viuere non poterat

rat secundū causas naturales: & sic prædixit, quando dixit: Morde morieris, non autē fuit sibi reuelatum, quod deberet amplius viuere secundū causam superiorem. Nota quod effectus qui contingit in hoc mūdo dependet ex duplici causa, scilicet ex causis inferioribus, & ex causa superiori. Voco causas inferiores naturales & merita, quæ proueniunt ex libertate arbitrij, & causis agētibz à proposito. Voco autem causam superiorē diuinā præscientiā, & præordinationem. Et habet se sic istæ causæ, quod inferiores non impediunt superiorē, sed magis econuerso. Vnde si aliquid debet esse secundū causas inferiores, non erit secundū causam superiorem. Si autem debet esse secundum causam superiorem erit necessario: quāuis non debeat esse secundū causam inferiorē. Aliquando autem currunt ad eundem effectum, tam superior quàm inferior. Et sic propheta non fuit deceptus nec mentitus, quamuis non euenit quod prædixerat: quia utiq; euenturum erat secundū quod ipse prædixit. Simile est de medicis, qui frequenter dicunt hominē mori, & non posse curari de infirmitate. Vel quod debet esse magnum frigus, vel magnus calor, & huiusmodi: quæ tamē aliquando non eueniūt: quia non erant euentura secundum causam superiorem, propter quod non mentiuntur nec decipiuntur: loquuntur enim secundū causas naturales. Sic patet quod in nullo est contra definitionem prophetiæ: quia quæ eodem modo prophetizantur: immobiliter eueniunt. Ad secundū dicendū quod propheta, quæ est de prædestinatione Dei, est omnino immutabilis. Sed illa quæ est comminationis, cui admiscetur liberū arbitrium, est mutabilis secundū quod hominis merita bona vel mala mutantur. Vnde dicunt aliqui illud, quod dictū est Ezechia vel Ionæ non fuit prophetiæ prædestinationis: sed solum comminationis, ut sit sensus, Morde morieris, nisi si ores & fleueris: & Ninive subuertetur, nisi Niniuitæ poeniteant & cōuertantur. Ad tertiam dicendum licet diuinum consiliū sit omnino immutabile: iuxta illud Isa. 46. Consiliū meum stabit, & omnis voluntas mea fiet: Tamen sententia Dei est immutabilis: quia secundum quod merita hominis sunt bona vel mala, mutatur. Qui enim saluari debet secundum præsentē iustitiam, damnabitur propter finalē iniustitiam. Et econuerso qui debebat mori secundū demerita sua, vixit amplius propter merita sua bona, quod sic eternaliter ordinatū est. Quamuis enim oratio sua flebilis non fuit causa

causa diuinæ ordinationis: fuit tamē causa meritoria vitæ longioris. Ad quartū dicendū, quod terminus vitæ humanæ à Deo cōstitutus, nec potest pertrāfiri, nec ante illū terminū potest homo mori. Secus autē est de termino cōstituto secundum causas inferiores. Vnde qui debet mori in dimidio vitæ secundum suas inferiores causas: utpote secundum merita & secundum physicā, id est secundum naturalē modum: sepe amplius viuere secundum superiorē causam: sicut fuit de isto rege Ezechia, qui debebat mori in dimidio dierū suorum: qui tamen amplius vixit quindecim annis. Sæpe tamen cōcurrat causa inferior, cū causa superiori in eodem termino vitæ: quia malus est, & ne aliis amplius noceat aufertur vita eius: iuxta illud Psal. 54. Viri sanguinū & dolosi non dimidiabunt dies suos. Vel quia bonus est, ne fiat malus aufertur vita eius: iuxta illud Sap. 4. Raptus est ne malitia mutaret intellectū ipsius. Patet concordia inter epistolam & euangelium. In epistola agitur de curatione regis merito orationis: idem enim Deus est vtriusque testamenti. Idem in Euang. de curatione serui Cæturionis ex merito orationis. Et non solum reges & liberos curat, sed & pauperes & seruos. Rogemus ergo dominum, ut nos in præsentī sanet per gratiam, ut peruenire valeamus ad eius gloriam, &c.

DE EODEM, ENARRATIO IIII.

Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum, etc. Matt. 8.

Videmus quod sol in oriente existēs, & in occidēte, apertius videtur & cernit quàm in meridie: quia tunc per radios solares obtenebratur visus hominis. Spiritualliter per solem intelligitur vita hominis. Nam sicut sol oritur & occidit, & est in cōtinua mutatione & motu: sic & vita hominis. Iob 13. Nunquā in eodem statu permanet. Et iste sol, id est, vita hominis certius cernitur, & cōsideratur in oriente, id est, in natiuitate & principio generationis: quia de vili materia. Similiter & in fine, id est, in morte quæ habet se sicut occidens: quia tunc in pristinā redibit materiā, ut dicit Chry. Omnis res per quascunq; causas nascitur, per easdē dissoluitur. Et hæc omnia, scilicet oriēs & occidens, & mors & vita miserabilis dant nobis occasionē humilitatis, quod in huius valle miseræ exorare debemus Deū cū mentis humilitate. De quo Ambr. in lib. Præfationū: Illam orationē Deus sitit & appetit, quæ ex mēte humili puraque procedit. Figuratur Gen. 18. Abraham humiliavit se erga Deum, dicēs: Quid loquar

quar ad dominum cum sim pulvis & cinis: ideo meruit benedictionem à Deo: Spiritualiter Abrahā interpretatur pater multarum gentium, & significat quemlibet fidelem, qui debet esse pater multarū virtutum. Hic debet se humiliare in Dei conspectu: tunc meretur eius benedictionē. Hoc fecit Centurio se humiliando orans pro sanitate serui, dicēs: *Domine non sum dignus vt intres, &c.* In sum. Euang. tria innuuntur. Primò, serui Centurionis misera conditio, ibi, Iacet paralyticus, &c. Secundò Centurionis cōmendatio, ibi. Et sequētibz se dixit: Amen dico vobis, &c. Tertiò, Iudæorum digna reprobatio, ibi: Filij regni, &c. De primo dicitur: In illo tempore, s. postquam Christus prædicauit in monte, & cum descēdisset & leprosum sanasset: tunc venit in Capharnaum, quæ est capitalis ciuitas in Galilæa: & accessit ad eum Centurio. Et fuit talis, qui præfuit centum militibus positus à Romanis ad custodiam prouinciæ: quia Iudæa tunc tēporis tributaria erat Romanis. Hic habuit quendam seruum sibi pretiosum, qui erat paralyticus: ideo accessit. Sed dices, tamen dicitur Luc. 7. Misit ad eum seniores rogās eum. Respondetur quòd personaliter venit: sed Iudæis tanquā familiaribus Christi suum verbum cōmisit. Vnde Aug. Reuera magis accessit ad Christum quā Iudæi, quia plus credidit, quā seniores missi: licet alienigena generatione, tamē domesticus corde: licet militū princeps, tamē apostolorū in fide cōsors, dicēs: Domine puer meus, i. seruus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Orig. Attende charitatem & bonitatē Centurionis, qui tam instāter rogat pro seruo, ac si esset filius eius. q. d. Iste est mihi seruus, & ego creatoris seruus. Iste me habet dominū super terrā, & ego in cœlis habeo dominū. Si ei non misereor, quomodo mei dominus miserebitur? Si ei non subuenio, quomodo mihi dominus subueniet? Raban. Omnia ista cū dolore cōnumeravit: iacentē paralyticū & morbum malè torquentē: vt angustias demōstraret, & dominum cōmoueret. Sic hodie domini & dominæ debēt seruis cōdolere, vt Centurio qui dixit: Puer meus in domo iacet: nō in hospitali seu ante porticū ecclesiæ proiectus, vt quidā seruilem conditionē spernentes: quod nō est faciendū: quia recordari debemus, quòd vnum cōmunem dominū habemus cū sanctis. Nam domini cum seruis suis velint nolint quatuor habēt communia. Primum est ex parte principij: quia omnes ab vno domino

& de

& de eodē luto formati sumus, & omnes nudi & pauperes nati. Iob 33. Ecce me sicut & te fecit Deus. Et de eodē luto, ego quoque formatus sum. Sap. 7. Nemo ex regibus habet aliud natiuitatis initiū, Secūdam ex parte medij: quia omnes mortales sumus & breuis vitæ. Eccl. 10. Omnis potētatus breuis vita. Iob 14. Breues dies hominis sunt. Tertium est ex parte finis: quia omnes in terrā redibimus. Iob 17. Putredini dixi: pater meus & mater mea, & soror mea vermius. Quartū est ex parte fori, quia omnes possumus emere vitā æternam: seruus sicut & dominus. Et sub eodem iudice omnes rationē reddere cōpellingimur. 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi. A. & 10. Nō est acceptor personarū Deus: sed in omni gēte qui timet Deum & operatur iustitiā, acceptus est illi. Eph. 6. Vnusquisq; quodcūque fecerit bonū hoc recipiet à domino, siue seruus siue liber. Et vos domini eadem facite illis: remittentes minas: sciētes quia illorū & vester dominus est in cœlis: Et personarū acceptio apud Deum non est. Ideo remittetis iniurias. Eccl. 33. Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua, & quasi fratrē tuum tracta eum. Ergo fac vt Cēturio qui non spreuit seruū: sed humiliter pro eo rogauit, dicēs: Malè torquetur. Attēde, ipse solā infirmitatē proposuit. Sciebat cū, vt dicit Chry. quia Christus potēs est ad faciendū, sapiens ad intelligendū, & misericors ad exaudiendū: ideo infirmitatē tantū proposuit, & remediū sanitatis in potestate misericordiæ suæ dimisit. Tunc subditur gratiosa Dei respōsio, cum dicit: *Ait illi Iesus, s. Cēturioni: veniā, s. personaliter, non mittēdo Petrū vel Andream, & curabo eū, s. misericorditer.* Ecce dominus fecit vltra affectū postulātis. Primò propter hoc ne despectui videretur habere seruilem cōditionē: ideo voluit ire ad seruū Centurionis, & nō ad filium reguli: vt habetur Io. 4. Secundò, ideo propter quatuor comites secū euntes, s. humilitatē, charitatē, fidē & prudētiam Centurionis. Et primò tāgit humilitatē cum subdit: *Respondens Centurio, ait: Domine non sum dignus vt intres sub tectū meum: sed tantū dic verbo, &c.* Ecce humilitas: Greg. Non sum dignus aspectu, nec accessu, nec introitu. q. d. Moyse reputauit se indignum in eloquentia verborū tuorum. quomodo nunc ego sum dignus tua præsentia? q. d. Hieremias in vtero matris sanctificatus dixit, A a a domine nescio loqui: & quomodo ego in peccatis induratus te suscipiam? *Ego non sum dignus*

digressus ut intras sub tectū meum: quia alienigena sum & gentilis: idoloratrar, effusus sanguinis, & accinctus gladio, sed tantū dic verbo, q. d. Verbo domini celi firmati sunt. O beate miles vbi legisti: Ipse dixit, & facta sunt. Reuera ipse habuit ex illuminatione spiritus. Io. 3. Spiritus vbi vult spirat. Ipse nanq; habuit fidem: quia credidit eius potentiā vbiq; fore presentē. Ideo subdit: *Et sanabitur puer meus.* Ecce quāta fides. Sciebat enim Centurio secundū Chry. quōd angeli inuisibiliter Christo assistūt: & ad imperiū eius verbi virtutes, & mirabilia operantur. Et credidit illud Psal. 106. Misit verbū suum & sanauit eos. Tanta fides non fuit in regulo, qui ait: Domine descēde priusquā moriatur filius meus. Io. 4. Non in Nicodemo qui dixit: Quomodo possunt hęc fieri? Ioā. 3. Non in Maria Magdalena, nec in Martha quę dixerūt, Domine si fuisses hīc, frater meus nō fuisset mortuus. Io. 11. Sic tu quādo sumis cibum & panē vitę, in vera humilitate dicere debes: *Domine non sum dignus ut intras sub tectū meum.* Nota in multiplicem domum non solent intrare magni domini. Primō, in domum quę minatur ruinā, & est propinqua casui, s. per debilitatē spiritus: & voluntatē pronā ad malum, scilicet in concupiscentia praua. Iac. 1. Concupiscentia parit peccatū. Secundō, quę est immunda, & sordibus plena, s. in mentem luxuriosam. Osee 6. In domo Israel vidit horrendum, ibi: Fornicationes Ephraim contaminatus est Israel. In tali domo non habitat rex Israel. Sap. 1. Non habitat in corpore subdito peccatis, quasi dicat, sed in domo munda. Psal. 21. Tu autem in sancto habitas laus Israel. Tertiō, domini magni non habitant in domo quę caret igne, scilicet charitatis. Luc. 12. Ignem veni mittere in terram. Et 1. Io. 4. Qui in charitate manet, in deo manet & deus in eo. Qui autem rem ignem charitatis non habuerit, Deum non habet: quia Deus charitas est. Quartō, quę nō habet panem & aquam, scilicet elemosynę, & aquam contritionis. Et sic Luc. 7. ait Iesus Simoni Leproso: Aquam pedibus meis non dedisti: & intraui domum tuam. Et de pane, Isa. 58. Frange esurienti panem tuum, egenos vagosque induc in domum tuam, & orietur in tenebris lux tua, id est Christus. Quintō, vbi latrones & homicidę, id est inuidia in corde inhabitat. 1. Io. 3. Qui odit fratrem suum, homicida est. Et 1. Corint. 6. Homicida non habet partem in regno Dei. Ergo dicit: *Domine non sum dignus ut intras, &c.* quasi diceret: Tu humi

humilis, ego superbus: tu filius castę virginis, ego luxuriosus: tu pius & mitis, ego rancorosus: tu liberalis, ego auarus: ideo nō sum dignus. 2. Cor. 6. Quę participatio iustitię cū iniquitate: quę societas lucis ad tenebras: quę autē conuētio Christi ad Belial: sic peccatoris ad Christū. Ideo peccator debet se dicere indignū, vt faciat se dignū. Chry. simili ter & Aug. In eo quod Centurio se indignū dixit suscipiendo Christū in domū suā, dignus factus est regno cęlorū. Item respondit prudenter, dicens: *Nā ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & ego duo haic, vade & vadit, &c.* quasi diceret secundū Aug. Si ego homo sum & præcipere habeo quantō magis, tu qui deus es? Et sicut ego sub potestate alterius sum, tamen aliis mandare habeo: quanto magis tu qui sub nullius potestate es, sed oēs potestates tibi seruiunt secundū diuinitatē, & omnis potestas à te est, potes dicere huic infirmitati, recede & recedet: & sanitati vt veniat, & statim veniet. *Audiens hoc Iesus miratus est.* i. ad modū mirantis se habuit. Dixi secundo tangitur Centurionis cōmendatio ibi. Et sequētib; se dixit: *Amē dico vobis: nō inveni tantā fidē in Israel,* Sed diceret, an fides istius maior fuit fide patriarcharū, prophetarū, aut fide apostolorū? Respondetur quod nō: quia illi fuerūt nostrę fidei principiū. Sed debet intelligi secundū Chry. quantū ad originē credendi, quia alij pluribus signis & miraculis visis crediderunt: iste verò nullo signo viso, sed ex auditu tantū. Vel aliter secundū Chry. intelligitur in suo genere, s. gentili. Nā cū aliquē rusticum audimus aliquid sapienter loquentem vel puerū, magis admiramur & laudamus, quā si philosophus aliquis illud diceret. Et sic non erat æquale Iudæum credere in deum & gentilem. Et sic modica fides gentilis magis laudatur, quā fides Iudæorum. Et ex quo tanta fides erat in Centurione gentili, ideo ex hoc prædicit futuram fidem gentiliū, dicens, *Dico autē vobis, quod multi non omnes credent euangelio, venient ab oriente & occidente,* i. ex omni parte mundi venient ad vnitatem ecclesię, & recumbēt, i. requiescent cum Abrahamā, Isaac & Iacob in regno cęlorum. Vnde Origen. Tunc impletur illud Matth. 20. Multi sunt vocati, pauci verò electi. Dixi tertio tangitur Iudæorum digna reprobatio. Ideo subdit: Filij regni, id est Iudæi, secundum Hieron. in quibus Deus ante regnabat, eiicientur in tenebras exteriores, quia hic habuerunt tenebras interiores, s. cęcitatem fidei, igitur ibi habebunt tenebras

infernalis, quæ est terra tenebrarū, & vmbra mortis vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Et hæc erit pœna damni. Tunc subdit pœnâ sensus: Et ibi erit fletus. Haymo: Lachrymabant enim oculi, ex vehementi dolore ardo-
ris, & fumo ignis inferni. Et subdit tertiâ pœnâ, quæ est remorsus conscientiæ, dicens: Et stridor dentium, scilicet præ indignatione & stimulo conscientiæ, vel præ frigore inferni. Tunc ponit petitionis exauditiō, Ait Iesus Centurioni: *Vade, fiat tibi vt credidisti, scilicet quod absque corporali præsentia possem sanare filium tuum, quasi diceret: Credidisti quia possum omnia, credidisti quia sum dñs omnium, ideo fiet & merietur tibi secundū mensuram fidei. Et sanatus est puer ex illa hora, scilicet qua Christus ait: Fiat tibi sicut credidisti.* Mystice per hunc paralyticū intelligitur peccator cōstitutus in peccato mortali, qui habet huius paralytici conditiones. Primo, quia ille paralyticus seruus erat: & sic peccator mortalis est seruus peccati, diaboli, & omnium vitiorū. Ioā. 8. Qui facit peccatū seruus est peccati. Sicut ait Aug. Peccator est seruus tot demōniorum quot vitiorum. Non solum peccati: imò etiam diaboli. 2. Pet. 2. A quo quis superatus est, huius & seruus est. De quo Hier. 5. Seruietis diis alienis, id est diabolis in terra non vestra. Et dicit diis in plurali, quia peccator superbus est seruus Luciferi: auarus est seruus Mammonæ: luxuriosus est seruus Alinodei. Secundo iste fuit paralyticus, & sic peccator. Nā paralyticus est morbus, qui reddit mēbra mollia & impotētia ad laborandū. Ad hoc innuitur cum dicitur, Iacuit iacentes enim nihil laborāt: & sic iacētes in lecto auaritiæ, luxuriæ vel iracundiæ in nullo possunt proficere saltem meritorie. Io. 9. Scimus quia deus peccatores non exaudit. Et sunt molles, quia nulli rētationi resistūt. Matth. 13. Facta autē tribulatione continuo propter verbū scandalizantur. Tertio paralyticus causat tremorē mēbrorum. Et sic peccator mortalis tremit cum debet agere opera pœnitentiæ, scilicet aliena restituere, orare, vel ieiunare. Ps. 13. Trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Et Iob 6. Qui timet pruinā, cadet super eū nix. Quarto malè torquetur, & sic peccator. Torquetur enim inter prospera per curā superbam, vel superfluā. Boethius, Humanæ felicitatis dulcedo multis amaritudinibus respersa est. Vnde refert Tullius: Cum quidam gloriā Dionysij tyranni laudaret & benediceret eū: iussit illum in throno aureo collocari, & mensam omnibus delitiis plenam ante

ante ipsum collocari, gladiū verò acutissimū filo alligatum fecit super caput eius appendi. Cumq; ille præ timore non comederet, dixit ei Dionysius: Talis est vita mea, quam tu beatā putabas. Malè autē peccator torquetur inter aduersa propter impatientiā. Ista enim duo prosperitas, & aduersitas omnes prebent vt dicit Boethius de Consolatione, quod philosophi posuerunt duo dolia in limine domus Iouis: vnum vino plenum aliud aceto: de quibus ingredientiæ bibere oportebat. Domus Iouis est iste mundus: doliū plenum vino est prosperitas & doliū plenum aceto est aduersitas, de quibus oportet gustare omnes mundū ingredientiæ. Pessimè autē peccator torquetur inter peccata. Amb. Quæ pœna grauior quā interioris vulneris conscientia? Et hæc magis fugienda est, quā mors. Et Aug. dicit de mortu conscientia. Omnis inordinatus animus, est sibi ipsi pœna. Idcirco si vis sanari, oportet vt Centurio roget dñm humiliter, id est spiritu, dicens: *Domine non sum dignus, nihil tibi attribuendo.* Eccl. 35. Oratio humiliantis se, nubes penetrat dantes pluuiā gratiæ. Iac. 4. Humilibus dat gratiā. Et in tali oratione humili debet esse fides. Marci 11. Quicumque orantes petitis, credite quia accipietis. Et Iac. 1. Si quis indiget sapientia, postulet à Deo in fide nihil hæsitas. Sed per quid sanatur? Respondetur per verbū doctrinæ. Sap. 16. Neq; herba, neq; malagma: sed sermo tuus sanat omnia.

Nota de pœna peccatoris. Primo peccatū fecit de libero seruum, quod innuitur in seruili conditione. Pro quo sciendum, quod tres sunt serui nati, scilicet qui in seruitute sunt nati. Et tales quasi viles multis subiacent legalibus pœnis, & à pluribus actibus excluduntur, vbi alij admittuntur: quia non possunt contrahere, nec testimoniū ferre, &c. Et sic nos omnes nascimur serui peccati. Ex qua seruitute multa damna & pœnæ nobis eueniunt, secundum iustitiā legis diuinæ, nisi per baptismū inde liberemur. Quarū pœnarū maxima est diuinæ visionis carctia, quam omnes non baptizati sustinēt: etiā si puer moreretur in via, quando ad baptismū baiulatur. Secundi sunt serui empticij, vt qui ab hostibus sunt capti in bello, vel empti, iugo seruitutis sunt astricti, & sic homo efficitur seruus diaboli, quando capitur peccato actuali mortali. Eccl. 9. Sicut aues capiuntur laqueo, pisces hamo, & sic homines in tempore malo. Nam sicut auceps ponit grana, &c. sic diabolus transfiguratur se in angelum lucis. 2. ad Cor. 11. Et sic capimur à diabolo, & vendimus nos ipsos sibi,

Bern. Nostra voluntas nos macipat diabolo, non eius potestas. Ideo 15. q. 1. cap. Non est & est. Ambr. de vita beata. Nemo non iugo seruitutis diabolus possidet, nisi ei se prius peccatorum are vendiderit. De quo Isa. 50. Iniquitatibus vestris venditi estis. Tertij conductitij sunt qui non ex necessitate, sed ex voluntate seruiunt spe lucri. Sic auaritia, & alia peccata maxime vilitate seruos faciunt. Ephe. 5. Auaritia est idolotru seruitus. Et sic patet quod omne peccatum mortale ex libero facit seruum. Secundo, peccatum facit hominem impotentem, & innuitur ibi, quia iacet in domo, quia opera peccatoris quantumcumque magna non profunt directe ad meritum vite. Pro. 5. Iniquitates sue capiunt impiu, & funibus peccatoru constringit. Vel secundu Hugone de sancto Victore, Peccator dicitur iacere, quia terrenis incubit. Pl. Adhuc in terra veter noster.

FERIA VI. ENAR. V. DE EPISTOLA.

Hoc est ieiunium quod elegi: dissolue colligationes impietatis. Isaie 58.

Medicus solet varia medicamenta adhibere vulnerato: nunc emplastru, nunc syropum, nunc laxatiu, nunc purgatiu. Spiritualliter, Et sicut varia sunt vulnera anime, sic & varia eorundem vulnerum sunt medicamenta. Nam aliqui vulnerati sunt spina auaritie, aliqui telo iracundie. Vnde sicut dicit beatus Aug. Omne peccatu, aut est in deum, aut in proximu, aut in seipsum. Peccatu in seipsum, est fornicatio. 1. Cor. 6. Qui fornicatur, in corpus suum peccat. Et hoc vulnus anime sanatur per ieiunium. De quo fecit ecclesia mentionem in capite ieiunij. Sed peccatu in deum est blasphemia & inobedientia. Et hoc vulnus anime sanatur per orationem. De hoc lectu est heri in epistola, Isa. 38. de rege Ezechia: qui orauit cum lachrymis, & sanatus est. Peccatu in proximum est reru ablatio. Et hoc vulnus anime sanatur per eleemosynam. Tobia 12. Eleemosyna a morte liberat. Et hanc virtutem sanandi per eleemosynarum largitionem docet Isaia propheta in persona dei, dicens: *Hoc est ieiunium quod ego elegi, etc.* In summa epistolae tria innuuntur. Primo salutaris ieiunij principiu, ibi, Clama ne cesses. Secundo subditur ieiunij laudabilis finale stipendiu, ibi, Tunc erupet. Tertio finalis stipendij fontale initiu, ibi, Quia misericors. De primo dicit: Hec dicit dominus deus, scilicet ipsis predicatoribus. Clama ne cesses, scilicet horis, & temporibus opportunis. Nota quod predicator debet clamare hoc tempore propter

pter quatuor. Primo vt peccator de vilitate peccatoru surgat, quia peccata faciunt hominem indignu premio vite eterne, vt dicit S. Thomas. Et sic clamabat Apost. Rom. 13. Hora est iam nos de somno surgere. Secundo, vt vanitatem huius mundi nuntiet. Eccles. 12. Vanitas vanitatu, dixit Ecclesiastes, & omnia vanitas. Et ibidem primo capite, Vidi cuncta que sunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas & afflictio spiritus. Tertio iudiciu vt timeant. Ioelis 1. cap. Clamate ad dominu, a a a. prope est dies domini, & merito ter debet clamare a, quia a tribus accusabuntur peccatores in die iudicij, scilicet a peccatis propriis, ab infernalibus aduersariis, & ab omnibus creaturis. Ergo clamare debet predicator, & non debet esse canis mutus, qui nescit larrare. Ideo subdit, *Et quasi tuba exalta vocem tuam.* Na sicut tuba primo facit paruum sonum, deinde procedit per augmentum, sic predicator primo debet dulciter predicare, obsecrando veniam, & gloriam promittendo, deinde si non aduertunt eos arguendo, & post hoc si indurantur, fortissimem exiremam sententiam comminando. 2. Tim. 4. Argue obsecra, increpa. Ideo subdit: *Annuntia populo meo scelera eorum,* id est Christianis, qui secundum Petrum Apostolum, sunt populus acquisitionis. Nota quod predicator debet quatuor annuntiare. Primo peccantibus penitentiam vt hic, Annuntia populo meo scelera eorum, id est peccata grauia, vt peccata mortalia. Secundo penitentibus indulgentiam. Isaie 61. Spiritus domini super me eo quod vnixerit me, ad annuntiandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & predicarem captiuis indulgentiam. Tertio malignantibus vindictam. Pl. 49. Et annuntiabunt caeli, i. predicatorum iustitiam eius, quoniam deus iudex est. Quarto, debet annuntiare predicator triumphantibus coronam. 1. Io. 1. Annuntiamus vobis vitam eternam que erat apud patrem, & apparuit nobis. Ergo annuntient predicatorum ista quatuor. Sequitur, *Et domus Iacob peccata eorum.* Gl. per populu intelligitur laici, per domum Iacob, viri ecclesiastici. Ideo Greg. in pastoralis, Aliter admonendi sunt laici, aliter clerici, secundum exigentiam enim auditorum moderandus est sermo doctorum. Annuntiet ergo predicator populo suo peccata eorum, dicendo ei illud, Deut. 32. Hecine reddis domino popule stulte, & insipiens? & si incipias eius legem, & contemnis eius crucem, non audis vocem, nec exhibes ei honorem, qui te peccatorem populum vocat, & in-

ter quos multos hypocritas inuenit. Vnde subdit: *Me enim de die in diem querit*. s. fictè, corpore, & non corde: gressibus corporis, & nō passibus dilectionis, s. conueniendo ad synagogam & ecclesiam omni die. *Et scire vult meas voluntas*, s. audiendo verba scripturarū: scire s. volunt solūm speculatiuè, & non practicè, vel scire non modo quo oportet. De quo Ber. in lib. meditationum: Sunt qui scire volunt eo sine tantūm vt sciant, & turpis curiositas est. Et sunt qui scire volūt vt ipsi sciantur: & turpis vanitas est. Et sunt qui scire volūt vt suam scientiā aliis vèdant: & turpis quæstus est. Et sunt qui scire volunt vt ædificentur: & prudentia est. Et sunt qui scire volunt vt alios ædificēt: & charitas est. Et dicit, quasi gēs quæ iustitiam fecerit, secundū Tullium: Iustitia est ius reddens unicuiq; quod suum est. Et iudicium Dei non derelinquerit, & tamen derelinquunt. De quorū numero iste Pharisæus fuit, Luc. 18. seipsum laudās, & alios vituperans. Rogāt me ore & non corde iudicia iustitiæ, vt s. aliis pœnam infligam secundū iustum iudiciū sibiip̄s præmium gloriæ retribuendo. Psal. 25. Iudica me domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. Et appropinquare deo volunt non affectibus, sed solūm pedibus, i. nō corde, sed voce: iuxta illud Isa. 29. Populus hic me labiis honorat, &c. Nota, quōd triplex est species hypocritis: Prima species hypocritis est quōd homo se simulat habere aliquid quod non habet: & bonū facere quod non facit. De illis dicitur Matt. 6. Exterminant autē facies suas. Greg. Simulata æquitas est duplex iniquitas. Secūda species est mali palliatio, qui opera sua palliant conuersatione bona. Matt. 7. Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimētis ouium, intrinsecus autē sunt lupi rapaces: à fructibus eorū cognoscetis eos. Tertia species est, quādo aliquis se simulat velle celare bona sua, cū tamē ea appetit esse manifesta. Contra tales dicitur Matt. 6. Amant hypocritæ orare in synagogis, & in angulis platearū, vt videātur ab hominibus. Et sic considerantur hypocritæ. Sequitur litera: *Quare ieiunauimus & nō aspexisti?* Hic propheta ponit quæstionem super ieiunio reprobabili, quasi diceret: Tu Deus reprobasti, nec ipsa, s. ieiunia nostra exaudisti: nec postulata cōcessisti. Humiliauimus animas nostras, id est, vitam animalē, sicut propheta dicit: Humiliabam à ieiunio animam meā, Psal. 34. Et nescisti, i. reprobasti. Greg. super illo verbo, Matt. 25. Amen dico vobis

bis, nescio vos. Scire Dei, est approbare: nescire, reprobare. Loquēdo enim de sciētia speculatiua, nec pōt esse aut fieri q̄ Deus nesciat. Dicitur enim Ps. 36. q̄ Deus scit cogitationes hominum. Sed loquēdo de sciētia Dei approbara Deus multa nescit, s. quæ ex se mala sunt. Nota, quōd Iudæi faciebant quædā legalia ieiunia: sicut in festo propitiationis & aliās. Quædā autem post legem instituta sunt. Zach. 8. Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi, erit domui Iudæ in gaudiū, & in lætitiā. Item quædam alia voluntariè assumpta: sicut Iudith quæ ieiunauit omnibus diebus vitæ suæ. Iudith 8. Et Anna prophetissa, Luc. 2. Et multi ex eis nō seruabant in suis ieiuniis debitas circūstātiās, sicut Pharisæus. Luc. 19. Ieiuno bis in sabbatho: Propter hoc eorū ieiunia nō erāt Deo accepta. Nota, q̄ tria faciūt ieiunium reprobabile. Primò, quādo fit sine debita abstinentia: ita q̄ homo eò magis comedat vt eò melius possit sine esurie ieiunare. Secundo, quādo fit sine debita misericordia: quia ieiunium sine elemosyna est sicut lampas sine oleo. Tertio, sine humilitate vera. Nā Greg. dicit: Qui ceteras virtutes, s. ieiunia, elemosynas, & cætera, cōgregat sine humilitate, quasi qui puluerē in ventū portat. Sed respōsio Dei: Si queritis, quare nō aspiciā ad ieiunia vestra: Ratio: Quia nō respicio ad personas vestras. Potius em̄ respicio ad personā operantiū quā ad opera. Gen. 4. Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius. Sequitur: *Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra*. Gl. In casum per pœnitentiā corpus atteritur, si inordinatis motibus mens vitii dissipetur. Et addit: *Et omnes debitores vestros repetitis*, i. iniurias illatas vobis impœnitentibus nō remittitis: sed vindictam expetitis. Cū Saluator dicit, Matt. 6. Quōd nisi dimiseritis hominibus debita: nec pater meus dimittet vobis peccata vestra. Certè remittere talia debita, est spiritualis elemosyna, secundū Aug. hunc in modum dicentē: Qui nō facit mētūm cūm dicit: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, siue debita repetēdo, ab ipso dicēte soluere, quod secundū glosam est, Deo violentiā facere. Itē repetitis plus quā vobis debeatur exigēdo v̄suras. Et addit: *Ecce ad lites, & cōtentiones ieiunatis: & percutitis pugno impiē*. De numero istorū erat iste seruus nequā, de quo Mar. 18. cap. Qui tenēs suffocabat cōseruū suum: quia nō reddebat ei debitū. Sequitur: *Nolite ieiunare, sicut vsq; ad hūc diem*, vt iam supra dictū

est, ne forte audiat in excessu clamor, i. templo, quasi diceret: Si vultis quod orationes vestrae exaudiantur, nolite cum carētia debita abstinētia & debita misericordiae ieiunare, neque carētia humilitatis. Subdit: *Nunquid tale est ieiunium, quod elegi per diem affligere hominē animam suā, i. animalitatem suam, s. à cibis abstinēdo. Nunquid quasi hominem contorquere, quasi circulum caput suū, ipsum declinādo ad pedes, vel faciēdo reuerentiā hominibus, in signū debilitatis, experiri ieiunij, & faccū cinerem sternere super se. Nunquid illud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem domino?* Quasi diceret, nō. Si hoc ostēdatur exterius & interius, non existit veritas sanctitatis. Notandū, quod hęc non sunt de se reprobabilia quę bona sunt, sed quia superbiā & hypocriam sapiunt, & nō sunt nisi sanctitatis ostētiō, quā saluator summē reprobat. Matt. 6. Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritę tristes. Extermināt em̄ facies suas. &c. Cum enim bona sunt, maximē cauēda est vana gloria. Quia secundū Chryl. super Mat. Gloriosa res agitur, facile locū inuenit glorificationis occasus. Ieiunia multorū, sine humilitate non sunt vera, & Deo accepta. Deinde ponit ieiunium, Deo acceptabile. *Nōne hoc est magis ieiunium, quod elegi.* Abstinētia debita, misericordia, & humilitas. Vnde Ambr. Summa Christianę religionis est, misericordia & pietate sequi deū. Nōne hoc est magis ieiunium, quod elegi, dissolue, i. scinde colligationes impietatis, i. falsas chartas, & chirographa, quibus sceleratores dicunt, impię pauperes esse obligatos, quod valde impium est. glossa dicit: Sicut impium est, exigere ab his qui nō possunt soluere, multo magis qui nō debent. Non pręcepit enim repetere, nisi ab impotentibus, sed iubet falsa instrumēta rescindere. Vnde Isaias loquens apertius dicit omnē scripturā iniquā rescindere. Et addit secundū, solue fasciculos deprimentes, i. relaxa tributa & vectigalia & iniquas exactiones, quas inter Christianos imponunt hominibus temporales domini. Et reuera sunt deprimentes fasciculi, quia multū deprimunt homines & deducūt eos ad paupertatem magnā. Subdit tertium. Et dimitte eos qui cōtracti sunt, liberos iugo seruitutis: Gl. interlinearis. Eos qui se tibi per famē in seruitutem vēdiderūt. Nō teneas ultra terminū, sed dimitte eos, suę libertati reddēs. Sed nūquid pręcipitur dominis, vt omnes seruos suos manumittāt? Dicendū est, non de omnibus, sed solū hoc hic pręcipitur, vt s. nullatenus ultra terminum detineantur. Quauis autē

noa

nō pręcipiatur: cōsultur tamen de omnibus, quia opus est misericordiae. Subdit quartū, & omne onus dirumpet, i. omne grauiam, quodcunq; sit illud amoue, quo innocētes opprimuntur. Sciendū quod per colligationes impietatis possunt intelligi omnia peccata, & hoc mortaliter mortalia, quę sunt impia, quia impediūt cultū dei & sunt quędā colligationes: vnū enim quasi ligatur cū alio, quia peccatū quod per pœnitentiā nō diluitur, mox suo pōdere in aliud trahit, ait Greg. Ligat animā cū diabolo, obligat ad gehēnā. Ligat etiā potērias animę, vt nō possit liberē exire in actus suos. Non enim peccator est dominus sui, sed ipse seruus peccati. Io. 8. Secundū, per fasciculos deprimentes possunt intelligi peccādi assuefactiones quę sic deprimūt animā peccatricē, vt non permittāt eā erigi, nec respicere sursum. Tertiū autem per seruos qui debēt dimitti liberi, intelligūtur quinq; sensus hominis peccatoris, qui actus suos exercēt, secundū imperiū cōcupiscētię, nō secundū iudiciū rationis, nec secundū imperiū voluntatis. Quartū, per omne onus intelliguntur, quęcūq; peccata grauiā, tā mortalia quā inualia. Sicut autē tēpore ieiunij sunt soluenda vincula peccati, i. soluendę assuefactiones peccādi: sic etiā sensus sunt reddēdi libertati, vt subsint rationis iudicio & imperio voluntatis. Sunt etiā vtiliter dirūpēda omnia peccati onera per pœnitentiā, aliās incassum est ieiunium. Canit enim his diebus ecclesia: Utamur ergo parcius verbis, cibis, & potib. somno, iocis, &c. Vitemus autē pessima. Sequitur vtilitas ieiunij. Frāge esuriētī panē tuū. Nota quod durāte libertate dare debet quilibet pauperib. abūdāter & nō parcē. Vnde Tobias dixit filio suo Tob. 4. Si multū tibi fuerit abūdāter tribue, si exiguū illud libētē impertiri stude. Dicit esuriētī, i. necessitatē habenti. Sic dicitur de viro iusto. Pl. 111. Dispersit, dedit pauperib. &c. Et iudex in finē mūdi dicit: Esuriui & dedistis mihi manducare. Mar. 12. Sed in hoc quod dicit panē nō lapidē, nomine panis intelligitur omnis cibus necessarius ad victū hominis. Per hoc quod dicit tuū, i. propriū nō alienū. Thob. 4. Ex substantia tua fac elemosinā quādo ieiunas, da pauperib. vt ieiunium nō sit lucrū marsupij, sed animę securitas. Et egenos, i. egētes hospitio: vagos, i. carētēs domicilio induc in domū tuā. Cū videris nudū, operi eū, sicut fecit beatus Marri. in porta Ambiensū. Et carnē tuā, i. proximū tuū qui quodammodo caro tua est, quia est testū eiūsdē speciēi, ne despice

C

ris. Job 5. Vistās speciē tuā nō peccabis. Dixi secūdo sequitur fructus ieiunij. Primō pretiosum stipendium, vbi dicitur: Tunc erūpet sicut manē, i. sicut Sol in mane lumē tuum, i. lumen gratiæ tibi collatq̄ diuinitus, fugās erroris tenebras, & te dirigens in viā salutis. P. sal. Exortū est in tenebris lumen reātis corde. Secūdus fructus tāgitur cum dicit: Et sanitas tua, s. spiritalis. Hier. 17. Sana me domine & sanabor. Item P. sal. 40. Sana animā meam, quia peccaui tibi. Citius orietur, s. curatū vulneribus vitiorū. Vnde Malach. vlt. Vobis timētibus nomen meum orietur Sol iustitiæ, & sanitas in pœnis. Sequitur tertius fructus cum dicit: Et anteibit facies tuā iustitia tua quocūq; ibis, & vbicūq; eris, iustitia p̄cedet te. Et sequitur: quia semper Deus in te cōtinuabit merita bona, vt dicitur Prou. 4. Iustorū semita quasi lux splendens procedit vsq; ad perfectā diem. Subditur quartus fructus: Et gloria domini colliget te, i. Christus qui est in gloria Dei patris recipiet te. Aug. Vel gloria domini, i. beatitudo cœlestis patriæ verē pœnitētes recipit. Ideo dicit: Suscipiet te, s. sinus Abrahæ, per quē suscepit medicū. Luc. 16. Dicitur Prou. 29. q̄ humilem spiritu suscipiet gloria. Subditur quintus fructus: Tūc inuocabis, s. corde, ore & opere, & dominus exaudiet, s. preces tuas. P. l. 9. Desiderium pauperum exaudiuit dominus. Sequitur sextus fructus: Clamabis, s. de periculis & in tribulatione, tam in morte quā in vita. Et dicit dominus per effectū: Ecce adsum ad defendendū, & liberandū te. Dixi tertio, sequitur finalis stīpēdij fontale principij dicens: Quia misericors sum dominus Deus tuus. P. l. iii. Misericors & miserator & iustus dominus. Cōcludit ecclesia & dicit dominus omnipotēs. Patet concordia epistolæ ad euangelium. Matth. 5. Audistis quod dictum est antiquis. Ibi p̄cepit enim dominus eleemosynam cordis, cum dicit: Diligite inimicos vestros. Et hoc idem tangit epistola, tam de spiritali eleemosyna, quā de corporali.

DE EODEM, ENAR. VI. DE EVANGELIO.

Diligite inimicos vestros: & benefacite his qui oderunt vos.

Matthai 5.

ARbor debēs fructus bonos facere, debet habere radicē viridē & recentē. Spiritualiter, sic homo volens opera fructifera agere, debet habere radicē charitatis. Gre. Quicquid p̄cipitur, sola radice charitatis fundatur. Ideo oīa vestra opera, s. ieiunij, oratio, & eleemosyna debēt fieri in charitate.

ritate. Et quicquid in charitate petierimus, in illo exaudiemur, vt patet in toto officio. Introitus: *Auduit dominus & misertus est mihi, &c.* Et quicquid fit in charitate hoc bene finitur. Et hūc finem bonū petit ecclesia, in collecta, s. *Inchoata ieiunia que sumus dominus benigno favore proficere.* Et ipsi sacerdotes incitare debent homines ad charitatē. Et hoc docemur in epistola, *Clama, ne cesses, & quasi tuba exalta vocem tuam, &c.* Me etenim de die in diem querūt: & vias meas scire volunt, s. viam charitatis. Ergo docet nos in epistola dilectionē habere charitatis ad proximū, & ad Deum. Primo ad Deum cum subdit: Nūquid hoc est, ieiunij quod elegi? solue colligationes impietatis, i. ligamina peccati, s. erga Deū. Deinde docet dilectionē quo ad proximū, dicēs: *Frange esurienti panē tuum, egenos vagosq; induc in domū tuā. Cum videris nudū, operi eū. Et nō tantū ista opera dilectionis exhibēda sunt amicis, sed etiam inimicis.* Ideo Euang. dicit: *Diligite inimicos vestros, &c.* In summa Euang. docētur tria genera hominū. Primo, docentur perfecti, ibi: *Diligite inimicos vestros.* Secūdo actiui, ibi: *Cum facis elemosynam.* Tertio, contemplatiui, ibi: *Cum oraueris.* Nam hæc est iustitia cōtemplatiuorum. De primo dicitur, *In illo tempore, s. cum Christus docuit in monte Tabor, omnem perfectionem, tunc dicit: Audistis, quia dictum est antiquis, s. ex lege: Diliges proximam tuam.* Luc. 19. *Et odio habebis inimicū tuum.* Nota in tota serie veteris legis non est scriptum: Et odio habebis inimicū tuum, sed dicitur hoc quantū ad traditionē seniorū, s. scribarū, quibus visum est addendū, s. à contrario sensu, ex quo debebant diligere amicū. Similiter ceperunt hoc ex Exod. 23. *Inimicus ero inimicis tuis, & Deut. 7. Non inibis cū eis fœdus, nec misereberis earum.* Et 1. Reg. 15. *Saul perdidit regnum, quia pepercit Agag.* Quasi possent eos odire, quod nō est tenēdū, quia Exo. 23. dicitur de asino inimici iacēte sub onere, q̄ deberet leuari, multo plus homo. De hoc Chryso. Si iustum fuisset inimicos odire, Deus te inimicum ex gentibus nunquam suscepisset in suam dilectionē. Ergo subdit: *Ego autē dico vobis, diligite inimicos vestros.* Et hoc tripliciter, scilicet corde, ore & opere. Primo corde, & hoc innuitur cū dicitur, *Diligite,* quia dilectio vera ex corde debet procedere. Nota quod inimicis quatuor debemus ostendere, scilicet amorē, odium, compassionem & beneficiū. Nam inimici possunt quadrupliciter considerari. Primo, quantum ad naturam. Et sic sunt diligendi, quia

ad imaginē Dei creati. Nā dicitur Eccl. 13. Omne animal diligit sibi simile, quātō magis animal rōnale: Nā discordia nō reperitur inter columbas, sed inter lupos & canes. Ergo tales rācorosi sunt valde reprehēsbiles. Eccl. 28. Homo homini referuat irā, & à deo quærit medelā, q. d. nullo modo inuenietur. Secūdo, possunt inimici cōsiderari quātū ad culpam. Et sic non sunt diligēdi. Aug. Cū dico homo malus, duo dico, s. homo, & malus. Inquantū homo, diligēdus: inquantū malus, odiēdus, quia sic eos odit Deus. Eccl. 12. Altissimus odio habet peccatores, & misertus est pœnitentibus. Gre. 22. Mor. Euenire plerunq; solet, vt nō amissa charitate, etiā inimici ruina nos latificet, & etiā sine inuidia eius gloria nos cōtristet. Cū ruente eo quosdā bene erigi credimus, & proficiēte eo, plerosq; opprimi iniuste formidamus. Et ergo inimico possit optari malū pœnæ tēporalis vt infirmitas, vt melioraretur: vel etiā mors vbi nō est spes meliorationis, sed cautē, vt nō in vindictā. Greg. Cū inimicus punitur, tunc potius de liberatione aliorū, quā de punitione eius cōdolendum est miserix pœnitentis, & gaudendum de iustitia iudicis. Tertiō, possunt inimici cōsiderari quātū ad pœnā, in hoc debemus eis dare cōpassionem. Psal. 118. Vidi prauariçates & tabescebam. Greg. Vera iustitia cōpassionem habet, falsa indignationem. Quartō, quātum ad indigentiam, & tunc debemus eis impendere beneficium. Et hæc dilectio consistit in opere. De qua subdit: benefacite his qui vos oderūt. Nota inimicus diligitur dupliciter, aliquādo affectu: vnde Gre. 21. Moral. Tunc veraciter inimicos diligimus, cū nec de ruina eorū letamur: & de eorum profectu gratulamur, sic q̄ optamus eis bona gratiæ & gloriæ. Aliquādo verò inimic⁹ diligitur effectu, s. qñ in beneficio tārū tēporali obligamur in articulo necessitatis, & tunc cadit sub pœcepto, aliās sub cōsilio. Ideo Eccl. 12. Bene fac humili, & ne dederis impio, s. quādo nō dare sibi p̄desert ad salutē, vel quādo dare ei p̄staret fulcimētū malitiæ. Nota, secūndū Tho. 2. 2. q. 25. dicitur q̄ opera dilectionis possunt fieri dupliciter. Vno modo in generali, & sic hoc pœceptū est de necessitate salutis implēdū, vt nō excludat inimicū, quia exclusio p̄cederet ex odio. Secūdo in speciali, & sic nō est de necessitate pœcepti sed cōsiliij actualiter inimicū diligere: & sufficit, q̄ homo habeat animū p̄paratū, vt in extrema necessitate eū propter inimicitiam desere

rere

rere nolet. Sed diceret, teneor occultē pro inimicis orate, cū dicitur Apoc. 6. Vsq̄quo nō vindicas sanguinem de his qui habitāt in terra? Resp. Aug. in serm. domi. de monte, quōd vindicta martyriū est, vt euertatur regnum peccati, & peccata destruantur, & homines remaneant. Simile habetur Psal. 56. Latabitur iustus cū viderit vindictā. Dicit S. Tho. vbi suprā, Latabitur nō ratione pœnæ peccātis in se, sed ratione iustitiæ iudicātis. Itē nota propter tria dehemus diligere inimicū. Primo propter debitū, quia dominus p̄cepit Matt. 6. Dimittite, & dimittetur vobis. Nā si vnaquaque die moreremur pro peccatis, non possemus satisfacere & condignū retribuere. Aug. Dicūt quidā, nō possum diligere meum inimicū. O attende quid tibi Deus fecerit, & quid tu Deo feceris, tunc vtiq; dimittis parū, vt tibi Deus dimittat multū. Sed heu dicunt, Non possum vincere animū meum. Resp. Aug. in soliloq. Deus qui optimē posse nostrū nouit, nihil impossibile p̄cepit, quia iustus est: nec condemnat hominem pro eo quod nō potest implere, quia pius est, sed ex quo p̄cepit, ergo possibile est. Hierony. Anathema sit qui credit p̄cepisse Deū, quo impossibile sit impleri. 1. Io. 5. Mādata eius grauiā nō sunt, &c. Nota tamē secūdu Chry. aliter diligit caro, aliter anima. Sicut em̄ dictū est: Nō cōcupifces, hoc est dictū quo ad animā, non quo ad carnē. Sic etiā in hoc loco caro inimicū diligere nō potest, anima autem potest: quia dilectio vel odiū carnis in sensu est, animū verò in ratione. Quādo verò nocetur aliquis ab aliquo, & si sentimus odiū, tamē exequi volumus: quia caro nostra odit inimicū, anima verò diligit, hæc ille. Secundo debemus diligere inimicū propter fructū. Aug. Ad dilectionē inimici vos admonco, quia ad sanādum vulnera peccatorum nihil vtilius esse cognosco. Aug. subdit: Diligere inimicos grauis est labor in hoc seculo, sed grādus p̄miū in futuro. Tertio propter periculū. Aug. Odiū habere in corde, est habere gladiū, scorpionē & ignē. De primo sic dicit in sermo. Qui alteri nocere desiderat, similis est illi qui gladio se trāsuerberat, vt tunicā alterius scindat. De secūdo dicit in sermo. Ira stimulās ad vindictā, ipsa est scorpio interius infāmās, siue excitans. Si te vis vindicare de inimico, tunc ad ipsam irā te cōuertere quæ est inimica tua, quia occidit animā. De tertio sic dicit super Psal. Sic puta malitiā esse sicut ignem: nam si quid aliud incēdere debeat, oportet vt prius ardeat.

Sic ira

Sic ira malitiosa q̄ alteri non noceat fieri potest, sed q̄ tibi nō noceat fieri non potest. Ideo subdit: *Benefacite his qui odierunt vos, s. ministrādo eis necessaria tēpore necessitatis, quia necessitas extrema facit omnia cōmunia.* Ergo noli cōsiderare iniuriā præsenti, sed considera gloriā, quam pro mercede es in iudicio cōsecuturus. Si damnū pateris, noli considerare, sed cōsidera patiētię lucrū. 1. Pet. 3. Beati estis si quid parimini propter iustitiā. Et Apost. Ro. 12. Si esurierit inimicus tuus, ciba illū: si sitit, potū da illi. Hoc faciens carbonem ignis cōgeres super caput eius, i. ad charitatē induces. Et iā ideo quia nos inimici sumus Christi, & nobis multa bona exhibuit. Ro. 5. Cū inimici essemus, recōciliati sumus per sanguinē filij eius. Sic inimici ex beneficio nostro ipsi se inducēt, quia iniuste nos odiūt. Tunc docet nos habere dilectionē inimicorū in ore, dicēs: *Orate pro persecuantibus vos, s. per manifestā iniuriā, & calumniā: tibus vos, s. per apparentem iustitiā, sed tamen per fraudem occultā.* Chryf. Nihil facit Deum ita propitiū, & ad exaudiendū pronū, sicut orare pro inimicis: quia per hoc efficiamur filij Dei. Ideo à pio patre exaudiri meremur. Greg. Quid est, q̄ Moyses & Samuel & Helias in postulatione aliis præsētur, nisi q̄ isti tātum in serie veteris testamēti pro inimicis orasse legūtur? Moyses à populo lapidibus impellitur, & pro lapidatibus precatur. Exod. Samuel à principatu eiicitur, & ait: Absit à me vt cefsem orare pro vobis. 1. Reg. 12. Helias etiā orabat p̄ Achab inimico suo. 1. Reg. 21. Dilectio ergo ista maximē meritoria est. Greg. Seruitia sunt tāto maiora, quātō minus debita: sed minus debitū est, diligere inimicū quā amicū, ergo magis Deo acceptū & meritorū. Ratio quare debemus pro eis orare: quia qui pro persecuentibus orat, pro seipso orat: quia petit amotionē flagelli. Et implebitur illud Psal. 34. Oratio mea in sinu meo cōuerteretur. Ideo Ro. 12. Benedicite & nolite maledicere pro persecuentibus vos. Secundō debemus orare pro inimicis propter exēplum Christi. Ideo subdit: *vt sitis filij patris vestri qui in caelis est.* Nam filij carnales merito imitātur patrem in moribus bonis & honestis: ergo & nos spirituales. Nam Deus pater *solem suum facit oriri su per bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.* Sic nos opera charitatis exhibere debemus amicis & inimicis. Hiero. Nulli negare debemus, quod Deus nulli negat. Chrysof. super Matth. dicens: Cautē autem dicit, super iustos & iniustos,

& non

& non super iniustos & iustos, quia omnia bona Deus non propter homines dat, sed propter sanctos: sicut & flagella propter peccatores. Sed in bonis nō separat peccatores à iustis, ne desperent: nec in malis iustos à peccatoribus, ne gloriantur, maximē cū malis bona non profint, quæ malē viuentes ad iudicium suum percipiunt, nec bonis mala nocent, sed magis profunt ad iustitię lucrū, hæc ille. Similiter vt dicit Aug. Illa temporalia bona & mala vtriusq; volunt esse communia, vt nec bona cupidius appetantur, quæ mali habere cœrauntur, nec mala turpiter euitētur, quibus etiam boni afficiuntur, hæc ille. Sequitur: *Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis?* quasi diceret, nullam. Aug. in Enchirid. Non est magnum erga eum qui tibi nil mali fecit esse beneuolum, sed maximē bonitatis indicium est, tuum diligere inimicum, & eum qui tibi vult malum, & facit si potest, & tu velis sibi bonum. Et maioris meriti est, dilectio inimici quā amici. Et assignat plures rationes, s. Tho. 2. 2. q. 27. Prima, Actus merē naturales non sunt meritorij, sed solū voluntarij, à ratione & libera voluntate electi. Et ideo quātō aliquis actus magis est à ratione & voluntate illicitus, tantō magis meritorius cæteris paribus, quā ille qui venit ex inclinatione naturali. Sed ad dilectionem inimici nō declinat natura, sicut ad dilectionem amici, ergo, &c. Secunda ratio, quātō aliquis actus ex se est difficilior, tantō cæteris paribus est magis meritorius: sed actus dilectionis inimici est contrarius naturali inclinationi, & habet multa retrahētia, ergo, &c. Nota, difficultas est duplex. Prima causatur ex opere vt difficilior est ieiunium in pane & aqua quā in cibus quadragesimalibus, & sic dilectio inimici est difficilior quā amici. Secunda causatur ex negligentia personæ, & venit ex dissuetudine & voluntaria indispōitione, vt alicui difficilior est ieiunare vnū diē quā bene consuetō tres, & talis difficultas nō auget meritū. Tertia quātō aliquis actus magis depēdet à dilectione Dei, tāto est magis meritorius, sed dilectio inimici est humilius, ergo, &c. Nā amare amantē naturale est, quia canes & alia irrationalia animalia hoc faciūt. Diligere autē inimicum charitatis est. Ideo subdit: *Nōne publicani hoc faciūt?* Et hoc facientes vituperantur. *Et si saluaueritis fratres vestros tantūm, quid amplius faciūt? nōne Ethnici hoc faciunt?* quasi diceret: Sicut & hæc facientes nihil merentur, ergo nec vos.

Vnde

Vnde, propheta dicit, sunt nunc multi de Christianis, qui eos quos prius salutarunt, & alia signa amicitiae eis exhibuerunt, propter modicam offensam talia eis subtrahunt, & tamen volunt deo reconciliari. Timeo quod audituri sunt illud Mat. 18. Serue nequam omne debitum dimisi tibi, nonne, &c. Ideo Chrysostomus super Mat. Qui diligit amicum, peccatum quidem non facit: iustitiam autem non operatur. Remigius. Perfecta dilectio ultra dictionem inimicorum non potest esse, vel se extendere. Ideo subdit: *Estote perfecti sicut et pater vester perfectus est*, scilicet ut amicos diligatis propter peccatum vitandum, inimicos propter iustitiam faciendam, quoniam illud de pena liberat: hoc autem deducit in gloriam, haec Chrysostomus. Dixi secundo docetur actui, dicens: *Attendite ne iustitiam vestram*, id est opera iustitiae faciatis, coram hominibus ut videamini ab eis, scilicet humanam laudem ab eis querendo, per hoc tamen non prohibetur quin opera bona possint fieri coram hominibus. Mat. 5. Sic luceat lux vestra coram, &c. loquitur tamen de perfectis de quibus non est existimandum, quod de facili ferantur in vanam gloriam. Propter hoc notat dicit, *Videamini ab eis* Aug. Hoc addit ideo quod appareat eum prohibuisse, ut sine nostri propositi tollamus, ad Gal. 1. Si adhuc mundo placeret, Christi seruus non essem. Ideo subdit: *Cum ergo facis eleemosynam noli tuba canere ante te sicut hypocrita faciunt in synagogis et in vicis ut honorificentur ab hominibus*. Quia antiquitus conuocabant pauperes per tubas, & tamen licet in se hoc fuit bonum, tamen fecerunt ea intentione ut misericordes & boni viderentur. Ideo subdit: *Amen dico vobis receperunt mercedem suam*. Non sic tu facere debes, sed si facere potes bonum, fac intentione Deo non hominibus placendi. Si enim propter infirmitatem tuam facere non potes, seu vales, ad minus tamen bonum exemplum da proximis tuis ad eorum meliorem rationem, non ad tuam ostentationem, & hypocrita non eris. Teste B. Grego. 31. Moral. Sunt nonnulli qui & sanctitatis habitum tenent, & perfectionis meritum exequi non valent, de quibus nequaquam credendum inter hypocritarum numerum currere, quia aliud est infirmitate, aliud callida simulatione peccare, haec Gregorius. *Te autem faciente eleemosynam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua*, id est noli pensare opera tua, vel cum dextera tua, id est bona intentio faciat bonum, hoc nesciat sinistra, id est intentio mala, scilicet appetitus laudis humanae. Sit ergo eleemosyna tua in abscondito, scilicet secundum intentionem, Gregorius. Opus sit in publico, ut intentio maneat in occulto.

Et pater

Et pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi: Si non modo, tunc, in futuro. Quia dicitur Eccle. 5. Altissimus patiens redditor est. Aug. Nullum malum impunitum, & nullum bonum irremuneratum est. Nota, tripliciter peccamus, scilicet in nos, in deum, & in proximum. opus ergo ieiunij est contra peccatum in nosmetipsos factum. Oratio vero contra peccatum in deum factum. Eleemosyna vero contra peccatum in proximum perpetratum. Et quia ista tria praedicta sunt opera satisfactoria pro peccatis, & nunc adest tempus poenitentiae. Ideo ad primum opus, scilicet ieiunium admonet nos epistola diei cinerum. Ad secundum, id est eleemosynam ibidem eiusdem diei euangelium. Ad tertium scilicet orationem, inducit nos epistola hesternae diei de Ezechia rege. Sed dices: quod est magis meritorium inter ista tria? Respondeo secundum Thoma. 2. di. 15. quod est eleemosyna, quia includit alia. Primo orationem, quia obligat illum cui datur ad orandum. Secundo, quia subtractio bonorum exteriorum continet virtutem ieiunij, deinde oratio, quia includit quodammodo ieiunium ratione debilitatis corporis. Queritur vtrum dare eleemosynam sit in praecocepto. Respondetur secundum sanctum Thoma. 2. 2. q. 32. quod sic, quia est praecoceptum affirmatum & obligat ad semper, sed non pro semper, sed pro loco & tempore, dum non sit necessarium sibi & suis quibus providere tenetur, sed superfluum. Lu. 11. Quod superest date eleemosynam. Et in recipientibus necessitas inspicienda est. Ambrosius. Pasce fame morientem. Hoc docet lex naturalis: Quod tibi fieri vis aliis fac. Item lex diuina. Lu. 7. Date & dabitur vobis. Lex positiva, ut habetur 86. di. Fratrem Marinum excita, ut non solum credat lectionem & orationem sibi sufficere, sed etiam eleemosynis insistere, & necessitate patientibus impertiri. Item lex apostolica. 1. Io. 3. Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, &c. Nota. eleemosyna debet fieri multipliciter. Primo possibiliter: secundo festinanter, tertio hilariter, quarto sapienter. Primo debet fieri possibiliter, scilicet secundum facultatem. Tob. 4. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si modicum, illud impartiri stude, quia secundum Augustinum. Deus non respicit ad manum, sed ad cor, ut patet de vidua pauperula. Lu. 21. quam Christus commendat propter oblationem duorum minorum. Ideo Prover. 16. Spirituum ponderator est deus. Et Gregorius, Cor & non substantiam pensat deus. Nam dicit Matth. 10. Quicumque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquae frigidae, non perdet

Quadrag. Thef.

D

mercedē suā. Attamē superflūū tenemur dare. Lu. 11. Quod superest, dare eleemosynā. Hier. Aliena rapere conuincitur qui superflua tenere probatur. Secundo eleemosyna debet dari festinanter. Pro. 3. Ne dicas amico tuo vade, & reuerte re, & cras dabo tibi, cū statim possis dare. Sicut multi sunt non pendentes clamorem pauperum nudorū pedum eis exprobrantes. Eccl. 4. Cor inopis ne affixeris, & nō protrahas datū angustiātī. Sed heu aliqui protrahunt tenentes cibū vsq; ad corruptionē: cū enim iā foetet, tunc volūt dare pauperibus. Pro. 3. De primitiis, i. optimis omnium frugum tuarū da pauperibus. Aliqui verō protrahunt vsque ad tēpus mortis. Eccl. 18. Ante langorē adhibe medicinam. Aug. Considerate fratres q̄ subito plures omnia perdiderūt, & c. Nā tunc necessitas cogit eos relinquere temporalia, & non pietas. Tertio debet dari hilariter. Eccl. 33. In omni dato hilarē fac vultū tuū. 2. Cor. 9. Hilarē datorē diligit Deus. Sed heu aliqui murmurātes danr. Gre. Qui dat cum tradio, perdit rem & meritū. Quarto sapienter videndo cui des, s. pauperibus, Eccl. 4. Eleemosynā pauperis ne defraudes. Et Lu. 14. Cū facis conuiuū voca pauperes, & hos qui sunt bonæ vitæ. Eccl. 12. Benefac humili & ne dederis impio. Itē nota eleemosyna tali modo facta est vtilis, & fructuosa in multis, s. in vita, in morte, & post mortē. Primo prodest in vita, quia impetrat remissionē culpæ, Eccl. 3. Sicut in sereno glacies, sic per eleemosynā soluentur peccata tua. Et sicut aqua extinguit ignē, sic eleemosyna peccatū. Secundo valet eleemosyna homini in morte. Nā animā de corpore egredientem misericordiæ dei associat. Amb. Non sunt hominis bona quæ non potest ferre scēū, sola eleemosyna est comes defunctorum. Gre. Pauperes non sunt contemnendi nec egenis, sed exorandi, vt patroni. Lu. 16. Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, vt cū defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. Tertio eleemosynę valent post mortē, s. in iudicio. Nam tria liberant reū in iudicio. Primo bonus prolocutor, & talis est eleemosyna. Psal. 111. Iocundus homo qui miseretur & commodat, disponit sermones suos in iudicio: Nam dominus iudex erit eorum prolocutor dicens Mat. 25. Esuriui & dedistis mihi manducare, & c. Secundo munus liberat in iudicio, & sic eleemosyna. Prou. 21. Munus absconditum extinguit iras: & donum in sinu indignationem maximam: Aug. Redime te dum viuus, &

dum

dum tempus habes, ne perdas tempus & pretium. Tertio amici intercedentes liberant reum, & talis erit eleemosyna. Ecclef. 28. Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa orabit pro te ad dōmīnū. Prou. 6. Nec acquiescet cuiuscunque precibus, nec accipiet pro redēptione dona plurima demptis eleemosynis. Psalm. 40. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, & c. Tobia 12. Eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam æternam. Ad quam perducatur, & c.

SABBATHO, ENAR. VII. DE EPISTOLA.

Cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris bonis, tunc orietur in tenebris lux tua. Isaiæ 58.

Srex belli vincitum liberet. Spiritualiter, sic naturale bellum est inter nos & diabolicas potestates. Et timēdum est quōd multi sint capti. Nunc tales deberent destinare literas petitionis ad regem gloriæ vt eos liberaret. Et hoc docet ecclesia sancta in introitu, dicens: Esto mihi in deum protectorem. Similiter in collecta, s. Adesto domine supplicationibus nostris, & concede vt hoc solenne ieiuniū deo tuo seruitio celebremus. Si autem volumus exaudiri à rege gloriæ in talibus literis petitoriis, tunc debemus cessare à peccato cordis, oris & operis. Et hoc docemur in epistola Isai. 58. *Si abstuleris de medio tui cathenam*, id est, cordis peccata, quibus ligatus es: & *desieris extendere digitum*, scilicet ad mala opera: & *loqui quod non prodest*, scilicet peccata oris dimittendo, & non sufficit dimittere peccata, sed cum hoc debes agere bona opera. Ideo subdit: *Cum effuderis esurienti animam tuam: tunc orietur, & c.* In summa epistolæ duo innuuntur. Primo docet abicere peccata in seipsum & in proximum, ibi, *Si abstuleris à sabbatho*. De primo dicit, *Et ac dicit dominus*, scilicet euiliet Christiano. *Si abstuleris de medio tui cathenam*, id est peccatum mortale, quo quis peccat in seipsum vt est peccatum incontinentiæ & intemperantiæ, & est cathena diaboli, qua quis tenetur astrictus. Psalm. 118. Funes peccatorum circumplexi sunt me. Et Prouerbior. 5. Funibus peccatorum quique constringetur. Cum hac cathena diaboli trahit homines ad infernum. Figuratur in Samson, qui fuit vincus cathenis. Iudic. 16. & 2. Paralip. 33. Manasses fuit vincus cathenis atque cōpedibus, & ductus in Babyloniam.

D 2

Spiritualiter, sic peccator in infernū. Et hæc cathena procedit à medio hominis, i. à corde. Ideo dicit: *Si abstuleris de medio tui*, i. de corde tuo, & de appetitu sensitivo *cathenā*, i. peccatū. Ad istā cathenā faciendā multi cōgregantur fabri, i. dæmones, vnus portat primū annulū, s. suggestiones. Alter malā delectationē. Tertius inducit malū opus. Quartus malam consuetudinē. Quintus necessitatē. Sextus desperationē. De ista cathena dicit Aug. in lib. Confess. Suspirabā ad te ligatus nō ferro alieno, sed mea ferrea voluntate: velle meu te nebat me, & mihi inde cathenam fecerat & constrinxit me: quia ex voluntate peruersa facta est libido: & dū seruitur libidini, facta est consuetudo: & dum cōsuetudini nō resistitur, facta est necessitas. Hanc cathenā dñs iussit auferre. Sequitur. *Et desieris extendere digitum tuū*, s. aduersus proximū eū non deridendo vel opprimēdo. Vel desieris loqui, quod nō prodest, s. tibi nec proximo, s. verba detractoria. Pl. 100. Detrahentem secretō proximo suo hunc persequeretur. Pro. 18. Mors & vita in manibus linguæ: qui diligunt eā comedent fructus eius: subdit: *Cum effuderis esurienti animā tuā*, i. affectionē: & non solūm affectu subueniendo, sed & animam afflicta, i. hominē fame vel siti infirmantem. *Repleueris bonis*, i. re creaueris & consolatus fueris, s. pascendo famelicū: potando sitibundum. *Tunc orietur in tenebris*, i. in intellectu tuo: qui prius erat errorū tenebris obfuscatus, lux tua, s. gratiæ. Ephet. 5. Eratis aliquando tenebræ, nūc autē lux in domino. Et tenebræ tuæ, i. virtutes tuæ intellectuales, quæ fuerunt prius per ignorantiam tenebræ, erunt, supple, claræ sicut meridies. Nam omnia corpora quæ faciunt vmbra, in meridie faciunt breuiorem. Subdit: *Et requiem dabit sibi dominus deus tuus semper*, s. à passionibus & tentationibus carnis. Apo. 14. Amodō iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. *Et implebit*, s. deus splendoribus animā tuam. Glo. vnus enim radius istius splendoris est, vt peccatū fugiat. Alter vt præcepta domini impleat. Tertius vt mundana contēnat. Quartus vt tormenta timeat. Quintus vt æterna gaudia appetat. Dicat autē quilibet nostrorū. Pl. 89. Et sit splendor domini dei super nos. Subdit: *Et ossa tua liberabit*, s. in die iudicij ab igne æternō. Et non solūm animā tuam, verūm & corpus tuū ab illo incendio præseruabit. Sequitur: *Et eris quasi hortus irriguus fertilis, plenus donis, & virtutibus. Et sicut fons aquarum cuius non deficiunt aquæ*: sic merita nequaquam deficient. *Et adificabun*

ficabuntur in te deserta seculorum, i. columnæ, muri, & tecta spiritalis ædificij, quæ fuerunt quasi ab omnibus hominibus deserta & relicta, fundamenta generationis, quæ fuerunt locata à prophetis. *Et generationem suscitabis*, s. prædicando verbo Dei facto vel exemplo: suscitabis, scilicet in cordibus auditorum, & vocaberis *adficator*, i. prædicator *sepium*, i. doctrinarum, quibus ecclesia sicut domus sepibus cingitur, imunitur. Ecl. 36. Vbi sepes non est, possessio diripietur. *Auertens*, i. destruens, semitas iniquitatis, i. errores. Dixi secundo hortamur abijcere peccata, quæ sunt commissa contra Deum, dicens, *Si auerteris à sabbatho*, quæ est dies, quā sanctificauit dominus, *pedem tuum*, s. vt non vadas ad faciendum mala, & *auerteris facere volūtuam*, s. fœdam & carnalē in die sabbathi, qui est dies sanctus domini: non quod formaliter sit capax sanctitatis, sed quia est sanctis operibus deputatus præ cæteris diebus. *Et vocaberis sabbathum delicatum*, i. Deo acceptum, quia non vult tangi nec violari per aliquod opus seruire in eo. *Et vocaberis sabbathum sanctum domini*, i. domino sanctificatum: *gloriosum*, i. gloriæ dei debitum. *Et glorificaueris eum, dum non facis vias tuas*, i. operationes prauas, quæ sunt viæ ducentes ad barathrum. *Et non inuenitur voluntas tua*, scilicet in sabbatho: *vt loquaris sermonem*, otiosum vel mendiosum. *Tunc delectaberis super domino*, s. qui confert animæ tuæ spirituales consolationem. *Et sustollam te*, i. eleuabo te, *super altitudinem terræ*, i. super terrena omnia ad celsitudinem meam. Et cibabo te, id est reficiam, *hereditate Iacob patris tui*, i. Iesu Christi de stirpe Iacob nascituri, quam hereditatem communicabit fidelibus suis. Et visu gloriæ Dei electi. Nota secundum sanctum Tho. videbitur Deus sine medio. Et medium est triplex, s. differens, obnubilans, & disponens. Sine medio differēti videbitur deus, quia Dei visio nō est per distantiam, sed per præsentiam, cum ipse Deus essentialiter sit vbique. Item videbitur sine medio obnubilante, quia tollitur ænigma. Nota nunc multiplex est medium inter Deum & nos. Primum est medium peccati. Isaia 59. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum, & illud est medium impiorum. Secundum est medium creaturæ. Rom. 1. Inuisibilia dei à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur: & est medium philosophorum. Tertium est medium figuræ. 1. Corint. 10. Omnia in figura continebant illis. Illud est medium patriarcharum & propheta-

tatum. Quartum est medium scripturæ. Pl. 118. Declaratio sermonum tuorum illuminat. Hoc est medium theologorum. Quintum est medium fidei. Apoc. 2. Esto fidelis vsque ad mortem: & dabo tibi coronam vitæ. Hoc est medium fidelium. Sic videbitur deus in futuro sine duobus mediis. Sed sine tertio medio, scilicet disponente, hoc est sine gratia non videbitur gloria dei. Et hæc est hæreditas patris Iacob. Concordia inter epistolam & euangelium. In epistola hortatur nos ad abiiciendum ea quæ violant sabbatum. In euangelio dicitur de nauis, quia per abiectionem peccatorum Iesus intrat nauem animæ.

DE EODEM, ENAR. VIII. DE EVANGELIO.

Confidite, ego sum, nolite timere. Mar. 6. Mat. 14. & Ioan. 6.

Rationabile est & congruum, vt is qui potest in necessitatibus succurrere, & auxilium præstare, quod hoc faciat quandoque nõ rogatus his qui indigent: quatenus per hæc in aliorum notitiam veniat pariter & amorem. Spiritualiter, sic fecit Christus discipulis. Figuratur Luc. 10. Samaritanus lauciato & semiuino relicto præstabat auxilium sine singulari supplicatione. Spiritualiter: Samaritanus interpretatur custos, & significat Christum, qui est adiutor in opportunitatibus, ad quem dicimus: Auxilium meum à dño. Ideo vulnerato generi humano ex sua benigna misericordia auxiliũ præstitit. ad Tit. 3. Nõ ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secũdũ suã misericordiã saluos nos fecit. Sic succurrebat discipulis, vt cognosceretur & ardētius amaretur in periculo maris eos consolãdo. Nã propter hoc venit, iuxta illud Isa. 61. Spiritus dñi ad annunciandũ manufectis misit me, vt mederer contritis corde. Ideo ad eũ confugiant oēs malè habentes quos cõsolatur sicut discipulos suos, dicens: *Confidite, ego sum, nolite timere.* In summa euangelij innuũtur duo. Primo discipulorum turbatio, ibi, *Cũ sero factum esset.* Secundo subditur eorum consolatio, ibi, *Confidite.* De primo dicit: In illo tempore, s. postquam dominus de quinque panibus quinque milia hominum satiauit. Tunc turbæ veluerunt eum facere regem, existimantes quòd pasceret eos semper, & quòd sub eius regimine eis nihil deficeret. Quod cũ Christus cognouisset fugit in montem, vt habetur Ioannis 6. & vt scribit Matth. 14. capit. Computat Iesus discipulos ascendere in nauiculam, & transfretare vltra mare Galilææ. Et fugit ipse in montem solus ora-

re

re patrẽ. Dans nobis per hoc exẽplũ humilitatis: quia quæsitus ad honorem fugit, quæsitus verò ad mortẽ vltro se oblit: vt habetur Io. 18. Cũ ergo Iesus sic fuisset in mõte solus, discipuli fuerunt in medio fluctuum. De quo dicit: *Cũ sero factũ esset, erat nauis in medio maris, & Iesus solus in terra.* Glosa: Periculum eò maius erat ratione loci, quia nauis in medio mari, & ratione absentia nauis, i. Christi: ergo qui carent Christi societate exponuntur tentationibus. *Et videns eos laborantes in remigando, erat enim ventus contrarius illis.* Iterum augmentatur eorum tristitia ratione venti. Beda hunc textum exponit mysticè de ecclesia, sic dicens: Labor discipulorum in remigando, & cõtrarius vëtus labores sanctæ ecclesiæ varios designat: qui inter vndas seculi aduersantis & immunorum flatus spirituũ ad quietem patriæ cœlestis, quã ad finem littoris, & stationẽ peruenire conatur. Vt in tribulationibus sic dicere possit cũ Pl. 9. Vt quid domine recessisti longè, despicias in opportunitatibus in tribulatione. Attamen non obliuiscitur orationẽ pauperum, vt apertè dicitur: *Quia vidit eos laborantes in remigãdo.* Et si ad horam differre videtur auxilium, nihilominus eos consolatur & roborat. I. Cor. 10. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari vltra id quod potestis. Ideo subdit: *Et circa quartã vigiliã noctis venit ad eos ambulans supra mare.* Chryf. Nox diuiditur in quatuor vigilia, & quæq; vigilia habet tres horas: & hæc quarta vigilia fuit prope diem. Sed diceres: Cur tãdiu tardauit eos cõsolari? Respon. secundum Theoph. Hoc permisit vt doceret eos habere patientiam, & expectare in tribulatione consolationem à Deo, & non statim desperare vt aliqui faciunt. Iac. 5. Patientes estote & vos, & cõfirmate corda vestra, &c. Ecce agricola patienter expectat pretiosum fructũ terræ, patienter ferēs donec accipiat temporaneũ & ferotinum. Sed diceres: Quomodo in mortali corpore potuit ambulare super mare? Respondet Hugo, qd hoc euenit ratione dotis agilitatis, & subtilitatis corporis. Greg. ratione aquæ suppedantis & obediētis suo creatori. Dionysius: sicut ignoramus qualiter de virginis vtero processit sine læsione sigilli virginalis, sic & hic. *Et volebas præterire eos.* Aug. Quia in diuersum ibat, quia eis ita apparuit vt in mente eorum fuit: erãt enim paruæ fidei. *At illi vt viderunt eum ambulantem super mare, putabant phantasma esse,* quod est apparitio rei existentis: timentes ne esset apparitio alicuius spiritus maligni, eis nocere

D 4

re volētis. Ecce parua fides discipulorū. Licet enim viderāt eum multa signa fecisse, & præcipuè in multiplicatione panum: tamē non crediderunt eum super mare posse ambulare. Sequitur: *Et exclamauerunt. Omnes enim cum eum viderūt, turbati sunt.* Theophilus: Maiorem eis incutit timorem per apparitionē: ex eo quia phantasma putauerunt. Hæc ille. Et si cognouissent eum, non immeritò fuissent cōturbati, ex eo q̄ voluit eos præterire, quasi nollet eos in periculo tentationibus passionū, siue aduersitatū existētibz, prout dicit Beda in homilia sic inquit: Sic enim sæpe diuina pietas fideles in tribulatione positos superna pietas deseruisse visa est: vt quasi laborantes in mari discipulos Iesus præterire voluisse putaretur. Vnde est illud ecclesię martyrij certamina defudantis: *Quare oblitus es mei dū cōfringuntur omnia ossa mea?* &c. Sed dicunt inimici deridentes: Vbi est Deus eorū? quasi naufragiū passis nauigantibus apostolis dicit ipse deus eorū: Cūm transferis per aquā ego tecum ero, & flumina nō operient te: cūm ambulaueris in igne, non cōbureris, & flamma nō ardebit in te. Vnde nūc rectē subdit: *Et statim loquutus est illis, & dixit eis, Confidite. ego sum, nolite timere.* Hoc verbum secundum Chrysostr. & timorem soluit, & fiducia præparauit: quòd autem dicit, *Ego sum*, ait Hieronymus, nec subiungit, quis sit: quia ex voce sibi nota poterant intelligere eum, qui per obscure noctis tenebras loquebatur: vel ipsum esse scire poterant quem loquutū ad Moysen nouerāt: Hæc dices filiis Israël: *Qui est, misit me ad vos.* Hęc ille. Vtinam & nos in maximis timoribus positos hoc suo vocabulo, s. ego sum, dignaretur misericorditer consolari, præcipuè in mortis articulo, vbi eius præsentia nobis maximè erit necessaria. Sciendum hic q̄ eadem vox Christi quosdam terret. Io. 18. Hæc cūm dixisset abierūt retro, &c. Quosdā verò oblectat sicut Mariā Magdalenā cūm eum quæreret ad sepulchrū. Et nunc discipulos in tribulatione: sic etiā in prædicatione vna & eadem voce vnus conturbatur, alter lætatur. Timor enim illorum est causa perturbationis: amor autem aliorum est causa consolationis. Vnde ad tribulatos, & paciēter eum expectantes libenter ascendit, sicut hic sequitur: *Et ascendit ad illos in nauim, & cessauit vētus.* Sicut enim Christi absentia est causa perturbationis, sic eius præsentia est causa cōsolationis, & aduersitatis cessatio. Beda in homil.

In

In quocunq; corde per gratiam sui amoris adest, mox vniuersa vitorū, & aduersantis mundi & malignorū spirituum bella quiescūt. Hæc ille. Vnde sequitur de apostolis: *Et plus magis intra se stupebant. Non enim intellexerunt miraculum de panibus. Erat enim cor eorum obcecātū.* Vnde Beda in homil. Dominus quidem in miraculo panum q̄ esset conditor rerū ostendit. Et in ambulando super vndas, q̄ haberet corpus ab omni grauiam peccatorū liberum edocuit: & in placando ventos vndarūq; rabiem sedando, q̄ elementis dominaretur monstrauit. Sed carnales adhuc discipuli nondū eum adesse cognoscebant. Et quidem virtutū magnitudine stupebāt: necdum veritatē in eo diuinæ maiestatis cognoscere valebant. Hæc ille. Consequēter pro secūdo principali tangitur succurrentis benignitas medicatiua quā comportatio probat populosa. *Et cūm transfretassent venerūt in terrā Genezareth, & applicuerunt. Cūmque egressi essent de nauim, cognouerūt eum, s. illi de terra Genezareth.* Quia per famā quā audierāt, & per miracula quæ aliqui eorum viderāt, cognouerūt q̄ ille erat qui infirmos curabat: aliquibus etiam vt dicit Beda, vultu notus erat. Mysticè. Sciendum, q̄ cūm de nauim penitentia egressi fuerimus, quando s. per mortem ad portum celestis patriæ venerimus: tunc cognoscemus eum, & nos facie ad faciem, quem hic per speculum in ænigmate perspeximus: vt habetur, 1. Cor. 13. cap. Multi etiam Gentilium & Iudæorum cognouerunt Christū in eum credendo, sed non credi dissent nisi Apostoli pro maiori parte prius egressi fuissent de hoc mundo ad celestem patriam. Sequitur: *Et curretes per vniuersam regionem illam, ceperunt in grabatū illos qui se male habebant, circumferre vbi audebant eum esse.* Beda: Vide quanta sit fides hominum terræ Genezareth: vt non præsentium tantū salute cōtenti sint, sed mittuntur ad alias per circuitū ciuitates, vt omnes currant ad medicum. Hæc ille. Sic & nos non debemus esse contenti, q̄ soli saluemur per confessiones & prædicationes, sed & omnes malè habentes in anima quocunq; distantes afferre debemus vt sanctur. *Et quocunq; introbat in rivos, aut villas, aut in ciuitates ponebant infirmos, & deprecabantur eum, vt vel simbram vestimenti eius tangerent. Et quicunq; tangebant eum, salui fiebant.* Vnde autē tales didicerant vt simbram eius tangerent, si sanitatem consequi vellent, indicat Chrysostr. dicens: Mulier enim quæ fluxū sanguinis patiebatur vniuersos hanc sapientiā edocuit, vt si tangerent

D 5

fimbriam vestimenti Christi sanarentur. Patet etiam quòd
 Christus tempore quo absens fuit, nò solùm fidè corù dis-
 soluit, sed & maiorem reddidit, cuius virtute omnes salua-
 ti sunt: quia, *quoque rangebant eum, sibi fiebat.* Hæc ille. Si talis
 medicus adhuc esset, omnes post eum currerent, vt sanitatè
 corporum reciperèt. Qui si rectè crederèt, ad vnitatem ec-
 clesie credèdo & operando currere deberent. Quæ quidem
 ecclesia per gratiã quam accepit, & in sacramentis quæ di-
 struit, sanitatem animarum conferre nò desistit. Nota spi-
 ritualiter: Si vis sanari ab infirmitate animæ, tange vesti-
 menta eius, s. humilitatis. P. sal. 103. Abyssus sicut vestimen-
 tum amictus eius. Sicut enim abyssus est instabilis, sic vnio
 humanæ naturæ cum diuina. Primo summitatem, s. natiui-
 tatis: quoniam vilibus pannis inuolutus est. Secundo me-
 dium, s. processum vitæ prædicando, ieiunando, ambulado.
 Tertio fimbriam, s. aduentũ ad iudicium. Io. 5. Omne iudi-
 cium dedit filio. Matt. 25. Videbunt filium hominis, &c. Et
 sanaberis in anima. Et generaliter omni tempore. Eze. 18.
 Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis,
 quæ operatus est, &c. vita viuet, & non morietur. Et hoc co-
 gnouit P. sal. 141. In quacunq; die inuocauero, &c. si iuuetur
 & senectutis. Item generaliter in omni populo. Act. 10. In ve-
 ritate cõperi, q; nò est acceptor personarũ deus, sed in om-
 ni gente qui timet eum & operatur iustitiã, acceptus est illi.
 Non plus diuitè quàm pauperè, seruũ quàm dominũ. Eze. 18.
 Ecce omnes animæ meæ sunt. Item generaliter in omni
 infirmitate spiritali & corporali. Matt. 4. Circũibat Iesus
 totam Galilæã docēs in synagogis, & sanans omnẽ languo-
 rē & infirmitatē in populo. Greg. Cœlestis medicus singulis
 vitiis adhibet medicamēta. Ergo tange fidẽ, oratione, & a-
 more, propter sanitatē recipendam. Mysticè, per mare, in
 quo laborabant discipuli intelligitur præsens mundus. Nã
 mare multas habet proprietates. Primo, in mari est aurẽ in-
 stabilitas. Et sic homo in præsentĩ mundo est instabilis. Iob
 14. Nunquã in eodẽ statu permanet. Sed sicut in mari flu-
 ctus eleuãtur & deprimũtur: sic & in præsentĩ mũdo eleuatur
 homo per superbiã. P. sal. 92. Eleuauerũt flumina fluctus suos.
 Et deprimitur per paupertatē, deniq; eiicitur in profundum
 peccatorũ. Ecc. 27. Propter inopiã multi deliquerũt, rapiẽ-
 tes aliena. Aut se venales exponũt in luxuria: aut diuitib; in-
 uidēt. Ideo P. sal. 72. Deiciisti eos dũ alleuaretur. Illã instabili-
 tatem

ratem non euades dum modò es in mũdo. Aug. Inquietum
 est cor meum donec requiescat in te. Secũdò, in mari est a-
 quarũ multiplicitas. Ecc. 1. Omnia flumina intrãt mare, &c.
 Et sic in mũdo miserie multitudo. Thre. 2. sic habetur: Ma-
 gna est enim velut mare cõtritio tua. Et Iob 14. dicit: Reple-
 tur multis miseris. Eccles. 2. Cuncti dies eius doloribus &
 erumnis pleni sunt, s. à die natiuitatis vsque ad diẽ mortis.
 Tertio, in mari pisces maiores deuorãt minores: & sic po-
 tentes in mũdo opprimunt pauperes. Iac. 2. Nõne diuites
 per potentiã opprimũt vos? Quarto, in mari est fluctus ve-
 locitas, & sic in mundo vitæ breuitas. Vnde Iob 14. Breues
 dies hominis sunt. 2. Re. 14. Omnes morimur & quasi aqua
 dilabimur. Nã sicut semita nauis nò videtur, & volatus a-
 uis: sic priorũ non est memoriã. Baruc 3. Vbi sunt principes
 gentiũ, qui dominãtur bestiis terræ: qui in auibus cœli lu-
 dunt, qui argentũ thesaurizãt & aurũ in quo cõfidũt homi-
 nes: & nò est finis acquisitiõis eorũ? Descēderũt ad inferos
 & alij loco eorũ surrexerunt. Quintò, in mari est periculo-
 sitas, & sic in mũdo. Eccl. 9. Nescit homo finẽ suum, &c. Si-
 militè incertitudo i anima. Ecc. 9. Nemo scit an amore vel
 odio Dei dignus sit. Ideo si volum; securè peruenire ad lit-
 tus salutis, ascēdamus in nauem poenitentiæ: de qua Isa. 60.
 Me em̄ in sulcũ expectãt & naues maris in principio vt ad-
 ducã filios de lōgè, i. de viis peccatorũ. Et iterũ Isa. 60. Filij
 rui de longe venient, quia peccatores elongati sunt à deo.
 P. sal. 168. Lōgè à peccatorib; salus. Hanc nauẽ debemus ascē-
 dere multis de causis. Nã primo aliquis ascēdit nauem ne
 submergatur in profundũ, & sic nos. Nã oēs nò existẽtes in
 nauĩ poenitentiæ submergũtur in aĩa. Luc. 13. Nisi poenitentiã
 egeritis, oēs simul peribitis: vt Iudas, Cain, Esau, &c. Secũ-
 dò, aliquis ascēdit nauẽ ppter propriã vtilitatē. Et sic ascē-
 dere debemus in nauẽ poenitentiæ, quia per eã mercabimur
 remissionẽ peccatorũ. Eze. 18. Si impius egerit poenitentiã de
 iniquitatib; suis: omnĩ iniquitatũ eius non recordabor. Itẽ
 ascēsus in nauẽ poenitentiæ cõfert gloriã. Matt. 3. Poenitentiã
 agite, appropinquabit em̄ regnũ cœlorũ. Itẽ ascēsus in nauẽ
 poenitentiæ liberat ab inimicis. Eze. 13. Tradã te inimicis p-
 pter peccata tua: & p poenitentiã liberaberis. Eze. 18. Cõuer-
 timini & agite poenitentiã: & nò erit vobis iniquitas in rui-
 nam. P. sal. Ne tradas bestiis animas confitentũ tibi. Tertio
 debemus ascendere nauem poenitentiæ propter Christi be-
 nignit

nignitatē. Ro. 2. Ignoras quoniā benignitas dei ad pœnitentiā te adducit. De hac benignitate dicitur Sapient. 11. Misereberis omnium domine quia omnia potes: & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiā. Et Ezech. 18. Nolo mortē peccatoris, &c. Et 1. Tim. 2. Deus vult omnes homines saluofieri, &c. Quarto debemus ascendere nauē pœnitentiæ propter temporis opportunitatē. 2. Cor. 6. Ecce nūc tēpus acceptabile. Pl. 101. Misereberis Sion, quia venit tēpus. Item notandū, ascendentibus nauē pœnitentiæ triplex est vētus contrarius. Primus vētus est tentatio diaboli. Iste est ventus, de quo dicitur Iob 1. Ventus vehemēs irruit à regione deserti & cōcussit quatuor angulos domus. Quatuor anguli domus, sunt quatuor virtutes animæ, s. prudentia, iustitia, tēperantia, & fortitudo. Tunc isti quatuor anguli cōcutiuntur & domus cadit, quando homo grauē tentationē passus nō habet vsum istarū virtutum. Huic vento debet homo resistere per fidem. 1. Pet. 5. Vigilate quia aduersarius vester, &c. Cui fortiter resistite in fide. Secundus est vexatio carnis. Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritū. Sed oportet resistere per abstinentiā. s. abstinendo à delectationibus prauis, & à suspensua cibatione & potatione. Eph. 5. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Ideo Apost. talem materiā in se refrānabat dicens 1. Cor. 9. Castigo corpus meū & in seruitutem redigo. Tertius ventus est mundus. Io. 16. In mundo pressuram habebitis. Huic vento debemus resistere per fugam. 1. Io. 2. Nolite diligere mundum neq; ea, quæ, &c. Quia dicit Aug. Mundus vult seruitores suos vorare & nō portare. Ideo rogabat propheta, Pl. 68. Non me demergat tēpesta aquæ, neque absorbeat me profundum. Item contra pericula maris nauæ multa faciūt. Primo naues exonerant, secūdo aquas exhauriūt, tertio rupturas obstruūt, quarto anchorā iaciūt. Primo naues exonerant, & sic nos nauem animæ exonerare debemus per largitionem elemosynæ. Dan. 4. Peccata tua elemosynis redime. Figuratur Ionæ 1. Vbi nauæ proiecerūt bona ad mare vt saluaretur. Spiritualiter sic nos tēporalia. Pl. 71. Animas pauperū saluas faciet, ex vfuris & iniquitate redimet animas eorū. Sed heu de aliquib. conqueritur, Pl. 48. Simul insipiens & stultus peribunt: relinquent alienis diuitias suas, &c. Secundo exhauriunt aquas. Et sic nos abiicere debemus superbiam per humilitatē. Thren. 2. Effunde sicut aquā cor tuum ante conspectum domini. Nam qui

qui superbiam non effundit, hic peribit. Pl. 82. Deiecit eos dum alleuarētur, & subito perierūt propter iniquitatē suā. Et ecōtra Pro. 29. Humilem spiritu suscipiet gloria. Tertio rupturas obstruūt: sic nos foramina sensuum obstruere debemus per timorem domini. Quia dicitur Hier. 9. Mors intravit per fenestras, id est per sensus exteriores, Eccl. 15. Qui timet Deum, faciet bonum. Quarto anchoram iaciunt in profundum, scilicet spei. Vnde ad Hebr. 6. Fortissimum solemus habeamus, qui confugimus ad tenendum propositam spem. Pl. 16. Saluos faciet sperantes in se, &c.

DOMINICA INVOCAUIT, ENAR. IX.

DE EPISTOLA.

Hortamur vos ne gratiam Dei in vacuum recipiatis. 2. Cor. 6.

Solent principes quādo pugnaturi sunt cū hostibus suis spræmonere populum suum, vt strenuē agāt. Spiritualiter, sic nunc exercitus militiæ Christianæ ad pugnā egreditur cōtra nequitias dæmonū & aduersus acies vitorū. Idcirco Apost. tanquam dux belli strenuus exhortatione prouocant nos animar in epist. hodierna sicut præcepit dominus Deut. 20. Appropinquante prælio stabit sacerdos ante aciē, & sic loquetur ad populū: Audi Israel, vos hodie cōtra inimicos vestros pugnā cōmittitis, nō pertimescat cor vestrū, nolite metuere: nolite credere nec formidetis eos, quia dominus Deus vester in medio vestri est, & pro vobis contra aduersarios dimicabit: vt eruat vos de periculo. Talia sacerdos stans ante aciē loquatur ad populum. Spiritualiter, sic hodie hortatur nos Apost. vt arma regis nostri non abiiciamus: sed in eis viriliter dimicemus, cū ait: *hortamur vos ne gratiam, &c.* In summa epistolæ tria innuuntur. Primo hortatur nos ad virtuosam operationem, ibi, *hortamur*. Secūdo subdit tēporis beneplaciti susceptionem, ibi, *ecce nunc*. Tertio docet nos habere copiosam perfectionem, ibi, *In omnibus exhibeamus, &c.* Vel sic. In summa epistolæ duo innuuntur. Primo hortatur nos ad susceptæ gratiæ ostensionem, ibi, *fiatres hortamur*. Secundo prohibet scādali offensionem, ibi, *Nemini dantes illam offensionem*. De primo dicit: *Hortamur vos ne gratiam Dei in vacuum recipiatis*, id est, ne sine fructu Dei gratiā, quam suscepistis, stare faciatis. Pro quo nota, multa sunt bona quæ præstantur nobis ex Dei gratia. Prima sunt bona naturalia, quæ contulit nobis in ipsa creatione, corpus cum sensibus, animam cum viribus, s. potentiā discernendi inter

inter bonū & malum potentiā appetēdi bonum & detestādī malum: dedit nobis similiter & liberū arbitriū, vt liberē & nullo cogente declinaret homo à malo, & faceret bonū. Et per hoc meretur bonū æternum. Deut. 30. Testes enim in uoco cælum & terrā, q̄ proposuerim vobis vitam bonā & benedictionē & maledictionē. Elegi ergo vitā, &c. Et Eccl. 15. Apposui tibi aquā & ignem, ad quod volueris extēde manum tuam. Et in hac libertate consistit tota dignitas hominis. Vnde valde stulti sunt qui dicūt: Quare Deus non fecit hominē talem qui peccare nō posset: quoniā aliās nō esset merito suo cōmendabilis. Hęc est enim maxima commendatio viri iusti, qui potuit trāsgredi & non est trāsgressus. Eccl. 31. Hanc gratiam in vacuum recipiūt qui malum diligunt & bonū fugiunt, & qui exhibent membra corporis armæ iniquitatis. Alia bona quę habentur ex Dei gratia sunt temporalia, vt sanitas corporis, trāquillitas tēporis, & fertilitas rerū. Sed miseri sanitate corporis abutūtur luxuriādo. Vnde Salomon Pro. 5. c. Ne des alienis, i. dāmonibus honorem tuum. Singuli habent honorē suum, coniugati habent honorē coniugij: continētes honorē continentię: virgines honorē virginitatis. Et annos tuos crudeli, s. tempus tibi ad pœnitentiā deputatū ne dissipēs. Nota, multi sunt modi quibus cognoscitur, quōd quis gratiā Dei in vacuū recipit. Primō, quādo quis gratias Deo non agit. Ber. Non est dignus dandis, qui non agit gratias de datis. Secundō, quando bonū quod habet de gratia quasi propter meritum suum sibi attribuit, quod est cōtra Apost. 1. Cor. 4. ca. Quid habes quod accepisti? Aug. Memento quicquid habes aliūde habes: imperfectē habes, amittere potes. Tertio, quādo gratiam collatā & gratis datam quasi volūtariē reiicit. De quo Osee 8. ca. Proiecit Israel bonum. Chry. Gratia est adiutorium infirmitatis humanę, s. vt mundum & diabolū vincat. Exemplum in vitis patrū de illa muliere, quę cū vicisset diabolū, & dēmon dixisset, vicit me illa: respōdit illa: Non ego sed dominus meus. 2. Corin. 11. Non ego, sed gratia Dei mecum. Quartō, quādo secundum eam nō operatur. 1. Tim. 4. Noli negligere gratiam Dei quę in te est. Quintō, quādo in gratia non perseuerat. Heb. 13. Optimum est gratia stabilire cor. Sen. Quid prodest cibus corpori qui assumitur & statim reiicitur, & sic gratia animę si cito perditur? Chry. Tolle perseueratiā, nec habet mercedē obsequium,

quium, nec gratia beneficiū, nec fortitudo laudem. Itē per gratiā Dei possum intelligere beneficiū redemptionis. De qua gratia 2. Cor. 8. Scitis gratiā domini Iesu Christi cū diues esset propter nos egenus factus est, vt illius inopia diuites essemus. Eccl. 29. Gratiā fideiussoris tui ne obliuiscaris. Et Aug. loquēs de tali gratiā dicit: Redimit vēditos, viuificat occisos, honorificat iniuriatos. Gratiā istā in vacuū recipit, qui tāti beneficiij immemor existit, s. per ingratiudinē, quod est maximū peccatū, vt dicit Ber. Ingratitudo est vētus vrēs exiccās fontē pietatis. Idcirco in pręsenti tēpore non debemus gratiā Dei in vacuum recipere. Rationē subdit: *Tempore accepto exaudimi te, s. à peccatis liberādo.* Gal. 4. At vbi venit plenitudo tēporis misit Deus filium suum, &c. Et subdit: *In die salutis, s. quo nota est vera mundi salus: adiui te, s. per misericordiā tibi exhibitā.* Dicit ergo: *Ecce nūc tēpus acceptabile, s. ad agendum pœnitentiā, quia nunc acceptatur sacrificiū iustitię: ecce nūc dies salutis, s. ad promerendam gloriā: quia nūc acquiritur meritū salutis æternę.* Hęc gratiam in vanū recipiunt, qui de die in diē pœnitere differūt. De quo Iob 24. Dedit ei dominus locū pœnitentię, & ille abutitur eo in superbia. Apo. 2. Dedit ei tēpus vt pœnitentiā ageret, & non vult pœnitere à fornicatione sua. Tales sunt habētes vocē coruinā dicētes: Cras cras: protrahētes vsque ad sabbathū Paschę. De quib. Eccl. 5. Ne tardes conuerti ad dñm Deum tuū. Nota, multa sunt quę promouēt hominē & hortātur ad pœnitentiā. Primū, Dei benignitas. Secundum, temporis oportunitas. Tertiu, pœnitentię vtilitas. Quartū est durationis nocibilitas, vt habetur alibi. Attamen sciendum est q̄ multiplex legitur tēpus in sacra scriptura. Est enim acceptabile, tēpus miserabile, tēpus formidabile. De j. dicitur in textu: *Ecce nunc tēpus acceptabile, s. in quo medicus per se venit offerēs vnguēta suauitatis, & curās vulnera peccatorum.* In quo tēpore possumus constituere pacem cū angelis & hominibus. Hier. 8. Expectauimus pacē & nō venit, quęsiuimus tēpus medelę, & ecce formido. Vbi loquitur de hoc tēpore gratię desiderās illud videre. Et hoc tempus gratię nunc habes. Nam tēpus quadragesimę est acceptabilis ad lucrandum quā alia tēpora. Primō, quia cāpfores nunc in locis suis inueniuntur, i. pœnitentiarij parati ad audiendas cōfessiones. O quā felix mutuatio fit in foro pœnitentiāli. Viliissima enim moneta est quā peccator apportat: & pretiosissi-

tiosissima est quæ deportat: quia peccata sua ibi dimittit & gratiã Dei ibi acquirit. Tob. 3. In tẽpore tribulationis peccata dimittis his qui inuocãt te. Itẽ in quadragesima quasi in nudinis Dei abundantius venalia exponuntur, s. ipsum regnũ cœlorũ. Vnde dicit Aug. Venale habeo, quid? regnum cœlorũ, & tantum valet quantum habes. Attamen in nudinis istis quid præcipuẽ emendum sit, ostendit nobis dominus. Apoc. 3. Suadeo tibi emere à me aurũ ignitum probatum vt locuples fias. Aurũ istud est castitas aut charitas: Vnde aurum emũt qui charitati student. Sed sunt aliqui qui in nudinis istis plumbum vel argentũ emunt. Illi reuera emunt plumbum qui opera misericordiæ in mortali faciũt. Opera enim mortalia ad similitudinem plumbi sunt ponderosa & non pretiosa. Argentum enim emunt, qui sapiẽtiam huius mundi sequuntur. Nam sicut argẽtum nõ reputabatur alicuius pretij tẽpore Salomonis, vt habetur 3. Reg. 10. sic sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. 1. Cor. 3. Ideo in hoc tẽpore debemus emere aurũ charitatis & misericordiæ. Psal. 101. Quia tẽpus miserẽdi eius, quia venit tempus. Et hoc tempore strictissima est reddenda ratio. Ansel. O lignum aridum quid respõdebis cum exigeretur à te vsque ad oculi istum, &c. Ber. Omne tempus tibi impẽsum requiretur à te qualiter sit expẽsum. Sed heu cõqueritur Hier. de aliquibus cap. 3. Miluus in cœlo cognouit tẽpus suum, hirundo & ciconia custodierunt tẽpus suum. Sed miser peccator hoc tẽpus refutat & negligit. Cũ tamen, dicit Bern. nihil pretiosius tẽpore: quia de eo valde exigũ præstatur nobis. Quarto Physicorũ: Nihil habemus de tempore nisi nunc. Ergo summa cũ prouidẽtia est ad salutem animæ in eo respiciẽdum. Eccl. 9. Quodcunq; potest manus tua operari, instãter fac. Et Isa. 55. Quærite dominum dum inueniri potest: inuocate eum dum prope est, scilicet in tẽpore præsentis. Secundum est tẽpus miserabile, scilicet tempus mortis, de quo 2. Tim. 4. cap. Tempus resolutionis meæ instat, id est mortis, quod est incertũ. Eccle. 9. Nescit homo finem suum, sed sicut pisces hamo, & aues laqueo capiuntur, sic homines in tẽpore malo. Et loquitur hoc de carnalib⁹, qui non præuidẽt diem mortis: & ideo quasi irrationabilia animalia reputãtur ad locum damnationis. Iob 21. Tenẽt tympanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos: & in puncto ad infernum descendunt.

De hoc

De hoc tẽpore dicitur Eccl. 11. Si homo annis multis vixerit, & in his omnibus latus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, i. mortis. Et in hoc tempore difficile est pœnitere. Aug. Tunc morbus vrget, pœna terret, vox clamat, mũdus delectat. Eccl. 18. Cõfiteberis viuens, viuus & sanus cõfiteberis. Gre. Timẽdũ est qui tẽpus senectutis expectat ad pœnitendũ, ne dum sperat misericordiã, inueniat iudiciũ. Ber. Infœlix homo qui florẽ iuuentutis offert diabolo: & fœces senectutis deo. Ps. 58. Fortitudinẽ meam ad te custodiã. Eccl. 14. Ante obitũ operare iustitiã, ante languorem adhibe medicinã. Dicit enim Aug. in lib. de pœnitẽtia, & habetur dist. 7. cap. Nullus expectet quousq; peccare nõ potest. arbitrij libertatẽ requirit dñs vt delect cõmissa, nõ necessitatẽ. Ideo subdit, periculosissimũ est vsq; ad mortẽ protrahere. Mat. 6. & Lu. 13. cap. Contendite intrare per angustã portam, s. pœnitentiã, ne claudatur ianua diuinæ misericordiæ. Gre in Mora. super illud: Clausa est ianua. Qui tempus congruũ pœnitentię perdidit: frustra ad regis ianuã precibus pulsat. Non enim post iudiciũ precũ aut meritõrũ locus erit. Aug. de verbis dñi: Tunc ianua lugentibus clauditur quæ nũc quotidie pœnitentibus aperitur: tunc erit pœnitentia, sed non fructuosa, &c. Tertium est tẽpus formidabile. De quo Ps. 74. Cũ accepero tẽpus, ego iustitias iudicabo. Non solum iustitias, sed iniquitates & malitias. Vnde 2. Cor. 5. Vnusquisque recipiet prout gessit, siue bonum, siue malũ. De hoc tẽpore Mat. 13. In tẽpore messis dicam messoribus, colligite zizania & alligate ea in fasciculos, & proiicite in ignẽ: & ibi erunt æternaliter. Ps. 80. Inimici domini mentiti sunt ei: & erit tẽpus eorum in secula. Ideo ad Gal. 6. Dum tempus habemus operemur bonum. Nã in illo tempore formidabili non poterimus pœnitere. Ps. 6. In inferno quis confitebitur tibi? quasi dicat, nullus. Ideo Apoc. 10. Iurauit angelus qđ post hoc tempus, non erit amplius tempus, s. misericordiæ & pœnitentiæ, sed iustitiæ. Ideo subdit Eccl. 4. Fili obserua tempus. Rationem ponit Hierony. Sicut non perit capillus de capite, sic nec momentum de tempore. Et Chrysostomus. Omni rei oportet magis parcere quã tẽpori. Aurum si perdidideris, recuperare poteris: tempus autem non refumes, vt legitur in Vitis patrum de anima plangenti pœnam: & inter multitudinem pœnarum deplanxit amplius tempus perditum.

Quadrag. Thes.

E

Vbi duo hastilifores hastiludunt simul: tunc si vnus cadit, alter eius fautor & amicus capit eius arma, hastã, & galeã: & in specie prioris illo ignorante appropinquat. Spiritualiter, & sic quando primus homo bellauit cū diabolo: tūc amicus noster Iesus Christus induit nostrę carnis loricã & hastã nostrę fragilitatis cū galea defectuositatıs: & appropinquauit ad eū, s. diabolu ipso ignorante. Figuratur 1. Macha. 13. Postquã Tryphon vicit & occidit Ionathã, tunc Simon frater eius assumpsit sibi populũ fratris & officiu: & vindicauit fratrem, & occidit Tryphonẽ. Spiritualiter, Per Tryphonẽ intelligitur diabolus qui superauit Ionathan, i. primũ hominem quousq; venit Simon, i. Christus obediens patri: & iste nos vindicauit in eadẽ forma humana. Io. 12. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Aliud thema: Videmus q; vbi rex militiã suã ad pugnandum mittit, si contingat eos malẽ pugnare, ita vt dux exercitus & alij probi viri quidam occidantur, & quidam captiuentur: tunc rex assumit per se arma, & vadit ad prælium ad vici scendũ iniuriã suorũ & verecundiã. Et qui fugerunt non sunt ausi faciem eius videre. Spiritualiter, sic est de genere humano & Christo. Figuratur Iosue 7. Cũ mitteret Iosue de Iericho viros contra Hai, percussit sunt & corruerũt. Ipse autẽ Iosue reuersus percussit viros Hai, ita vt nullus de tanta multitudine saluaretur. Spiritualiter, Christus rex cæli cū videret genus humanũ in campo huius vitę succumbere, & Adam ducem cū maiori parte prostratum, induit armaturam. Ad Phil. 2. Habitu inuentus vt homo, in deserto huius mundi. Ps. 14. In te eripiar à tentatione. 2. Pet. 2. No- uit Deus pios à tentatione eripere. De quo introitus: Inuocauit me, &c. In epistola hortamur: Ecce nunc in die salutis adiuui te. In summa euangelij tria inuuntur. Primo quomodo Christus audacter bellum est ingressus. Secundo quomodo callidus hostis eũ est aggressus, ibi, *Et accedēs, &c.* Tertio quomodo fortiter idem hostis est oppressus, ibi, *Vade Sathana.* De primo dicitur: In illo tempore, s. post baptismum immediatẽ. *ductus est Iesus in desertum.* Gl. Quod est inter Hierusalem & Iericho: vt dicitur Lu. 10. Et hic ductus fuit à libertate arbitrij: ergo à spiritu sancto. 2. Cor. 3. Vbi spiritus domini,

mini, ibi libertas. Et fuit hic spiritus qui in specie columbæ mansit super eum. De quo Isa. 63. Spiritus domini ductor eius fuit. Subdit rationem: *vt tentaretur à diabolo.* Chryso. Christus sciebat q; diabolus eum tentare desiderabat, & tamen diabolus aduersus Christũ ire non poterat, ideo Christus contra diabolũ processit. Sed diceret, cur in deserto & non alibi? Resp. Basil. quia locus solitarius est tentationi ap- prus: vt patet in prima muliere. Sed diceret: Cur tentari vo- luit Christus? Resp. multis de causis secundum sanctũ Tho. parte 3. q. 41. art. 1. Primo vt nos omnes tentandos ostēderet. Eccle. 2. Fili ad tentationem præpara animum tuum. Et se- cundum Hylarium, vt ostenderet omnem hominem quan- tumcunq; sanctum esse tentationibus subditum. Iob 6. Mi- litia est vita hominis super terram. Secũdo, secundũ Chry. vt audaciã diaboli reprimeret, & nobis contra tentationes auxiliũ ferret. Tertio vt nullus tentatus indignaretur. Mat. 10. Non sit discipulus super magistrũ. Aug. Magna est con- solatio membris à capite. Innocentius: Non desperet qui tentatur: quia tentatus est saluator. Quarto vt eis assisteret. 1. Cor. 10. Fidelis deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, &c. Greg. Sicut morte sua Christus nostrã vicit: sic nostras tentationes suis superauit. Nota tamen, Greg. dicit quod tentatio tribus modis fit, scilicet, sugges- tione, delectatione, & consensu. Suggestione saltem extrin- seca, & non intrinseca: quia in carne tentatus est Christus. Et hoc non est peccatum: & non delectatione vbi est pecca- tum veniale, nec consensu in quo est peccatum mortale, vt dicit Aug. Moraliter, per desertum intelligitur pœnitentia, quia dicit Augus. Omnis Christi actio, nostra est instructio. Sed Christus ductus est à spiritu, s. sancto, in desertum. Et sic homo per se nõ potest ingredi desertum pœnitentię, sed per solã gratiam, ad Rom. 8. Quicumque spiritu Dei agũtur hi filij dei sunt. Primo filij Dei sunt, quia in eremo sunt a- quę amarę, & sic contritio in pœnitentia. Thre. 2. Velut ma- re contritio tua. Item in deserto sunt igniti serpentes, id est impugnatio diabolica. Vnde Petrus Rauennensis: Auctor malitię, origo nequitię, semper hominibus laqueos proten- dit, & foucas fodit. Innocentius: Nullus putet se in hac pe- regrinatione omnino tentationibus diaboli posse carere, nulla persona, nullus locus, nullũ tempus excludit. Ecce q̄ callidus. Nõ hominẽ qualẽcunq; sed Iesum, id est sal-

natorum, qui peccatum non fecit, tentauit. Quid faciet peccatoribus si Christū tentauit in eremo, vbi nulla tentandi causa vel occasio? Quid faciet manenti in ciuitate vbi loci amonitas, vestitū pretiositas, diuitiarū iactantia? Si ieiunantem, quid in deliciis viuentem? Si in templo, quid in lecto? Greg. Maligni spiritus quasi latrūculi iter nostrum obsidēt. Subdit: *Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurijt.* Ieiunauit, s. vt nō sumeret cibū. Et hoc propter tria. Primo, vt ostenderet se dei filiū. Sed dicerēs tamē, Moyses & Helias etiā ita ieiunabāt. Soluit Chry. dicēs: Illi esurierunt, Christus nō. Ipsi virtute alterius sustentabātur, Christus propria virtute. Secūdo, secundum Basiliū. Ideo tantū ieiunauit, vt ostenderet volenti vincere diabolum necesse esse ieiunium. Mat. 17. Hoc genus dæmoniorū in solo ieiunio & oratione eiicitur. Tertio, secundū Greg. vt suo ieiunio nostrū ieiunium institueret. Nota, tres sunt causæ cur institutum est ieiunium quadraginta dierum. Primo quia deliquimus in quatuor Euangelistis, & decē præceptis: vt dicit Gre. In hoc debemus pœnitere. Secundo ideo, quia sicur ex lege iubemur deo offerre decimas totius anni frumētales: ita decimas temporū. Nā quadagesima continet quadraginta duos dies: sed quia 6. dies dominicos non ieiunamus propter gaudiū resurrectionis quo Christus bis comedit, ideo manent tantū 36. dies ieiunales, ergo addūtur quatuor præcedētes, qui quadraginta sunt decimæ temporū, quia annus habet 365. dies. Tertio secundū Ambr. ideo, quia per 40. dies aque diluuij inūdauerunt vniuersam terrā propter peccata. Ergo peccata nostra per abstinentiam quadraginta dierum deleamus, vt impleamus quicquid deliquimus: vt cursor implet altera die quod in vno neglexit.

Nota, licet illo tempore Christus nihil comederit: nos tñ semel ob infirmitatē humanitatis possumus cibū sumere ad sufficientiā. Sed dicerēs, Cur non ieiunamus eo tēpore quo Christus, s. post Epiphaniā & baptismū? Respō. primò: quia nunc instat anniuersarius Christi passionis. Ergo vt sibi cōpatiamur portando crucē pœnitentiæ & cū eo resurgamus à vitiis & à morte animæ: ideo isto tēpore institutū est hoc ieiuniū. Secūdo ideo vt imitemur filios Israël, quia illo tempore exierunt de Aegypto, post hoc eo tempore exierūt de Babylonia, qđ inde probatur: quia tā isti q̄ illi statim celebrauerūt Pascha. Et sic nos primo egrediamur de peccatis

vt

vt deniq; eamus in terrā promissionis. Tertio propter furorem libidinis qui in tempore veris solet nos magis accēdere, quā aliis anni tēporibus. Ergo refrænemus carnis concupiscentiā per ieiunium. 2. ad Cor. 6. In ieiuniis & castitate, &c. Hier. Per abstinentiam cibi & potus tepescit venus. Prouer. 26. Si defecerint ligna exinguitur ignis. Sequitur, *Postea esurijt.* Et hoc propter duo. Primo vt ostenderet se esse verum hominem vt verum Deū. Vel secundum Basiliū ad ostendendum qđ famem spōte assumpsit, vt ceteros defectus. Secundo, secundum Basiliū. vt prouocaret diabolum ad tentandū eum. Dixi scūdo innuitur quomodo callidus hostis est eum aggressus: dicens, *Et accedens tentator,* i. diabolus qui habet hoc nomen ab officio. De quo Chry. Nec māducat nec bibit, nec aliud opus habet quā incessanter tētat. ideo dicitur tentator. *Et accedens.* Dicit Nicol. de Lyra: Sciuit diabolus ex prophetia Isa. 9. qđ Christus deberet esse Deus & homo: iuxta illud: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Ecce vera humanitas, & vocabitur nomen eius, Admirabilis deus fortis: ecce manifesta eius diuinitas. Item sciuit tēpus fore cōpletum per Dan. expressum: & per regni trāslationē Iudæorū ad Herodē alienigenā, vt habetur Gen. 49. Non auferetur sceptrū de Iuda, &c. Sed nesciebat certitudinaliter an Iesus esset Christus. Veruntamē propter eminentiā sanctitatis eius habebat quandā coniecturā. Dubitauit enim diabolus: quia vidit eum natū de muliere, & fletum & circūcisum & fugientē in Aegyptū, & baptizatum, & sitim & famē patientē, & propter hoc putauit eum esse hominē. Itē ex alia parte nō nouit eius patrē: vidit angelos lætantes, stellam magos ducentē: & ideo putauit eum Deum. Ideo voluit hoc experiri per tentationē, & vidēs eum esuriē pati, putauit eum esse purū hominē. Et per hoc voluit eum ducere ad peccatum gulæ. Maximus dicit qđ transfigurauit se diabolus in speciē humanā. Aug. Hic diabolus fuit Lucifer qui primū hominem superauit. Et assumpsit habitū religiosum vt à Christo putaretur eremita. Et accedēs quasi cōpatiēdo fami Christi, quasi diceret: Ecce diu ieiunasti: nunc indiges cibo qui in deserto nō potest haberi. *Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.* Audiuit diabolus vocem patris. Hic est filius meus dilectus. Nō fidē adhibēs huic voci cogitauit si cōuerteret lapides in panes, tūc ipse esset, s. Dei filius dilectus. Sed prius Christus signa nō fecerat: sed debebat signa

E s

facere ad vilitatē credentiū. Etia si fecisset, diabolus melioratus non fuisset: sed gloriatus q̄ Christū in miracula duxisset. Sed diabolus nō fecit mentionē de refectōne anime quæ est hominis potior pars, ideo à Christo repellitur tanquā doctor indilertus. Qui respōdens ait: *Scriptum est, s. Deut. 8. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Rabanus, Sicut corpus humanū non viuit sine cibo terreno, sic nec anima sine dei verbo. Ergo considera quid nūc debes respondere diabolo cum vexat te dicens, ieiunium Iōgū, cibaria grossa. Respōde ei: *Nō in solo pane viuit homo, &c.* O q̄ multos diabolus tentatione gulæ superat. Eccl. 37. Propter crapulā multi perierūt. Galen. Plures moriuntur gula q̄ gladio. Phil. 3. Quorū deus venter est. Sed huic tentationi resiste per ieiuniū. 1. Pet. 5. Fratres sobrii estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus, &c. Iudith enim Holofernem superauit cum iaceret in lecto nimia ebrietate sopitus. Iudith 12. Secūdo tentauit eū diabolus de vana gloria. dicit Chry. Cum diabolus ex Christi responsione nihil certi haberet an esset dei filius, ait intra se: Si iste fame nō vincitur, & si non filius dei, tunc sanctus est vir. Possunt tamen sancti viri vinci p̄ vanā gloriā. Tunc secūdo reuersus, dicit Maximus, assumpsit formā cursoris fortissimi dicens: O debilis & attenuat⁹, nec per te ipsum ire vales: nec quicquā habeo vt te reficiā. Hanc tamē misericordiā tibi impendā & te in dorso meo portabo ad habitaculū hominū: vt quis tui, s. misereri possit: & Deus assensit. Nec mirū q̄ Christus Dei filius permisit se à diabolo duci. Quia dicit Gre. in homil. 1. Quid ergo mirū si se ab illo permisit duci, qui se etiā à mēbris illius pertulit crucifigi, s. à Pilato & Iudæis qui fuerunt membra diaboli? *Tunc assumpsit eum diabolus, s. ex superbia, & statuit eum supra pinnaculum templi, quod fuit vnū de ambulatorium vbi sacerdotes populo prædicabant. Et fuit intentio diaboli vt à populo omni videretur. Christus tamen non visus fuit ab aliquo nisi à diabolo: quia fuit in eius potestate videri vel nō. Ideo ait: Si filius dei es mitte te deorsum. Hic. Hæc fuit causa tentationis si filius Dei esset: quasi diceret: Si hoc facis, gloriosus apparebis in conspectu astantium, nec oportet te timere ne offendaris. Scriptum est enim: Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. Psalm. 90. Gre. Vnde tibi diabole hoc? Scripturas legisti nō vt melior esses, sed vt deciperes. quia incompletè allegauit*

s. non

s. nō addendo, super Aspidem & Basiliscū ambulabis, &c. i. super demones ambulabis, s. eorū tentationes cōculcando. Itē sicut falsus doctor, quia malè intellexit, eō q̄ nō solum de Christo, sed de omni homine intelligendū est: cui secundum Hier. datus est angelus in custodiā in tentatione. Ideo respōdit ei per scripturā, Scriptum est, *Non tentabis dominum Deum tuum.* Ille Deum tētat qui exponit se periculis vt expe-riatur an Deus eū eripiat, vt si quis nihil vellet mādūcare, sed expectaret vt Deus eum cibaret, vel rangere ferrū ignitum, quasi diceret, Nam per viā bonam possum descēdere, sper gradus factos, & si aliter descēderē, hoc esset Deum tentare. Tertiō tentauit eum de auaritia. Maxim. Videns Christū nō posse superare in superbia & gula, tūc venit tertio in forma regis potētissimi cum exercitu maximo. *Et iterum assumpsit eum in montem excelsum: qui dicitur Quirentena, & sub eo fuit titulus fontis, qui Heliseum sanauit, duo miliaria à monte. Et ostendit ei omnia regna mundi.* Chryf. simpliciter per diuersas partes. Ibi Romanorū, Græcorū, Francorū, Polonorū, & sic de aliis, & gloriā eorū. Quasi diceret, Ibi crescit aurum, ibi argentū, ibi lapides pretiosi. *Hæc omnia tibi dabo, s. cadens adorauerit me.* Verè mentitus est, iuxta illud Io. 8. Mendax est, & pater eius, s. mendacij. Nam diabolus nihil propriū habet. Ps. 13. Domini est terra & plenitudo eius, &c. Et fortè se cognosci timuit. Ideo, quasi desperatus venator qui omnia iacula iacit, & sic diabolus fecit. *Tunc ait ei: Vade sathana, s. in ignem æternū: quasi diceret, Hęc est tua inueterata nequitia vt honorem Dei attrahas. Scriptum est enim, Dominū Deum tuum adorabis. Deut. 6. s. adoratione latræ. Chryf. Hic datur nobis exemplū vt proprias iniurias toleremus: Dei autē iniurias nō debemus audire. Tūc reliquit eum diabolus, in propria persona, sed postmodum rediit per phariseos, Et angeli accesserunt & ministrabant ei. Chryf. Non dixit descendentes, sed accedentes, ad ostendendū q̄ semper ad eius ministeriū fuerunt in terra. Sed tunc tentato domino recesserāt, ne fortè si eos præsentēs sensisset malus angelus nō appropinquasset. Item nota hoc ieiuniū institutum est ab ecclesia sancta, vt habetur de consec. dist. 3. c. Placuit. vbi dicitur, Placuit vt omnes fideles exceptis dieb. dominicis, etiā die sabbathi sacerdotali oratione completa & discretionis cōmunionē percepta ieiunent in quadragesima. Et ibidem, canone, Nō liceat. Nō liceat fratres feria quinta nouissimæ*

septimana ieiunium solvere: & omnem quadragesimam exhonore. Gloſa ſuper verbo exhonore archidiaconi: Nil reputatur ieiunaffe qui vnũ diẽ non ieiunat. Et S. Thom. dicit in ſecũda ſecũdæ, Omnis qui venit ad tertium ſeptenniũ, i. viceſimum primũ annum tenetur ad hoc ieiunium. Ibidẽ S. Tho. q. 147. dicit, Ideo pueri quãdiu ſunt in ſtatu augmentationis nõ tenentur ad hoc ieiunium. Cõueniens tamẽ eſt, vt ſe exercẽat ſecundũ plus & minus ſecundũ modum ſuæ ætatis. Sed quid de peregrinãtib; & durẽ laborantibus? Reſp. S. Tho. ibidem, art. 4. Si peregrinatio & operis labor cõmodẽ differri poteſt aut diminui abſq; detrimẽto corporalis ſalutis & exterioris ſtatus qui requiritur ad conſervationem corporalis vel ſpiritualis vitæ, non ſunt propter hoc ieiunia eccleſiæ prætermittenda. Si autẽ imminet neceſſitas ſtatim peregrinandi, & magnas dietas faciendũ vel etiam multum laborandi: vel propter conſervationem vitæ corporalis, vel propter aliquod neceſſariũ ad vitã ſpiritualẽ: & ſimul cũ hoc non poſſunt eccleſiæ ieiunia obſervari, non obligatur homo ad ieiunandũ. Videtur tamen in talibus recurrendũ eſſe ad ſuperioris diſpẽſationem, niſi fortẽ alicubi nõ eſſet cõſuetũ, quia prælati diſſimulantes vidẽtur annuere. Itẽ qd de curſoribus, quorũ vſus eſt dominis neceſſarius? Reſpondetur ſecũdũ Guil. Si nõ poſſunt ſimul currere & ieiunare, excuſantur. Secus quãdo morãtur & modicũ vadunt. Itẽ de pauperibus reſpõdet S. Tho. Pauperes ſi poſſunt ſufficiẽter habere quod eis ſufficiat ad vnã comẽſtionẽ, non excuſantur à ieiunio. Si nõ poſſunt, excuſantur vt illi qui fruſtatim eleemoſynas accipiunt & manducãt. Itẽ quid de mulieribus prægnãtib; ſive lactantibus? Reſp. Guil. Si neceſſitas corporalis debilitatis impedit eas, nõ tenentur ad ieiunium, ſi non timeatur notabiliter de periculo vel abortu etiã tenentur. Hoc idẽ de infirmis debilib; & ſenibus, & ſic de aliis. Attamẽ in his omnibus cautũ eſt habere diſpẽſationẽ epiſcopi vel proprii ſacerdotis. Hæc Guil. Et de cõſec. diſt. 5. c. Ieiunia in eccleſiã à ſacerdotib; inſtituta ſine neceſſitate rationabili nõ ſoluãtur. Hæc Euseb. Papa. Itẽ qd de cõfectionibus? Reſpon. ſanctus Tho. in 2. 2. q. 147. qd non ſoluitur ieiunium per cõfectiones vel electuaria, ſicut nec per alias medicinarũ aſſumptions, niſi quis in fraudẽ ſumere: vel in magna quantitate, vel per modũ cibi. Cui cõcordat Innoc. Pro quo ſciendum, qd Greg. 30. Moral. & S. Tho. 2. 2. q. 147. art. 4. dicunt,

dicunt, qd quinq; modis tentamur vitio gulæ. Primõ, quando ſẽpus præuenitur. Et ſic 1. Reg. 14. Ionathas qui præuenit horã, ſ. 9. horã. Secundõ quãdo cibi lautiores quaeruntur ſine cauſa neceſſitatis, ſed voluptatis. Aug. nõ cibus ſed appetitus in culpa eſt. Et habetur 41. di. c. Nõ cogãtur. Nõ cogantur diuites pauperũ cibis veſci, vtãtur cõſuetudine infirmĩ tatis ſuæ. ſed doleãt aliter ſe nõ poſſe ſuſtẽtere, ſi cõſuetudinem mutãt ægrotãtes, vtãtur ſuperfluis: dẽt in opib; neceſſaria. Vtãtur pretioſis, dẽt pauperibus groſſa. Tertio nimis comedendo vt menſurã quis excedat: & ſic peccauerũt Sodomitæ Ezeq. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ, &c. Contra hoc dicit canõ de cõſ. di. 5. Sint tibi quotidiana ieiunia reſectio ſatietatẽ fugiẽs, &c. Quartus modus eſt ardẽter cõcupiſcere, vt faciunt qui cũ cibaria in mẽſam venerint ſtatim abſq; oratiõẽ & vilo ſigno crucis deuorãt. In hoc exceſſit Eſau Ge. 15. Aug. Nõ vſus rerũ, ſed libido eſt in culpa. Quintõ nimis ſtudioſẽ comẽſtabilia præparãdo & ſalutẽ animę negligẽdo. Sic peccauerũt filij Heli. 1. Reg. 2. qui accipiebãt carnes crudas vt ſtudioſẽ præpararẽt. Hæc oĩa patent per hos verſus: *Præproperẽ, lautẽ nimis, ardẽter, ſtudioſẽ*
Iſrael & Ionathas, Eſau, Sodomitæ, ſacerdos.
Vt bene ieiunes noli prædere gulã.

DE EODEM, ENARRATIO XI.

Cum ieiunaſſet quadrageſima diebus & quadrageſima noctibus, poſtea eſurijt, &c. Matth. 4.

Poſtquã veſtimentũ multũ ſordidatum eſt noua ſuperueniens ſordes non percipitur, quæ tamẽ in candido veſtimento ſtatim apparet. Hoc iterũ videmus in atrio mundo, in quo vix poteſt feſtuca cadere quin perpendatur: ſed cũ eſt immundum grande lutum nõ percipitur. Spirituãliter, homo deditus crapulæ ſemper eſt in ſordib; ideo cũ ſordidior efficitur cadẽs ſ. in lutũ libidinis nõ percipit, vadit enim de ſorde in ſordẽ, velut ſus qui deſcẽdit in ſtabulum ſordidũ, ſ. dæmonũ. Figuratur Matt. 8. qd quidam habens in ſe legionem ſpirituũ immundorũ habitabat in ſepulchris, inde diuina virtute expulſi ſpiritus illi immundi ingreſſi ſunt gregẽ porcorum, deinde præcipitio ruerunt in mare. Spirituãliter, per ſpiritus illos immundos, qui viuũ hominẽ tenebãt in ſepulchro, ſubaudi gulam & crapulam quæ ſunt vitia, viuẽtẽ hominẽ tenentia in ſepulchris, vt mortuum in fetore: eõ qd ſemper putreſcit. Ducit autẽ hu-

iusmodi vitia de sepulchro ad porcos, quando gulosi trahuntur ad libidinē. Gula enim & crapula propter immunditiā corporis & animæ quā inducūt, porcinae forditati cōparantur. Sed inde descendunt præcipitio in mare, i. in infernū stabulo sulphureo cum dæmonibus deputādi: quibus se per immunditiā totaliter assimilauerunt. Amb. in libr. de poenitētia: Ebrius, inquit, cum absorberit vinū, absorberur à vino, abominatur à Deo, despicitur ab angelis, deridetur ab hominibus, cōfundit naturā, amittit gratiā, perdit gloriā, incurrit damnationem æternā. Ideo Christus nos admonens, seipsum ponit in exemplū virtutis, qui etiā postquā ieiunauit esuriens noluit sequi diabolū, qui suavit ei vt faceret panes de lapidibus, tentando eum per gulam. Sed docuit nos abstinere: eō quod euangelista tangit eius ieiuniū dicens, *Cum ieiunasset, &c.* Nota, primò quale debet esse ieiuniū. Secūdo quæ sint eius vtilitates. De primo sciēdum. Ieiuniū debet fieri plena cōuersione, pura intentione, deuota cōtinuatione, vera humiliatione. De primo dicitur Ioel 2. Cōuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, &c. Qui ergo meritorie vult ieiunare primo cōuertatur. Parū est enim te abstinere à cibis, quādo nō abstinēs à vitiiis. Isa. 58. Ecce ad lites & cōtētionēs ieiunatis. Isi. Qui abstinet à cibis & prauē agūt, dæmones imitatur quibus esca nō est, sed semp̄ adest nequitia. Ideo vt dignē ieiunetur, cōtritio, cōfessio & satisfactio associentur ieiunio. Ergo dicit, *Cōuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio, fletu & planctu & semidite corda vestra, &c.* Itē 2. Paral. 20. Iosaphat timore perterritus totū se cōtulit ad rogandū dominū: & prædicauit ieiuniū vniuerso Iuda. Iuda cōfites interpretatur. Qui ergo vult dignē ieiunare, debet cōfiteri peccata. Itē satisfactio: licet ieiuniū sit pars satisfactionis tamē aliq̄ partes omittēdæ nō sunt. Tob. 12. Bona est oratio cū ieiunio & eleemosyna magis quā thesauros auri recōdere. Dicit not. eleemosyna. Vnde Amb. lib. de ieiunio: Illud ieiuniū dñs approbat quod ad eius oculos manus eleemosynarū leuat. Hoc quod tibi subtrahis, alteri largire. Vnde caro tua affligitur, egeni caro reparetur. Ergo dicitur Mat. 6. Vnge caput tuū, s. vnguetō deuotionis & orationis: & laua faciē, i. immundā conscientiā aqua miserationis. Vnde Isa. 58. Frange esurienti panem tuū, &c. De secundo dicitur Baruch 1. Audientes plorabant, ieiunabant & orabant in cōspectu domini. Et bene additur

in

in cōspectu domini & non cōspectu hominū. Ecce quā pura debet esse intentio ieiunij, & nō sicut illud de quibus dicitur 3. Reg. 21. Prædicauerūt ieiuniū & occidere fecerūt Naboth, &c. Ieiunauerūt vt innocētē occiderēt, & sic aliqui ieiunāt vt pallietur eorū nequitia. Et sic Iudas osculabatur dominū & tradebat. De tertio Iudith 4. Scitote quoniā dominus exaudiet preces vestras si māsēritis permanēs in ieiunio & obsecratione in cōspectu domini. Quidā autē bene incipiūt, sed desistunt cito. Quidā vno die ieiuni sunt, alio ebrii. Cōtinuatio autē ieiunij præcipuē à superfluis cibis valet contra tria pericula trium hostium, s. diaboli, carnis, & mūdi. Diaboli, vnde Christus Sathāvicit cum ieiunasset, &c. Amb. Ieiuni hominis sputū si serpens gustauerit, moritur. Vnde de quāta vis ieiunij, si sputū terrenū serpentem interficit: quid faciet spiritali serpenti? Et in periculo maris Paulus & socij eius ieiuniū cōtinuātes euaserunt naufragium. Act. 27. dicitur: Quartadecima die hodie expectātes ieiuni permanetis nihil accipientes. Mare significat mundū. Psal. 103. Hoc mare mare magnū & spatiosum manib. Pericula carnis sunt pericula incontīnētia. Luc. 6. Anna non discedebat de tēplo ieiuniis & orationib. seruies. De quarto, s. humiliatione in ieiunio animā meā. Attēde qualis debet esse ista humiliatio, quia debet esse quo ad te, quo ad deū, quo ad proximū. Primo quo ad te. Eccl. 34. Qui baptizatur à mortuo & iterū tāgit mortuū, quid proficit lauatō illius? Et sic homo qui ieiunat in peccatis & iterū facit, quid proficit humiliādo se, orationē illius quā exaudiet? Ergo humiliatio eius quo ad se debet esse fructuosa. Secūdo quo ad deū nō debet esse præsumptuosa sicut illorū qui dicūt Isa. 58. Quare ieiunauimus & nō aspexisti, humiliauimus animas nostras, &c. Tertio quo ad proximū nō sit iniuriōsa, sicut illius pharisæi, Lu. 18. Ieiuno bis in sabbatho. Iniuriōsē cōtempserit publicanū. Cōtra quod dicitur Ro. 14. Qui ieiunat, manducantē nō spernat. De secūdo quæ sint vtilitates ieiunij, & quot sunt. Primop ieiuniū offensa in deū placatur. Vnde Ionę 3. Cum ciuitas magna Ninie interire debebat, tunc prædicauerunt ieiuniū tribus diebus & noctibus. Et sequitur: Vidit Deus opera eorū quia cōuersi sunt à viā mala, & misertus est super malitia eorū quā locutus fuerat vt faceret eis & nō fecit. Vidit Deus opera: & nō tantum ieiuniū: quia ieiuniū sine alijs bonis operibus nihil prodest. Vnde legitur Hest. 4,

quod

quod Hester tribus diebus ieiunando & tribus noctibus sententia de morte Iudæorum data reuocauit, sic & tu fac. Secundo, per ieiunium gratia Dei impetratur. Act. 2. Apostoli ieiunium spiritu sancto acceperunt, & sic si vis habere gratiam spiritus sancti, stude deuote ieiunare. Greg. in præfat. Qui corporali ieiunio vitia cõprimis, mētē eleuas: virtutē largiris & præmia. Ecce, ieiunium mentē eleuat, cibus verò grauat. Luc. 21. Attēdite ne corda vestra grauentur crapula & ebrietate, quia omne graue deorsum petit, vt patet Luc. 16. Mortuus est diues & sepultus est in inferno. Ecce præfens crapula vertitur in aternā penuriā, vt notū est de diuite. Et eõuerso, vt liquet de Lazaro, qui portabatur ab angelis in sinu Abraham. Hoc testatur Hier. dicens: Miseriæ delicias, deliciæ miserias comitatur. Ber. Sicut ignis & aqua simul esse nõ possunt: sic nec spirituales & corporales delitiæ. Tertio, per ieiunium diabolus superatur. Matt. 17. Hoc genus dæmoniorum in solo ieiunio & oratione eiicitur: quia ieiunio, diabolo resistimus. Et sic arma quibus nos impugnat auferimus ei: quia cõcupiscentiā auferimus. Pro. 26. Cũ defecerint ligna extinguetur ignis. Et sic etiā hic de igne cõcupiscentiæ, qui per ieiunium extinguitur. Oratio etiā Deum ad nos prouocamus: qđ figurat Exo. 14. Aegyptij hoc audiētes clamabant: fugiamus Israelē, Deus enim eorū pugnat p̄ eis cõtra nos: & sic Mat. 4. dñs vicit post ieiunium. Et figuratur Iudith. 12. & 13. Iudith. oratio & ieiunado ad vesperā amputauit caput Holofernis, i. diaboli, sic & tu fac. Est ergo multū orandū in ieiunio & non semper sistere in tabernis, & supplere illud in potu quod deficit in cibo. Quarto, per ieiunium oratio exauditur. 1. Esd. 8. Ieiunauimus autē & rogauim⁹ Deū nostrū p̄ hoc, & euenit nobis p̄ sperē. Et Isa. 58. Hoc est ieiunium quod elegi, dissolue colligationes impietatis, tūc inuocabis, & dñs exaudiet. Et nimirū quia p̄ ieiunium homo humiliatur in corpore, p̄ orationē in aña. Et Deus humiles libet̄ audit. P̄ sal. 101. Respexit in orationē humiliū, &c. Et sic fecit Dauid dicens P̄ sal. 138. Humiliabā in ieiunio animā meā. vt etiā patet in Publicano, Luc. 18. Quia tō, homo ad suscipiendū corpus Christi p̄ ieiunium præparatur, & figuratur Iud. 6. Ozias suscepit Achior in domū suam: & fecit ei cenā magnā expleto ieiunio. Et sic Ozias, i. Christus, suscepit Achior, i. peccatorē pœnitentē expleto ieiunio ad cenā corpus Christi in domum, i. in ecclesiam. Et Helias 3. Reg. 19. In fortitudi-

dine cibi illius ambulauit vsque ad mortem domini Oreb. Et sic tali ieiunio Exod. 19. Moyfes meruit recipere legem Dei: & sic nos per ieiunium ipsum Deum, &c.

FERIA II. POST INVOCAUIT.

ENARRATIO XIII.

Ibunt hi in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternā. Mat. 25.
Gregorius dicit: Sultus debitor est, qui mutuās gaudendo pecuniā accipit: & non perperdit tēpus quo reddere debet. Spiritualiter, sic omnia quæ habemus corporaliter & spiritualiter à Deo habemus. Iac. 1. Omne datū optimum & omne donū perfectū desurfum est descēdens, &c. Apo. 1. Cor. 4. Quid habes quod nõ accepisti? q. d. nihil. Ergo attēdere debemus tēpus quo mutuatū reddere debebimus. Et hoc docet nos introitus missæ, dicens: Sicut oculi seruorū in manibus dominorū suorum: ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, &c. Et videmus qui non habet soluere debitū, ille petit dilationē: & sic ecclesia in hodierna collecta. Absolve quosumus domine nostrorū vincula peccatorū: & quicquid pro eis meremur, &c. Et in graduali: Conuertere domine aliquatū, exaudi preces seruorū tuorū. Et in tractu: Domine nõ secūdū peccata nostra. Itē, Domine ne memineris iniquitatū, &c. Etiā videmus qui bene soluit, pater familias hūc optimē pascit, & in cubiculo suo requiescere facit. Spiritualiter, sic Christus bene soluētibus, i. Deo seruētibus, & bene operantibus benignitatē exhibet. De quo Eze. 34. Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas sicut gregē pastor visitat, & pascā eas in montibus vberimis & herbis virētibus, hoc est in delitiosis gaudiis. Et videmus qui non bene soluit debitū, ille ducitur ad iudiciū, vinculatur & trūcatur. Spiritualiter, sic qui Deo non retribunt in bonis operibus vinculantur hic funibus peccatorū: & adducuntur iudicio æternæ damnationis. De quo in Euāg. *Ibunt hi in supplicium aeternū.* S. Tho. in 4. d. 48. Sicut in primo aduētū venit filius Dei, vt pro nobis satisfaceret apud patrē: ita in secundo aduētū veniet, vt iustitiā patris in homines exequatur, & gloriam maiestatis demonstrat. Sicut equus duobus calcaribus ex vtraque parte vel latere calcatur vt velocius currat: ita anima duabus affectionib⁹ sollicitatur ad agendam pœnitentiā, scilicet timore & amore. In sum. euang. duo innuuntur. Primo, iudicis magna apparitio, ibi, *Cũ venerit.* Secundo subditur iudicandorū diuersa dispositio,

gio, ibi, *Et congregabuntur omnes gentes, &c.* De primo dicit: *Cum venerit filius hominis, i. virginis.* Aug. Licet opera trinitatis sint indiuisa, ita quod quicquid facit vna persona faciat & alia & omnes tamen sicut solus filius carnē assumpsit humanā in qua passus est: ita solus iudicabit. Io. 5. Pater non iudicat quenquā: sed omne iudiciū dedit filio. Et meritō, quia omnium creator & redemptor, creator secūdam diuinā naturam: redēptor secūdam humanā. Ideo S. Tho. in 4. d. 47. Secūdū vtrāque naturā iudicabit, i. secūdū diuinā habebit auctoritatē principalē, secūdam humanā auctoritatē commissam. Ideo Matt. vlt. dicitur: *Data est mihi potestas in celo & in terra. A. & 10.* Constitutus est à Deo iudex viuorū & mortuorū. Sed dices, quare dicitur filius hoīs in aduētū, in iudicio verō dicitur rex: Respō. quia omnis verus & iustus iudex debet se mansuetū & benignū exhibere in causis audiēdis: eo quod nemo debet iudicare nisi causas audiat: nec audire bene potest nisi mansuetus & patiens sit. Vnde Cato: *Impedit ira animū, &c.* Sed Christus est iustus iudex, vt dicit Augu. *Nemo iustius iudicabit, nisi qui iniuste iudicatus est.* Ergo in aduētū se pium ostendit: sed in proferēda sententia se regē ostēdet, transgressores puniendo. Tunc non quæret Pilatus: Ergo rex es tu? Io. 18. *Nec iudæi dicent: Regem non habemus nisi Cæsare.* Io. 19. *Sed verē dicent: Regem non habemus qui cōsoletur, ducat & regat nos ad bonum, sed Cæsare, quia cēdet eos virga ferrea.* Psal. 2. *Reges eos in virga ferrea: & tāquam, &c.* Item dices, in qua forma? Respon. Aug. quod in forma illa iudicabit in qua ipse iudicatus est. Et meritō. Sedebit enim iudex qui stetit sub iudice vt reus: damnabit veros reos qui factus est falsus reus. Ideo veniet in ea forma in qua videri possit à iudicādis. Sed solis bonis forma Dei ostēdetur. Malis sola forma in qua iudicatus est secūdū Esa. 26. *Tollatur impius ne videat gloriā Dei.* Ideo subdit: *In maiestate sua, i. diuinitatis excellentia: quoniā eū nō cognoscēt, & tamen non videbunt eū impij, nisi per signa & effectus.* Nota, quando rex aliquis iudicat in maiestate, hoc primo fit ardua de causa, & sic hic Eccl. vlt. *Cūcta quæ sūt adducet dñs in iudicium pro omni errato sicut bonū siue malū. Secūdō, cū decēri habitu, & sic hic in forma gloriosa.* Psal. 103. *Amictus lumine sicut vestimēto.* Tertio, cū annulo aureo, i. infinita sapientia. Matt. 16. *Nihil occultū quod nō sciatur.* Quarto, cū gladio, id est vind

vindicta. Deut. 32. *Si acuro vt fulgur gladiū meū, & arripuerit iudiciū manus mea, reddā vltionē hostib⁹ meis, &c.* Psal. 7. *Nisi cōuersi fueritis gladiū suū vibrabit.* Quintō, cū sceptro, i. iustitia. Prou. 25. *Iustitia firmabitur thronus eius.* Psal. 118. *Iustus es dñe, &c.* Sextō, cū diademate, i. cū gloria. Isa. 35. *Gloria libani data est ei.* Septimō, cū principib⁹. ideo subdit: *Et omnes angeli eius cū eo.* O quāta lætitia erit bonis videre vultū creatoris redēptoris tā serenū: Ideo Christus dixit electis Luc. 21. *Leuate capita vestra, appropinquat redēptio vestra.* E conuerso, quātus dolor malis, Zach. 14. *Oculi eius cōturbescunt in foraminibus eorū.* Malac. 3. *Quis stabit ad vidēdum eū?* Apoc. 6. *Incipiēt petris & montibus dicere: Cadite super nos.* Nota in iudicio quidā erūt vt assessores: vt dicit Aug. *Omnes qui voluntariā paupertatē habuerūt.* Matt. 19. *Vos qui reliquistis omnia in regeneratione cū sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.* Et Matt. 13. *Fulgebunt iusti sicut sol, &c.* Quidā vt testes vt angeli, quidā vt accusatores vt diaboli. Apoc. 12. *Proiectus est accusator fratrum nostrorū qui accusabat illos, &c.* Sed dices, quare vult habere generale iudiciū, cūm quilibet iudicatur in speciali post mortē? vt latro qui iudicatus est ad vitā. Luc. 23. *Hodie mecū eris in paradiso.* Et diues ad mortē. Eiusdē 16. *Mortuus est diues & sepultus est in inferno.* Ergo frustra expectatur finale iudiciū. Itē Naū 1. *Nō iudicabit his in idipsum.* Resp. S. Tho. par. 3. q. 69. art. 5. *Iudiciū de aliqua re perfectē dari nō potest ante eius cōsummationē, vt iudiciū de aliqua actione qualis sit perfectē nō potest dari antequā sit cōsummata: & in se & in aliis affectib⁹, quia multæ actiones vidētur vtiles, quæ ex affectibus sunt nocuæ.* Similiter est de homine, de quo iudicium perfectē dari nō potest, quō ad vsq; vita eius terminetur: eo q̄ multipliciter mutari potest de bono in malum: & e conuerso. Heb. 9. *Statutū est hominibus semel mori, &c.* Et sic licet per mortē vita tēporalis terminetur secūdam se, remanet tamen in effectū. Primō, remanet & viuūt in memoriis hominum, in quibus tamen etiā quandoq; cōtra veritatē remanet bona fama vel mala. Secūdō, remanet in filiis, qui sunt quasi aliquid patris secūdū illud Eccl. 30. *Mortuus est pater illius & quasi nō mortuus: similem enim sibi reliquit post se.* Et sic aliqui parētes vituperantur vel laudantur ex parte filiorū:

& tamen multorum bonorum sunt mali filij: & e converso. Tertio quantum ad effectum suorum operum, sicut ex deceptione Arxij & aliorum hereticorum magna pullulabat infidelitas, & multos infecit, & hodie inficit: Sic etiam de bonis ut de Paulo & aliis Apostolorum ex quorum doctrina profecit usque nunc, & proficit fides Apostolorum. Quarto, remanet quantum ad corpus, quod quandoque honorifice traditur sepultura: quandoque relinquitur insepultum, & tandem incineratum resolvitur omnino. Et quia de his perfectum iudicium haberi non potest hoc tempore, propter hoc finale iudicium, ut manifeste talia diiudicentur, habebitur. *Sedebit super sedem maiestatis*, i. nube propter suam dignitatem. *Eccel. 34.* Thronus meus in columna nubis. Secundo, propter promissam adimplentionem. *Act. 1.* Sic veniet quem admodum vidistis, &c. Tertio, propter nimiam charitatem quam tantum nube tria a malis poterit videri. *Ps.* Nubes & caligo in circuitu eius, &c. Quarta ratio, nubes pluit, tonat, fulminat: & sic Christus in iudicio fulminabit per vindictam terribilem: tonabit per sententiam crudelē, & pluet rorem gratiae super electos: quia gloria in corpore & anima augmentabitur. *Et congregabitur ante eum omnes gentes.* 2. *Cor. 5.* Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit siue bonum, siue malum. *Apo. 20.* Erunt libri aperti, & alius liber apertus est qui est vitae, &c. igitur nullus locus excusationis. Primo, liber passionis Christi, crux, clavi, lancea, spinea corona, &c. *Mat. 24.* Apparebit signum filij hominis in caelo. *Isa. 11.* Lenabit dominus signum in nationibus, i. contra nationes reproborum. Signum domini est signum crucis, ut mali terreantur, boni congregentur. Vel signum, i. stigmata vulnerum. *Zach. 12.* Videbunt in quem transixerunt. Sed ante materialis crux ibi apparebit cum materiali lancea, quidam putant quod sic. Sed *Chry. di.* per signum filij hominis non crucem & lanceam materialē fore intelligendum, sed ipsum Christum habentem in corpore suo signa suae passionis. Vel potest dici signum crucis fore in caelo: quia signum crucis impressum erit in frontibus virorum caelestium ad praesagium aeternae saluationis. *Ezec. 9.* Signum T haui in frontibus eorum, in reprobis vero non, &c. Secundo, apertus alter liber conscientiarum. Hier. Erunt facta nostra quasi in tabula depicta. *Gre.* Corpora erunt sicut vasa vitrea. Tertius liber praedestinationis, qui modo est clausus. Quartus liber vitae, i. Christus, cuius virtus manifestabitur in cognitione omnium secretorum. In summa praefentis

cuang

euangelij agitur de iudicio, & tanguntur tria ex eo, quia tres personae requiruntur ad iudicium. Primo iudex cum dicitur, *Cum venerit filius homini* Secundo accusatores cum dicitur, *Et omnes angelis eius.* Tertio reus ut ibi. *Congregabuntur omnes gentes.* De primo dicit, In illo tempore, s. feria 3. Post palmarum, cum exiit Christus de templo, & sedit in monte. Tunc praedixit ipsis discipulis iudicium futurum dicens, *Cum venerit filius hominis* id est Christus. Nam secundum Aug. in forma humana iudicabit in qua iudicatus est. *Io. 5.* Pater omne iudicium dedit filio. De hoc iudicio dicit *Ps. 118.* Iustus es domine, & rectum iudicium tuum. Reuera rectum. Nam secundum Isid. quatuor modis corrumpitur iudicium, s. timore, amore, odio & munere. Primo iudicium Christi non corrumpitur timore: quia omnium potentissimus est. *Matt. vlt.* Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. *Hester 13.* Domine in ditione tua cuncta sunt posita. Ideo *Iob 22.* Nunquid timens arguet te, & veniet tecum ad iudicium? Imo quanto potentiores erunt, tanto durius iudicium sustinebunt. *Sap. 6.* Potentes potenter tormenta patientur. Secundo iudicium Christi non corrumpitur amore, quia iustissimus est, ideo contra fratres suos s. falsos Christianos sententiam proferet, & nihil poterit eis allegare fraternitatem, s. quod sit frater eorum. *Ps. 48.* Frater non redimet, s. Christus, redimet homo, quasi diceret non, & non dabit deo placationem suam, i. non prodest precum multiplicitas, & pretium redemptionis animae suae, id est pretiositas sanguinis Christi. Ideo *Ps. 144.* Iustus dominus in omnibus visis suis. Tertio non corrumpitur odio, quia optimus est. *Sap. 11.* Diligis omnia quae sunt, & nihil odisti eorum quae fecisti. Nam cum dolore & compassione punit. *Isa. 1.* Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Hic dicit gl. quod more patris punit & plangit. Quarto non corrumpitur munere, quia ditissimus. *Prouerb. 6.* Non suscipiet pro redemptione alicuius dandam munera plurima. Quia dicit *Ps. 111.* Gloria & diuitiae in domo eius. Unde *Ber.* Veniet dies illa in qua plus valebunt pura corda quam astuta verba, & conscientia bona quam mansupia plena. Quinto non corrumpitur precibus. *Prouerb. 6.* Non acquiescet cuiusquam precibus, &c. Aug. Expectatur dies iudicij: & ad erit aequissimus iudex, qui nullius potentis personam accipiet. Ideo *Psal. 118.* Cognovi dominum quia aequitas iudicia tua. Dixi secundo quod in praesenti euangelio innuitur, qui

Quadrag. Thes.

F

erunt accusatores in iudicio, s. angeli: cum dicit, *Et omnes angeli eius cum eo*, qui, s. fuerunt nobis ad custodiam deputati: tales erunt nostri accusatores scientes omnia mala, quæ peccatores fecerunt, & ipsos grauius accusabunt. Iob. 20. Reuelabunt cæli, i. personæ cælestes iniquitatem eius. Sciendum tamē præter illos accusatores, sunt & alij tres accusatores, s. diabolus, totus mundus & propriū scelus. Primus accusator diabolus est. Vnde August. In iudicio aduersarius dicit: Aequissime iudex iudica illum esse meū per culpam, qui tuus esse noluit per gratiam. Tuus per naturam: meus per miseriam. Tuus per passionē, meus per suasionem. Tibi inobediens, mihi obediens. A te accepit immortalitatis stolā, à me accepit pænosa tunicā. Tuā vestē dimisit, cum mea huc venit. Ideo iudica eū meū damnatū. De hoc accusatore dicitur Apoc. 12. Proiectus est accusator fratrum nostrorum. Secundus accusator est totus mūdus. Hugo de sancto Viatore, Cælū dicit, Ego lucē sibi ministrari ad solatiū. Aer dicit, Ego omne genus animi sibi dedi ad obsequiū. Aqua dicit, Diuersa genera piscium ego dedi sibi ad usum. Terra dicit, ego panē & vinū dedi sibi ad nutrimentū. Ideo ignis clamabit, à me comburatur. Aqua, in me submergatur. Aer, in me vētiletur. Terra, à me absorbeat. Infernus, à me deglutiat. Sap. 5. Armabit omnē creaturā ad vltionē cōtra insensatos. Tertius accusator erit propriū scelus. Nā omnia peccata quæ modō sunt occulsa reuelabuntur. Mat. 11. Nihil operatū quod nō reuelabitur, & occultū quod nō sciatur. Nā tinea vestimentorum accusabit superbū. ærugo metallorum accusabit auarū. Merces defraudata pauperū accusabit tyrannū. Iac. 5. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta à tineis comesta sunt, aurū & argentū vestrum eruginauit: & ærugo, corū vobis in testimoniū erit. Et infra, Ecce merces operariorum quæ defraudata est à vobis clamat, & clamor eorū in aures dñi Sabaoth introiuit. Et ædificium accusabit vsurariū. Et ideo habetur in lib. Abac. 2. cap. Lapis de pariete clamabit, & lignū quod inter iūcturas ædificiorū est, respondēbit. Dixit tertio ponuntur rei peccatores, dicens, *Tunc sedebit super sedē maiestatis suæ*, s. in nube. Itē Luc. 21. cap. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube. Et Isa. 6. cap. vidi dominum sedentem super solium excelsum. *Et congregabuntur ante eum omnes gentes*, s. boni & mali, qui fuerunt à primo homine vsque ad vltimū. 2. ad Cor. 5. Omnes stabimus ante

ante tribunal Christi, s. in valle Iosaphat. De quo Ioclis 3. Congregabo omnes gentes, & deducam eos in vallem Iosaphat. *Et separabit eos ab inuicem, sicut pastor separat oves ab hædis.* Separabit eos sicut sacerdos legalis leprosum & immundum à mundis. Figuratur Num. 12. Soror Moyſi fuit eiecta propter leprā extra castra. Spiritualiter sic impij eiiciuntur de medio iustorum, ne factore peccati alios corrumpant. Et sicut Ozias leprosus statim de Hierusalem eicitur, 2. Paralip. 26. cap. sic peccatores à consortio iustorum, et sicut zizania colligitur in fasciculos ad cōburendum. Mat. 13. sic peccatores colliguntur in ignem æternum, quia modicum fermentum totam massam corrumpit. 1. ad Cor. 5. Item separabit oves sicut iustus iudex separat malos à bonis, vt boni securius quiescant. Mat. 13. Mittet angelos suos vt colligāt de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittet eos in caminum ignis, &c. Et subdit: *Et statuet oves à dextris, hædos autem à sinistris.* Chryſ. Per oves intellige iustos. Mat. 10. Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum, &c. Nota, iustus cōparatur oui quintuplici de causa. Primo quia est tractabilis ad tendendū. Ps. 77. Deduxisti sicut oves populum tuū. Sic boni tractabiles sunt quia prælati humiliter obediunt. Ioan. 10. Oves meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me, scilicet obediendo. Secundo ratione fructuositatis. Ioā. 15. Elegi vos vt fructum afferatis, &c. Nam omne quod procedit de oue fructiferum est, scilicet lac, lana, caro, & stercora, & sic omnia opera nostra debent esse fructifera. 1. ad Corinth. 10. Omnia quæcunque facitis, in nomine domini facite. Tertio, ovis est animal mansuetum, vt nec dentibus mordeat, nec cornibus feriat. Et sic iusti debent esse mansueti. Psalm. 36. Mansueti hæreditabunt terram. Quarto ovis est animal patiens, & sic iusti. Lu. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Quinto, dominum suum vestit & cibatur. Et sic boni. Isa. 58. Cūm videris nudum, operi eum. Item per hædos intelliguntur mali & peccatores. Nam plures habent proprietates hædi. Primo hædus est animal fœtidum, in quo significatur peccatum luxuriæ. Nam luxuriosus fœtet coram deo & angelis eius. Isa. 33. De cadaueribus eorum ascendet fœtor. Secundo, hædus est velox cursu. Sic peccatores veloces sunt ad malum. Psalm. 13. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinē. Tertio est animal alra petens. Et sic mali per su-

perbiā. Pf. 106. Ascendunt vsq; ad cœlos, & descēdunt vsq; ad abyssos. Quarto est animal instructuosum. Et sic peccatores. ad Ro. 6. Stipendia peccati, mors. Quinto hœdus habet acutū visum: sic peccatores in cōcupiscētia oculorū. Pro. 15. Oculi stultorū in finibus terræ. Stulti sunt avari qui omnia possidere cupiunt vsq; ad fines terræ. Et tales hœdi statuentur à sinistris. Origenes: Qui dextera opera habet à dextris statuentur: mala verò à sinistris. Tunc dicit his qui sunt à dextris: *Venite benedicti patris mei: possidete paratū vobis regnū à constitutionibus mundi.* Raban. Propter opera bona dabitur æterna benedictio. Prou. 11. Benedictio dñi super caput iusti. Chry. Possidete & non accipite, quia datur eis in hœreditatem. Sap. 5. Accipiūt regnū decoris, & diadema de manu dñi. Sed dices, Quare prius remunerantur boni, & mali damnantur? Respondetur, vt mali de amissione boni magis crucientur: & boni de euasione dānationis magis lætentur. Tunc tangit causam possidendi, dicens: *Esurius, & dedistis mihi manducare. Sitiuus, & dedistis mihi bibere. Ho spes eram, & collegistis me. Nudus eram, & cooperuistis me. Infirmus erā, & visitastis me. In carcere eram, & remisistis ad me.* Aug. in lib. homil. Tacet dñs omnia facta iustorū, & omnia mala iniquorū: & solū laudat elemosynā, & vituperat auaritiā: quia omnia peccata redimūtur per elemosynā. Dan. 4. ca. Peccata tua elemosynis redime. Cū hoc tamē cuncta quæ sūt adducet dñs ad iudiciū. Eccl. vii. Sed dices, quare tantū de operibus misericordiæ profertur sententia regis? Resp. Primo propter diuinā proprietatis naturalē charitatē. Nā quicquid alicui est proprium & naturale, hoc naturaliter diligit, in hoc delectatur, de hoc loquitur & operatur, & alios obseruare hortatur. Sed deo Christo secundū Gregoriū, propriū est semper misereri & parcere, quod patet: quia per viscera misericordiæ visitauit nos oriens ex alto. Lu. 1. Sustinuit nos ne moreremur in peccato. Thren. 3. Misericordia dñi magna, quia non sumus consumpti: quia non defecerunt miserationes eius. Redemit nos ne damnaremur. Pf. 32. Misericordia dñi plena est terra. Hęc tenuit, hanc in euangelio docuit, ergo eā nobis querit. Secundo propter hominis naturalem proprietatem. Nam omnis homo naturaliter appetit sibi misericordiam exhiberi, eo q̄ indiget, & nemo sibi sufficiens sit. Ergo de iure naturæ Quod tibi nō vis fieri, alteri ne feceris: & quod tibi vis fieri, id alteri præstiteris. Iac. 2. Iudiciū sine misericordia

cordia illi qui non facit misericordiam. Tertio quia hoc opus præ cæteris facilius est, nec quisquam potest se excusare de hoc. Marth. 10. Quicumque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem suam. Quia duplicia sunt opera misericordiæ: vt habetur 45. distinct. cap. Duo sunt, scilicet corporalia & spiritualia: Modò si non habes corporale, tunc saltem impartire spirituale. Vnde versus:

Consule, castiga, solare, remitte, serua, ora.

Et etiā sanctus Tho. in 2. 2. q. 32. Quarto propter magnā ingratitude impietatē. Docuit enim Lu. 6. Date & dabitur vobis: Dimittite & dimittetur, quasi diceret: dedi multa, dimisi infinita, vos autē fuistis ingrati, ergo ite in ignem æternū. Subdit, *Tunc respondebunt iusti dicentes: Domine quando vidimus te esurientem & pauperem? Sitientem & dedimus tibi potū? Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te, aut nudum, & cooperuimus te? Infirmum, & venimus ad te?* Raban. Hoc dicunt non diffidentes de verbo domini, sed stupentes de tanta sublimatione, & de maiestate suæ magnitudinis: quia videbitur eis paruum bonum quod egerunt, secundum illud ad Rom. 8. Non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam, &c. Orig. Humilitatis causa laude beneficiorū suorū indignos se proclamant. Et respondens: *Amen dico vobis, quicquid feceritis vni de fratribus his meis minimis, mihi fecistis.* Noranter dicit meis, quia non de omnibus fratribus, sed de his de quibus Mat. 12. dicitur, *Qui facit voluntatem patris mei, hic meus frater, soror & mater est.* Et tales dicuntur fratres minimi ratione humilitatis. Chry. Vbiunque scis deuotos humiles, & pauperes compone cum eis hœreditatem tuam, vt particeps sis hœreditatis eorum. Tunc dicit his qui à sinistris sunt, *Discedite à me maledicti in ignem æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius.* De hac exclusionē & separatione dicit Chry. Pona mus illud ante oculos, quanti doloris est excludi & proici à regno cœlorū, quod, vt mihi videtur, grauius est ipsa gehenna. Nam si iste ignis nō arderet, & immortalis illa pœna nō esset parata, hoc solū quod alieni efficimur à Christo, & excludimur à bonis æternis, nōne omni pœna cruciabilis diceretur? Et similiter sanctus August. de illa gehenna sic inquit sermone 15, ad fratres eremitas: *Caucamus dilectissimi ne veniamus ad illum ignem, qui habet cruciationē & nullam luminis consolationem, nec aliquam si-*

nalem terminationē. Vnde idē ibidem dicit: Licet corpora eorū sint passibilia, sunt tamē incorruptibilia, ideo ab igne pariētur, & tamē nō cōsumuntur. Vnde sicut Salamādra vit in igne materiali, sic mali in igne infernali. Et erit ibi finis sine fine, mors grauior omni morte: semp mori desiderātes, & tamē mori non possunt. Hugo: Eodē supplicio puniūtur diaboli & homines. Hic aperite aures auari & diuites qui nudos nō finitis calefacere: refuriētes recusatis paciscere. O q̄ immisericors & iratus iudex erit eis Christus. Ponatur casus q̄ reprobi dicerent: Domine, si nō sumus digni regnū tuū possidere, placeat tibi tamē vt ad pedes tuos possimus manere. Respōdebit: Discedite à me. Ponatur etiam si dicāt: Domine si nos repellis à te, tamē benedictionē tuā da nobis. Respōdebit nō, sed habeatis maledictionē meā. Ideo subditur: *Maledicti*. Ponatur vt si dicāt: Domine saltē ad aliquē locū refrigerij nos mitte. Respōdebit nō, sed in ignem æternū. Ponatur q̄ dicant, saltem breuē terminū nostræ maledictionis nobis pōnes. Respōdebit nō, sed æternum. Ponatur quōd dicant, saltem aliquē bonū dominum nobis præficias qui clementer nos regat. Respōdebit, qui paratus est diabolo: non dicit vobis, quia quilibet sibi ipsi parat damnationem. Ponatur q̄ dicant, saltem aliquā bonā societatem vobis adiunge qua possimus consolari. Respōdebit, & angelis eius, quasi dicat, pro domino habeatis diabolū maiorem, pro sociis vestris dæmones minores. Sententia autem iustorū econuerso est, quibus dicit: *Venite benedicti*, &c. Ac si dicat illis maledictis: Discedite à me, & istis benedictis, venite ad me. Illis dedi meā maledictionē: sed vobis meā benedictionē. Ideo dicit: Venite benedicti. Illos misit in ignem æternū: vos introduco in regnū æternū. Ideo dicit, possidete regnū. Illis dixi vt maneat in igne perpetuo: vobis dico vt maneatis in regno perpetuo: quod vobis paratū est ab origine mūdi. Illis vt habeāt principē diabolū: vobis dico vt in principem habeatis patrem meū. Ideo dicit: *Venite benedicti patri mei*. Illis dixi vt habeant in socios dæmones infernales: vobis dico vt habeatis in socios angelos meos celestes. Sequitur: *Tunc ibunt hi in supplicium æternum*, s. mali sine ratione. Nota quatuor modis se aliquis iuuare consuevit, vt sententia executioni non mandetur. Aut per appellationem, aut per supplicationem, aut per querelam falsam: aut per integram restitutionem. Nullo autem istorū modorum damnat

damnati iuuare vel defendere se poterūt, quin illa sententia executioni maderet. Nō per appellationē: quia eorū crimina sunt notoria, & in notoriis appellatio non habet locum. Hier. Aderit dies illa in qua falsa facta nostra, quasi in quadā tabula picta demōstrabūtur. Nō per supplicationē: quia si omnes sancti pro ipsis supplicarent, Deus non exaudiret eos. Ier. 14. Noli orare pro populo isto in bonū, quia gladio, fame & peste consummā eos. Iob 41. Nō parcam eis verbis potentibus, & ad deprecandum compositis. Non per falsam querelam, vt dicāt q̄ illa sententia sit lata per falsos testes. Iob 12. Ipse nouit decipientē & eum qui decipitur. Non per restitutionē integrā, vt s. ad statū pristinū restitatur: quia sicut dicitur ad Heb. 6. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, & prolapsi sunt rursus renouari ad penitentiam. Apoc. 10. Iurauit angelus, post hoc tempus non erit tempus amplius, s. penitentiæ & misericordiæ: sed iustitiæ. Greg. Quātā angustia erit tūc reprobis. Si respiciēt sursum, tūc vident iudicē iratū. Si deorsum, tūc vident infernū eis preparatū. Si ad dexteram, tūc vident congregationē bonorum à qua debent separari. Si ad sinistram tūc vident multiplicationē demonū cum quibus æternaliter debent cruciari. Si foris, tūc vident mundum ardentē in quo nō debent perseuerare. Si intus, tunc vident conscientia remordentem, à qua perpetuò debent puniri. Miser peccator sic apprehensus vndiq; erit in angustia positus. Tūc implebitur illud Apoc. 6. Incipiet petris & motibus dicere: Cadite super nos & abscondite nos à facie sedentis super thronū, & ab ira agni. *Tunc ibunt iusti in vitam æternā*, vbi secundum Innocentiū papam, est pax sine ira, sanitas sine dolore, gaudium sine mœrore, vita sine morte. Ad quam perducāt nos Iesus Christus, &c.

FERIA III. ENARRATIO XIII.

Expulsi sunt omnes vendentes & ementes de templo. Ioann. 2.

Consuetudo est regis & principis cum intrat ciuitatem, scilicet aliquam sui regni, tunc maleficos solet acriter redarguere vt conuertantur in melius. Bonos verò medio-criter commendare vt laudati proficiant, & pauperes oppressi ad eum refugiant sibi conquerendo de iniuria eis illata. Spiritualiter, si rex regum Christus Iesus huc venit in regnum suum, s. in mundum. Ideo pauperes oppressi, i. peccatores, debent habere refugium ad eum, de quo introitus missæ: Domine refugium factus es nobis à generatione in

generationē. Et conuerſi debent de oppreſſione diabolica, inuocantes eius miſericordiā. Quod facit eccleſia in colle-cta hodierna, ſ. Reſpice quāſumus domine familiam tuam & præſta, vt apud te mens noſtra tuo deſiderio fulgeat, quæ ſe carnis maceratione caſtigat. Et hoc refugium ad regem regum docet epiſtola hodierna quæ ſcribitur Iſa. 55. Querite dominū dum inueniri poteſt: inuocare eum dum propē eſt. Nam vnico verbo poteſt nos eripere de dæmonū poteſtate. Ideo ſubdit in epiſtola: Quomodo deſcēdit imber & nix de cælo, & illuc non reuertitur, ſed inebriat terrā, & infundit eam, & germinare eam facit: & dat ſemen ſerenti & panem comedenti, &c. Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuū, ſed faciet quæcun- que volui: & proſperabitur in his ad quæ miſi illud: Et ſicut rex peruerſos punit & redarguit, bonos verò cōmendat: ſic rex noſter dominus Ieſus Chriſtus Hieruſalem ingrediens cæcis & claudis, qui ad eum in templo acceſſerunt dona ſan- nitatis copioſius condonauit: ſed peruerſos & malos ſacer- dotes, & auaros qui ſe correptione eius emendare nō cura- uerunt, abiicit & reprobauit, de quo thema: *Eijciebat omnes vendentes & ementes de templo.* In ſumma euangelij tria inuun- tur. Primo innuitur ingreſſus regis laudabilis, ibi: *Cum in- traſſet Ieſus Hieruſalem.* Secūdo tangitur exceſſus legis vitupe- rabilis, ibi: *Scriptū eſt, Domus mea domus orationis vocabitur: vos au- tem feciſtis illam speluncā latronum.* Tertio ſubditur accēſſus ipſo- rum infirmorū placabilis, ibi: *Acceſſerunt ad eum.* De primo dicit, In illo tempore, ſ. in Dominica palmarum, cum Ieſus deſcendiſſet de monte Oliueti, ſedens ſuper aſinam, appropin- quauit Hieroſolymam: quem turbæ præcedentes & ſe- quentes clamabant dicentes: Benedictus qui venit in nomi- ne domini. Et cum intraret Ieſus Hieroſolymam, commota eſt vniuerſa ciuitas, i. maiores ciuitatis cōmoueantur vi- dentes hæc: & mirabantur ſecundum Hier. populi frequen- tiā, & neſcientes diuinā virtutē dixerunt: Quis eſt hic? quaſi dicerent: Iſte non eſt talis nec tantus, cui talia debeāt exhi- beri. Vnde Chryſ. ſuper Matt. dicit: Meritō autem commo- uebantur videntes rem mirabilem: homo laudabatur quaſi Deus, ſed Deus laudatur in homine. Puto autem q̄ nec ipſi qui laudabant, ſciebant quid laudabant. Sed ſpiritus ſubi- to ingreſſus in eos neſciente anima veritatis verba funde- bat. Hæc ille. Conſimilem quaſtionem fecerunt de ipſo, vt

ait

ait Origenes, cum Hieroſolymā cœleſtem ingrediebatur, ipſi angeli dicentes: Quis eſt iſte rex gloria? Ad quaſtionem verò maiorū de ciuitate Hieruſalem reſpondit populus ſi- cut ſequitur. Populi autem dicebāt: Hic eſt Ieſus propheta à Nazareth Galileæ. Ponūt iſti nomē eius dicentes, Hic eſt Ieſus, i. ſaluator. Vnde Matt. 1. dicitur: Ipſe ſaluam faciet po- pulum ſuum à peccatis eorum. Et ponunt eius officiū, di- cētes eum prophetam: per hoc innuitur eum eſſe doctorem verum à Nazareth, quod interpretatur ſos. Vnde Cantic. 2. Ego ſos campi & lilium conualliu. Vbi Hier. Alii autem abigensibus vel interrogantibus vilis plebecula cōſiterur: quia hic eſt Ieſus propheta à Nazareth Galileæ. A minoribus incipiunt, vt ad maiora perueniāt. Prophetā enim eum dicunt quem Moyſes ſui ſimilem dixerat eſſe venturum. A Nazareth autē Galileæ, quia ibi educatus fuerat, vt ſos cā- pi nutritur in flore virtutū. Hęc ille. Subdit: *Et intrauit Ieſus in templum.* Chryſ. ſuper Matt. Hoc erat proprium boni filij vt ad domum curret patris, & illi honorem redderet qui genuit eum. Sic & tu imitator Chriſti factus cum in ali- quam ingreſſus fueris ciuitatem, primum ad eccleſiam cur- ras. Hoc etiam erat boni medici proprium, vt ingreſſus ad infirmam ciuitatem ſaluandam, primum ad originem paſ- ſionis intēderet. Nā ſicut de templo omne bonū egreditur: ita de templo omne malum procedit. Si enim ſacerdotiū in- tegrum fuerit, tota eccleſia floret: Si autē corruptum fuerit, fides marcida eſt. Sic enim cum videris arborem pallētibus foliis, intellige quia vitium habet in radice. Sic cum videris populū indiſciplinatū ſine dubio cognoſce quia ſacer- dotium eius non eſt ſanū. Hęc ille. Ideo intrauit in tēplum corrigere auaritiā ſacerdotum quæ in templo magis exer- cebatur. Pro quo norandum in ſerie huius euangelij, nota- tur q̄ Chriſtus tria loca intrauit, ſ. Hieroſolymā, templum & Bethaniam: per quæ loca tria ſignificatur mens humana, quæ debet eſſe Hieroſolyma, i. pacifica: quia Hieruſalem interpretatur viſio pacis. Item debet eſſe habitatio Dei gra- ta: & tunc eſt Bethania, quod interpretatur domus obedien- tiæ. Pf. 17. In auditu auris obediuit mihi. Primum locum do- mino ingreſſe, ſ. Hieroſolymā tota ciuitas eſt commota. Spiritualiter, ſic intrāte domino in animā per gratiā præ-

F 5

uenientē, omnes potentia debent commoueri per dolorem & contritionem peccati. Psal. 59. Commouisti terram & conturbasti eam, sana contritiones eius quia commota est. Sed notandum est, quod quidam sunt qui nullo modo commouentur. Alij sunt qui leuiter commouentur. Sunt quidam qui dicitur attriti. Alij qui precordialiter commouentur. Quidam qui nullo modo commouentur, sunt duri & obstinati, qui ad poenitentiam non possunt frangi. De quibus dicitur ad Ro. 2. Secundum duritiam tuam & impoenitēs cor tuū thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. Eccl. 7. Cor durum male habebit in nouissimo die: qui amat periculum peribit cum illo. Alij sunt attriti, scilicet qui de suis peccatis leuiter & superficialiter commouentur. In istis est attritio, id est, quaedam leuis poenitudo. Et ista attritio licet sit bona: tamen non sufficit: non enim paruum sed magnum dolorem Deus à peccatore requirit. Ier. 6. Luctum vniuenti fac tibi planctum amarum. Alij sunt qui precordialiter commouentur, qui scilicet omnia peccata sua minutatim conterunt, & minimas partes frangunt dolendo profundè de peccatis magnis & paruis: & de peccatorum circumstantiis: & non tantum de omnibus in communi, sed etiam de quolibet in speciali. Et talis dolor vocatur contritio, quando, scilicet cor omnibus viribus animæ minutatim omnia peccata conterit. Ps. 50. Cor contritum & humiliatū Deus nō despiciēs, &c. Minus dicit & plus signat, id est, quod multum diligit. Ista tria, scilicet obstinationem, contritionem, & attritionem possumus videre per tria exempla. Primum quod semen iactatum in terram duram & non scissam non crescit. Iactatum verò in terram scissam in grossas partes paruum fructum reddit. Iactatum autem in terram bene cultam minutatim tritā multum fructum facit. Cor obstinatum est tanquam terra dura quæ nullum fructum facit. Cor attritum est tanquam terra in grossas partes scissa quæ paruum fructum reddit. Cor contritum est tanquam terrā minutatim trita quæ multum fructum facit. Secundum exemplum est quod species aromatica si est integra parū redolet. Si frangatur redolet multū. Sed si conteritur redolet plurimum: Sic etiam eorū hominis integrum & durum non redolet sed fetet. Scissum verò per quandam attritionem modicum redolet. Contritum autem cor redolet multum. Tertium exemplum est, quia de grano integro nō potest fieri panis, de grano verò grosso modicum

dicum trito fit panis, sed nō sapidus: de grano autē minutatim trito fit panis sapidus & delicatus. Eodē modo de corde integro & duro non potest fieri panis, scilicet Dei, sed tantum diaboli. De corde verò attrito etiam fiat panis Dei, nō tamen est Deo multū sapidus. De corde verò bene cōtrito fit panis Deo sapidus, angelis delicatus, poenitentibus nutritiuus. Psal. 79. Cibabis nos pane lachrymarū. Secūdo, Christus intravit in tēplum, & inde eiciebat videntes & emetes in tēplo, & mēsas numulariorū & cathedras vendentiū colūbas euertit. Spiritualiter, sic est intelligēdum. Postquā Christus intrat tēplum cordis per gratiam præuenientem mouentem ipsum ad contritionem. Post hoc intrat in templo cordis per gratiā proficientem, purgando illud, scilicet per confessionem eiciendo inde oves & boues & numularios & columbas. Per boues qui cornibus ventilantur significatur peccatum superbiae. Per columbas quæ sunt libidinosæ, significatur peccatum luxuriæ. Per numularios, peccatum auaritiæ. Per oves, peccatum accidiæ. Et sic omnia ista de templo corporis cui per confessionem abicienda sunt. Vel potest dici quod per illos qui vendunt columbas significatur simoniaci: qui vendunt dona spiritus sancti, quod est peccatū, scilicet clericorū. Per numularios intelliguntur cupidi, quod est peccatū mercatorum. Per boues significantur superbi, quod est peccatum magnatum & prælatorū. Per oves significantur hypocritæ, quod est peccatū religiosorū. Matt. 7. Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autē sunt lupi rapaces. Tertio, Christus intravit Bethaniā. Postquā enim Christus intravit cor per gratiā præuenientem commouendo ad contritionem, & per gratiā proficientem purgando per confessionem: Tandem intrat per gratiā perficientem perficiendo ipsum per obedientiæ satisfactionem. Et hoc est intrare in Bethaniam: quia Bethania domus obedientiæ interpretatur. Hic autē verè obedit qui de omnibus peccatis suis plenā & perfectā satisfactionem facit. Satisfactio enim aliquādo est minor quàm debet, aliquādo est æqualis, aliquādo verò maior. Quando enim est minor, tunc Deus supplet eā in purgatorio de rigore suæ iustitiæ. Quia sicut dicit Aug. Sicut nullū bonū irremuneratū: sic & nullum malum impunitū remanet. Quando verò est æqualis, tunc valet ad dimissionem. Vnde ad Rom. 6. dicitur: Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita

ita nunc exhibete seruire iustitię in sanctificatione. Quādo autē est maior quā videtur eius peccata requirere, tunc illa satisfactio valet ad dimissionē culpę & ad cumulū glorię. De qua dicitur Luc. 6. Mensuram bonā & confertam, & coagitatā, & superfluentē dabunt in sinū vestrū. Dixi sedō tāgitur excessus legis vituperabilis, dicēs: *scriptū est enim: quia domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem faciistis illam speluncā latronū.* Hoc scribitur Isa. 56. Notandum est autē, Christus postquā intravit in tēplum, omnes vendentes & emētes de tēplo eiecit. Sacerdotes enim propter auaritiā ordinauerūt vt in templo oues & boues & columbę venderentur, ne aliqui ex defectu hostię sacrificia pratermittere cogērēt. Et fortē si aliqui pecuniā ad emēdum non haberēt, statuerunt ibi cāpsores, qui sub cautione tradebant eis pecuniā, quod sic intelligitur: Christus factō flagello de funiculis omnes istos eiecit. Et sicut dicit Hier. inter cętera miracula quę fecit Christus illud fuit potissimū, quod, s. vnus homo pauper cū potestate: *vendentes & ementes eiecit: mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit.* Sed mirū videtur quomodo Iudęi ista fieri sustinuerunt. Ad hoc dicit Hier. quod de facie Christi fulgor quidam mirabilis procebat, qui omnes ad terrōrē cōuertebat: & sibi cōtradocere non audebāt. Nunquam legimus quod Christus tantā vindictam manu exercuerit sicut hęc. Multa enim opprobria sępe audiuit, multas iniurias sustinuit: & nunquā vindictā fecit vt modō. Et ratio huius est, quia illic alię iniurię erāt proprię, & ideo eas noluit vindicare. Ista autē erat iniuria patris: & ideo eam tam seuerē vindicauit, vt doceret nos quod iniurias nostras debemus remittere: iniurias verō dei seuerē vindicare. Nos verō ecōtrario facimus, quia de iniuriis Dei nō curamus, & nostras implacabiliter persequimur. Eiciētē autē Christo de tēplo oues & boues dixit verbum quod supra positū est, *s. Domus mea domus orationis vocabitur.* Ex hoc verbo habetur quod ecclesia Dei ad duplex officium ędificatur, s. Deo ad inhabitādum: & homini ad orādum. Ideo subditur, *Domus orationis vocabitur.* Est igitur ecclesia domus Dei, quia in ea habitat, iuxta illud 2. Paral. 7. *Eligi & sanctificauit domū istā vt sit ibi nomen meū in sempiternum, & permaneant oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus, & aures meę erectę erunt ad orationē eius qui in isto loco adorauerit.* Ex quibus verbis habetur quod domi-

nus

nus in ecclesia posuit nomen suū, cor suū, & oculos suos, & aures suas. Nōmē enim suum ibi posuit: quia à seipso eam nominari voluit. Sicut enim domus in qua habitāt superbi, potest dici domus luciferi, & domus in qua habitāt vsurarij, domus Māmonę: & domus in qua habitāt immundi, potest dici dom⁹ Asmodei, & taberna potest vocari domus Beelzebub, quia propter multitudinē epularū ibi conuenit multitudo muscarū. Sic domus in qua cōueniunt fideles dicitur domus Dei. Vnde Gen. 28. Nō est hic aliud nisi domus Dei & porta cęli. Secūddō, in ecclesia posuit Deus cor suū, amorē suum. Et ideo multū pro malo habet quādo ibi aliquis aliqua illicita exercet: sicut patet hęc quādo *vendentes & ementes de templo eiecit.* Legitur in historia quod Pompeius porticū Dei templi in stabulum cōuertit equorū suorum: & quod vsq; ad tēpus illud semper fuit victor hostiū. A tempore autem illo semper ab hostibus vincebatur. Tertio, in ecclesia posuit Deus oculos suos vt videret ibi gentilitates, elemosynarum largitiones, & alia opera deuota. Sed heu in illis quidē nunc tēporis videt Deus ornamenta indecētia, pōpas & vanitates, &c. Vnde Ambr. *Qui in oratione vult exaudiri, amota à se pōpa inclinare se debet vt Dei misericordiā prouocet: habitus nāque superb⁹ nec impetrat, nec de se rectē credi facit.* Et quantō magis hominibus mulier splēdescere videtur: tāto magis à Deo despiciatur, & tāto minus oratio eius acceptatur. Legitur Hest. 15. q. cum regina Hester se ornasset & pinxisset vt regi Assuero placeret: ipsa ex ep regē in irā cōuertit: sed colore roseo in pallorē cōuerso ipsum placauit. Sic etiā mulier quādo vultū suū depingit, Deū offendit. Sed quādo de vultu suo nihil curat, Deum placat. Quarto, Deus in ecclesia posuit aures suas, quibus odit rationes deuotorū, iuxta illud Isa. 38. *Audiui orationē tuā & vidi lachrymas tuas, &c. quib. auribus Deus etiā audit verba deuotorū.* Vnde legitur de S. Syril. Ianuēsi episc. q. semel in ecclesia cōsistens in risum est prouocatus: asserēs se vidisse dēmonē qui in ecclesia verba loquētium describebat. Tunc cum charta deficeret, & ille cū dentibus elōgare vellet, charta subito fracta fuit, & ille cū capite ad murū percussit, vt sonitus percussionis & vulnus capitis sequeretur. Audit etiā Deus illos clericos & monachos qui negligēter cantāt & psalmos & versus & diuotiones multas emittunt. Legitur quod quidam sanctus homo vidit

vidit quēdam dæmonē nomine Tytinillū per sedes monachorū discurrētē: qui videbatur aliqua colligere & in vasculo suē in sacco recōdere: q̄ à sancto viro adiurat⁹ dixit se colligere omissiones psalimorū, & qualibet die mille vicib⁹ sacculū adimplere. Vnde quidā de hoc fecit versus:

Fragmina psalimorum Tytinillus colligit harum:

Quæque die mille vicibus sarcinat ille.

Secundō, cōstructa est ecclesia ad orādum. Deus enim orationes fidelīū in ecclesia libēter exaudit. Vnde dicitur 2. Paral. 6. Quicumq; orauerit in loco isto exaudi de habitaculo tuo. Dicit tamē Beda q̄ tribus de causis cōtingit orationes non exaudiri. Primō, quādo petimus ea quæ non decet nos accipere, vt tēporalia. Vnde Chryf. Illa pete à domino quæ tibi expediat accipere, & illum deceat dare. Si autē terrena petis, aut difficulter impetras, aut fortē nō. Quomodo autem decet eum tibi illa dare quæ nō habet, & tu habens eā cōremnis? Legitur in fabulis poētarū quōd Mida rex petiit ab Apolline deo suo, vt quicquid t̄geret aurū fieret, & cōcessum est ei. Cū igitur cibū vel potū manibus vel labiis t̄geret, statim vertebatur in aurū, & sic fame mortuus est. Per quod datur intelligi quōd auarus semper diuitias desiderat: & illæ sunt sibi causa mortis, iuxta illud 1. Tim. 6. Qui volunt diuites fieri incidūt in tentationē, & c. & sequitur: Quæ mergunt homines in interitū. Secundō, orationes non exaudiuntur quando petimus indigni, i. existentes in aliqua culpa siue in aliquo crimine. Isa. 1. Cū multiplicaueritis orationes non exaudiam, manus enim vestræ sanguine plenz sunt. Thre. 3. Opposuisti nubē tibi ne transiret oratio. Zach. 5. Misit angelus massam plumbi in os amphoræ, & dixit: Hæc est iniquitas, & c. Ex his habetur q̄ peccatum assimilatur sanguini, nubi & plumbo. Quando igitur peccatum est quasi sanguis, orationes maculat. Ideo talis oratio sic maculata non audet coram oculis Dei apparere. Item peccatum est tanquam nubes, ideo orationem obumbrat, & ideo nescit per viam cœli incedere. Tertiō, orationes nostræ non exaudiuntur, quia pro indignis petimus, id est pro peccatoribus qui sunt in proposito peccandi. Iere. 14. Noli orare pro populo isto. Io. 9. Scimus quia Deus peccatores non exaudit. Legitur in Vitis patrum, quōd cum quidam frater grauiter tentaretur, & quidam sanctus pater pro eo semper oraret, & tentatio non recederet: vidit prædictus

dictus pater Deo sibi reuelante, quōd spiritus fornicationis in diuersis formis mulierum ante illum ibat, & illi applaudebat, & in nullo resistebat. Vidit enim angelū ipsum increpantem quare non resisteret, & quare se non iuuarer. Tunc dixit illi fratri iuueni, causa est quare orationes meæ quas pro te faciebam non exaudiuntur, quoniam non es eis dignus: nisi ergo te ipsum adiuues, & corpus tuum maceres, & tentationibus resistas, precum mearum non es dignus: quod cū ille fecisset, sanatus est. Dixi tertio tangitur accessus infirmorum placabilis, cum dicitur: *Et accesserunt ad eum cæci & claudi in templo, & sanauit eos.* Sed quare tunc sanauit? Dicendum primo propter autoritatis confirmationem: vt scilicet sententiam electionis non solum autoritate scripturæ, sed miraculorum operatione confirmaret. Secundō, propter veritatis testificationem. Vnde Amb. Virtute sua magnalia ostendit in templo calumniantibus vt quod populi clamabant, ille factis ostenderet: quasi testis veritatis illorum. Tertiō, secundum Remigium quōd in templo Christus sanauit, significat quōd homines non nisi in ecclesia sanari possint: cui data est potestas ligandi atque absoluendi. Hæc ille. Quartō, vt illi visa Christi potentia conuerterentur. Ideo enim illis cernentibus cæcos illuminauit, vt illi Dei lumen reciperent. Er claudos ambulare fecit, vt illi claudicationem mentis abiicerent: & meliores pedes in recta operatione habere inciperent. Ex huiusmodi ergo sanatione, & ex alio quod sequitur indignati fuerant sacerdotes. Ideo sequitur: *Videntes autem principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecit: & pueros clamantes in templo, & dicentes: Osanna filio David, indignati sunt, & dixerunt: Audis quid isti dicunt? quasi dicerent: Si iustus esses, reuerentiæ declinares. Videant ergo emptores, vt ait Hierony. Et quantum licet sancti homines cum quāto periculo ista sibi dici patiantur: si vero domino cui hæc dicebātur, quia nondum solida erat credentium fides, pro crimine impingitur. Hæc ille. Siendum etiam secundum Chryfostom. quōd sicut columna si modicum obliquata fuerit accepto pondere vadit in latus: Sic & cogominis si peruersum fuerit: & si alicuius viri iusti opera videat vel audiat non confirmatur, sed magis ad inuidiam concitatur: Hoc modo sacerdotes concitati sunt contra Christum dicentes: Audis quid isti dicunt? Hæc ille. *Iesus autem dixit eis: Vtique**

Vtique nunquid legistis: Ex ore infantium & lactentium perfecti laudem.
 Vnde Chry. super Matt. Nō dixit illud Christus quod scri-
 bz audire cupiebāt. Bene faciūt, inquit, pueri q̄ mihi testi-
 moniū perhibēt, nec propterea errāt, quia pueri sunt: quod
 si esset, deberis tamē ætati ignoscere. Sed illa ætas profert
 exēplum de Psal. 3. Vt tacēte domino testimoniū scriptura-
 rum puerorū dicta cōfirmaret. Hæc ille. Tanquā si dicat vt
 idem Chry. super Matt. ait: Est mea culpa q̄ isti clamānt: nū-
 quid mea culpa est, q̄ ante tot millia annorū hoc futurum
 propheta prædixit? Hæc ille, quasi iterum dicat dñs: Quid
 me arguitis de laude puerorū? si peccatū est, arguite spiritū
 sanctū, qui per os propheta hoc esse futurū prædixit. Notā-
 dum autē, q̄ dicit, perfecti, &c. Laus enim inchoata fuit in
 via à turbis: augmētata & perfecta in templo. Tria em̄ de-
 bemus notare quę perficiunt laudem. Primō, cōcordia quę
 resonantiā facit. Ideo hoc suppliciter dicitur, ex ore. Dan. 3.
 Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant & glorificabāt &
 benedicebāt Deū, &c. Secūdo, mūditiā, quia non est specio-
 sa laus in ore peccatoris, ideo dicit infantium. Apoc. 14. Et
 nemo poterat dicere canticū, &c. Et sequitur ibidē: Hi sunt
 qui cū mulieribus nō sunt coinquinati. Tertiō, diuina scie-
 tia. Vnde gl. In quibus veritas operatur, nō ingeniū homi-
 nis. Ideo dicitur, lactentium. Osæ 2. Lactabo eam & loquar
 ad. cor. eius. Laudē verō incipiunt pœnitētes, adiiciunt pro-
 ficientes, & perficiunt innocentes. Tunc sequitur recessus
 hominis amabilis: quōd relictio probat vulgi remoti. Vn-
 de subditur: *Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam.*
 Vnde Chry. Ibi corporaliter manere voluit, vbi spirituali-
 ter repauebat. Nam sanctorum virorum non est inquirere
 mansionem vbi clariore sunt viri: sed vbi sanctiores & fi-
 deliores. Ibi que mansit apud Lazarū & sorores eius, & do-
 cebat eos de regno Dei. Quia enim illi venientē dominum
 non vt dignum susceperunt: ideo non immeritō eos repro-
 batos ostendit per hoc quōd abiit foras. Secūdo, ideo abiit
 foras secundum Chrysostr. super Matth. quia malum homi-
 nem melius locum dando potest aliquis vincere quā re-
 spicendo: quia malitia non instruit sermonibus, sed
 excitat. Et ideo dominus recedendo compefcere studuit
 quos respondendo non cōpescuit. Hæc ille. Eccl. 6. Ab ini-
 micis tuis separare. Exēplum in Iacob, Esau, & Abrahā, &
 Loth. Sænet. Optimū genus vincendi est patientia. Tertiō,
 ideo

ideo secundū Hier. licet Christus pauper fuerit, nulli tamen
 adularus est. Idcirco nullū hospitiū nullāmq; mansionē iux-
 ta urbē inuenit, sed in vico paruulo apud Lazarū & sorores
 eius habitauit. Felices certē multūmq; beati sunt qui do-
 minum hospitem habere meruerunt: cuius præsentia tristia
 cuncta submouebantur: salubria & iucunda omnia prouid-
 ebantur. Sed & illi nihilominus felicissimi summēq; bea-
 tissimi, qui ita se ab omni malitia castos immunesque cus-
 todiant: vt in ipsis dominus habitare & apud eos manere
 dignetur. Quod nobis præstare, &c.

FERIA III. ENARRATIO XIII.

Quicumque fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est: ipse meus frater, soror & mater est, Matth. 12. Marci 10. Lucæ 11.

Consuetudo dignoscitur, homo tenerur illi impendere
 honorē & eū præ oculis habere sine quo nō potest esse,
 nec viuere. Spiritualiter, sic homo sine dei misericordia,
 nequaquā potest viuere. Psal. 93. Si dicebam, motus est pes
 meus, misericordia tua adiuuabar me. Ergo misericordiæ
 dei semper debemus habere memoriā & eā inuocare, vt fa-
 cit ecclesia in introitu missæ: Reminiscere miserationū tua-
 rum dñe, &c. Et inuocat dei misericordiā in collecta dicens:
 Preces nostras quæsumus dñe clementer exaudi: & contra
 cuncta nobis aduersaria dexterā tuā maiestatis extende.
 Similiter in epistola habemus quomodo misericordia Dei
 sustentauit Heliā, 3. Reg. 19. qui dormiuit sub iunipero: & ci-
 bavit eum pane subcineritio per angelū. Etiā de dei miseri-
 cordia habemus in prophetia Exod. 24. quomodo Moysen
 sustentauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Et
 sic sine Dei gratia & misericordia pœnitentiā quadragesima-
 lem portare non possumus. Sed videmus q̄ amicus auxilia-
 tur amico ad portandū onus. Ergo vt simus dei amici facia-
 mus eius voluntatē vt auxilietur nobis. Ad quod hortamur
 in themate, dicente: *Quicumque fecerit voluntatem patris mei, &c.*
 Aliud thema. Dicit enim Sapiens Eccl. 6. Amico fideli nulla
 est comparatio. Moraliter: Nullus fidelior amicus deo om-
 nipotenti. Pl. 144. Fidelis dominus in omnibus verbis suis.
 Eccl. 2. Quis sperauit in domino & cōfusus est? & quis per-
 mansit in mandatis eius, & derelictus est? Est enim ita fide-
 lis q̄ semper astat: nam si se subtraheret, omnia in nihilum
 redigerentur. Pl. 93. Si dicebam, &c. Nam dicitur Eccl. 6.
 Amicus fidelis protectio fortis, medicamētum vitæ & im-
 Quadrag. Theol. G

mortalitatis. Nam à morte animæ non habemus nos tueri sine protectione suæ misericordiæ. Thre. 3. Misericordie domini, quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius, &c. Illius non debemus obliuisci. Seneca: Ingratus est qui beneficium accipiens obliuiscitur illud, & retributionē pro eo non facit. Ne igitur simus ingrati recordatur ecclesia. hodie misericordiæ dei cum cantat: Reminiscere miserationum tuarum domine. quasi diceret. Hodie est septimus dies ieiunij & penitentia. O Deus sicut in septuagesimo anno liberaſti filios Israël de Babylonica seruitute: sic hodie in septima die quadragesimali sis nobis peccatoribus misericors. Similiter in collecta recordatur misericordiæ Dei. Et in prophetia. quasi diceret: Sicut Heliam confortasti per panem subcinericium: sic & nos per quadraginta dies, &c. Et sicut Moysi ieiunanti per quadraginta dies decē mandata cōmendasti: sic & nobis tua præcepta conseruare tribue, per quæ amici dei efficiamur. Io. 15. Vos amici mei estis si feceritis, quæ ego præcipio vobis. Tullius: Amicorū idem est velle. sic & nos, de quo thema. In summa euangelij duo innuntur. Primo innuitur malignitas Iudæorū in petitione. Secundo innuitur charitas in examinatione, ibi, *Adhuc illo loquente*. De primo: *Accesserunt ad Iesum, &c. Magister volumus à te signum videre*. Sed dices, Cur Iudæis petentibus signum non dedit? Resp. sanctus Tho. in scripto primo, di. j. ad literā. q. 1. & 2. Signum impertat ali-quod notum, quo ad nos, inducens nos in cognitionem alterius: vt exemplificat Aug. in li. 2. de doctrina Christiana: Sicut vestigiū declarat animal, fumus ignē, tuba exercitū, circulus vinum. Et quia Iudæi non quærebant rem & veritatem signi per intellectum, sed tantū signum per sensum, idcirco non dedit eis Christus signū. Quia dicit Aug. in sermone de tentatione Christi, Inane est omne miraculum, quod non operatur salutis effectū. Et sic hic fuisset factum: quia curiositatem quæsierunt, vestigiū quærebant nō animal, fumum non ignem, circulū non vinum, ergo signū eis non dabatur. Sed dices, qualia signa petebant? Resp. Hier. in homil. In mortem Helia, &c. Ergo ignis tormentorū in eis non extinguetur vel tonitruum, vt tempore Samuelis. Et sic tonitruum damnationis ab eis audietur. Ite maledicti, &c. Idcirco respondit, *Generatio mala, &c.* O infelices Iudæi, nōne quadruplex signū eius diuinitatis vidistis? Pri-

mo in

mo in reuelatione vestrarū cogitationum, quod soli Deo cōuenit. 2. Reg. 8. Tu solus nosti corda filiorum hominum. Secundo in locutione. Ioā. 7. Nunquam sic locutus est homo. Tertio per miracula quæ nemo fecit. Io. 9. A seculo non est auditū, quia quis aperuit oculos cæci nati. Io. 15. Si non venissem & locutus eis fuissem, peccatum non haberent. Quarto testimonium omnium prophetarum. Io. 5. Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitā æternā habere. Subdit: *Et aduersa*, quia multis amatoribus se copulauerat. Aug. Anima deserta à creatore, & amans creaturā adultera est, & sic adulterantur idololatræ. Similiter auari. Gal. 5. Auaritia est idolorū seruitus. Similiter amatores mundi. Iac. 4. Adulteri nescitis quoniā amicitia huius mundi inimica est deo? Tales sunt qui adhuc quærent signa, &c. sed non est opus. Aug. Magnum est prodigium quod toto mundo credente Iudæi non credunt, ideo adulteri. Dicit enim Valer. lib. 8. de Zaleuco rege, qui statuit legem quod adultero deprehenso vterque oculus eius erueretur. Factū est vt filius suus adulter efficeretur, idcirco tota ciuitas legi resistebat propter honorem patris. Ne igitur lex statuta euacuaretur, sibi vnum oculū & filio vnum misit eruere. Spiritualiter, & sic rex regum sustinuit mortem, & homo mortem temporalem, ne homo duplici morte moreretur. 1. Cor. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Christo omnes viuificabuntur. Et Osee 13. O mors ero mors tua. In summa euangelij tria innuntur: Primo tentatio potestatis admirandæ, ibi, *Accesserunt*. Secundo subditur cōminatio poenitentia in-sigēdæ, ibi, *Viri Niniuæ*. Tertio tangitur examinatio charitatis amplexandæ, ibi, *Adhuc eo loquente*. De primo dicit. In illo tempore, s. post eiectionem surdi & muti accesserunt ad illum quidam de scribis & pharisæis dicētes: *Magister volumus à te signum videre*. Dicit Hierony. Signum postulant quasi illa quæ viderant signa non fuissent, vt Lucas exprimit cap. 11. Petentes non ex deuotione vt ex hoc credant, sed ex curiositate signum de celo, fortē vt tonitrua audirent vt tempore Samuelis 1. Reg. 2. cap. Quod fuit magnum in Palæstina tempore æstatis propter defectum materiæ & potentiā agentis, scilicet solis qui consumit omnes vapores, ita quod nō possunt ibi generari huiusmodi passionēs aëreæ: & ideo raro sunt ibi pluuia. Vel fortē petebant ignem de celo descendere sicut tempore Helia, 4. Reg. 1. quasi non possent

G 2

talia signa calumniari, & dicere quòd ex variis passionibus accidissent. Contra quos Hiero. sic ait. Nā si calumniaris ea quæ oculis vides, manu tenes, vtilitatē sentis: quid facturus esses de his quæ de cælo veniunt: vtique respondebis, & magos in Aegypto multa signa fecisse de cælo. Hæc ille. Et nota quod verba eorū sunt plena adulatione: quia magistrum vocant, quem prius dæmoniacum appellabant. *Quæ respondens ait illis: Generatio mala & adultera signum querit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ prophete.* Vbi sciendum quòd quando cō-
 uitiabatur ei dicentes: quod in principe dæmoniorum dæmonia eiiceret, mansuetē respondit eis per rationes improbas dictū eorum. Hic verò eum laudando adulantur magistrū vocantes: asperē respondit eis. In quo docet opprobria & adulationes esse vitandas. Vel vt Chryf. dicit, hoc fecit demonstrans quod vtraque passione erat superior, & neque cōiucis in irā cōducitur, neque adulatione mollietur. Hæc ille. Et sciendum quod vocat eos primo generationem malā, quia vt dicit Chryf. Ipse Christus propter hoc dicit eos generationē malā, quoniam ingrati semper facti sunt cōtra benefactores, & per benefactentes moniti deteriores fiebant quod est vltimā malitiā. Hæc ille. Secundo vocat eos generationē adulterā, quia etiam idola non colebant, tamē à vero sponso Christo se alienabant. Et quia dixerat quod non dabitur eis signū, nisi signum Ionæ prophete, ideo quale illud signum fuerit ostenditur cū subditur, *Sicut enim fuit Ionas in vētre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.* Ionas enim fuit signū Niniuitis dupliciter, verbo & facto. Verbo, quia viua voce eis significauit quod perirent nisi conuenterentur. Facto, quòd fuerit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus. Vbi fuerunt tria, scilicet absorptio, detentio, euomitio. Absorptio fuit mortis signū, detentio sepulturæ, euomitio resurrectionis. Vnde Rabanus ostendit Iudæos ad instar Niniuitarum criminosos, & nisi pœniteant subuersioni fore proximos. Sed sicut illis denuntiatur supplicium & demonstratur remediū, ita Iudæi non debent desperare veniam, si saltem post Christi resurrectionem egerint pœnitentiam, quia mors Christi reconciliatio est mundi. Ionas enim, id est colūba vel dolēs, est signum eius super quē descendit spiritus sanctus in specie colūbæ, qui & dolores nostros portauit. Piscis qui Ionā deuorauit in pelago significat mortē, quam Christus passus est in

est in mūdo. Tribus diebus & tribus noctibus fuit ille, s. Ionas in vētre ceti. Et ille, s. Christus in sepulchro ille eiectus est in aridā: ille surrexit in gloriā. Hæc ille. Et sciendū quod illi tres dies intelliguntur per synecdochen per Hier. vt in parte totū intelligas. Prima ergo dies cōputatur à parte diei Parasceues cum nocte præcedente. Secunda à die integra, s. sabbathi cum nocte præcedente. Tertia à parte diei dominicæ cum nocte præcedente. Et sic sunt tres dies artificiales & tres noctes: vel aliter, tribus noctibus, i. duabus secundum rem, & tertia secundū rationem. Nam ante passionem dies præcessit noctem, in quo significatur status innocentie præcedens statum culpæ: secundum hoc dies Parasceue cōputatur cum nocte sequente: dies sabbathi cum nocte sequente. Et sic duo dies & duæ noctes. Tertia dies dominica cū nocte præcedente: quia tūc nox præcessit diem. Et sic illa nox in rationē duarū cōputatur. Et sic sunt tres dies & tres noctes. Nota secundū Greg. Signa facere nō est sanctitatis probatio: sed vnumquēque, sicut seipsum diligere: virtus Christiani hominis consistit in amore non in mirabili ostensione. Io. 13. In hoc omnes cognoscēt, quod mei estis discipuli si dilectionem habueritis adinuicem. nō dicit: Si signa feceritis. Hier. In primitiua ecclesia signa necessaria erant: nūc non. Primo, quia fides nō erat introducta. Nam solum setæ inseritur, & postquam solum est introductū seta non est necessaria. Secundo in primitiua ecclesia fides non erat roborata. Greg. exemplificat de iuuenibus plantis quæ primo rigan-
 tur, postea non. Tertia ideo, quia ecclesia modò meritis est cumulanda. Vnde Greg. dicit: Fides non habet meritum vbi ratio, &c. Ideo reprehensibiles sunt tales, qui signa querūt ad credendū, vel qui desiderant quod eis loquatur Deus visibili liter vel per angelū: vel volunt certificari an sint in gratia vel non. Quod si fieret, forsitan per reuelationē superbirent & peiores efficerentur. Vnde Rom. 1. Iustus ex fide viuūt. Ideo hæc est generatio mala quæ fidem inficit. Et ideo Iac. 2. c. sic dicitur: Fides sine operibus mortua est. Psal. Generatio mala non direxit secundū Deum cor suum: nec est creditus cum Deo spiritus eius. Adultera quæ spirituale adulterium committit. Psal. Fornicati sunt in adinuentionibus suis. Ideo talibus non datur signum vanitatis & curiositatis, sed vtilitatis. Ionas propheta figurat peccatorem qui est in mansuetudine pœnitentiæ, & nō submergitur per desperationem, sed

ventre ceti suscipitur, & in sinu diuinæ misericordiæ sustentatur, in quo manet per triduum contritionis & satisfactionis. Et per hoc triduum suscitatur a morte peccati. Ose. 6. Vi uificauit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos & uiuemus in conspectu eius, & tribus noctibus, cum deflet tria peccata cordis, oris, & operis. Vel deflet præterita, declinat præsentia, & cauet futura. De his noctibus Tob. 8. Deprecemur deum hodie & cras quia his tribus noctibus Deo iugimur. Hæ noctes non habent obscuritatem. Pl. Nox sicut dies illuminabitur. Sed multi qui figuram Ionæ non respiciunt, ideo uiri Niniuitæ condemnabunt eos. Sed diceret, quare non signum de celo, sed signum de inferno vel sepulchro? Respondetur, propter indignitatem, quia filij uiperarum. Matt. 3. Progenies uiperarum quis demonstraui uobis fugere a uentura ira? Secundò ideo quia filij diaboli propter prauitatem. Io. 8. Vos ex patre diabolo estis, ergo non de celo, sed de inferno. Sed diceret, Cur Ionas & non alter propheta a Christo ponitur pro signo? Resp. Hier. Quia in Iona dominicum mysterium manifestè monstratum est in multis, quæ significabant Christum. Primò ideo quia Ionas missus prædicare Niniuitis tēpestatē patitur maris. Sic filius dei missus a patre in mundum tēpestatē, i. persecutionem a populo patitur. Hier. Actualis non defuit scuitia premēs, & iustitia patiens. Secundò Ionas dormiuit in tēpestare: sic Christus mortuus in persecutione. Tertio Ionas missus in profundum maris a ceto deglutitur, & sic Christus amarissima morte mortuus anima infernum intrauit, corpus sepulchrū, & deitas eum utroque. Quarto ideo, quia sicut Ionam cetus ille nec digerere nec intra se ualuit retinere, ita infernus & mors non potuit retinere Christum. Pl. 15. Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Quintò ideo, quia sicut Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, & sicut cetus tertia die eum euomit, sic & Christus tertia die resurrexit. Itē sextò, ideo quia sicut Ionas solus eiectus est in mare, ut alij saluaretur ita Christus solus mortuus est, ut nos omnes saluaremur. Io. 18. Si me queritis finite hos abire. Item septimò sicut Ionas prædicauit Niniuitis, si non penitenter absorberetur, ita & Christus Iudæis. Lucæ 13. Nisi penitentiam egeritis omnes simul peribitis. Subdit: *Viri Niniuita surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam.* Sed diceret, tamen dicitur Ioan. 5. Pater omne iudicium dedit filio. Respondet

spondet Hier. in homil. quod ipsi condemnabunt eam non ea auctoritate ut Christus: nec approbatione sententiæ ut Apostoli: sed cōparationis exemplo, scilicet melioris uitæ. Hic ulterius queritur super illo uerbo: Signum non dabitur eis, &c. Quare non dedit eis signum ut uiso signo crederent in ipsum? Dicedum quod non quærebant signum ad credendum, sed ad reprehendum, secundum Chrysostomum. ideo tunc non dedit patres eis. Item dicitur, signum non dabitur. Contra: Multa signa dedit eis suam passionem, sicut illuminationem cæci, & multa alia. Dicendum quod illud non est dictum, quod alia signa ante mortem Christi non fuerat data, sed quia mors & passio eius fuit signum præcipuum & ultimum & signum signorum, in quod omnia ducebantur: quod spiritualiter datum Iudæis dicitur, quod illi si crederent saluaretur: sin autem aliter subuerterentur. Vel intelligendum est illo modo: Signum non dabitur eis, etsi postea datum sit. Similiter alia dubia superius mota, scilicet in præcedentibus hic etiã possunt adduci. Dixi secundo tangitur cōminatio pœnalitatis infligendæ. De qua nunc sequitur, *Viri Niniuita surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia penitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, &c.* Vbi sciendum quod ne quis secundum Chrysostomum existimaret quod Iudæi in futuro conuerterentur, sicut Niniuitæ: ideo saluator totum contrarium dicit, quoniam ex beneficio passionis Christi nullum fructum perceperunt: quia Niniuitæ cōdemnabunt generationem Iudæorum: non auctoritate iudicandi, sed cōparatione melioris uitæ. Si condemnabunt, ergo conuertentur. Hoc uerum est de Iudæis, qui rei fuerunt in passione Christi ex certa malitia. Melioris autem uitæ fuerunt Niniuitæ, quantum ad hoc quod penitentiam egerunt ad prædicationem Ionæ. Et subdit: *Ecce plusquam Ionas hic, scilicet in medio uestri.* Quia secundum Hier. Ionas triduo prædicauit, Christus tribus annis cum dimidio. Ille Assyriis genti incredulæ: Christus Iudæis populo Dei. Ille uoce simplici, Christus uoce, signis & miraculis. Illi Assyrij conuersi sunt ad prædicationem Ionæ, isti Iudæi non conuertuntur nec meliorantur. Ideo Assyrij cōdemnabunt istos, quia plusquam Ionas. Hæc Hier. Sciendum quod Rabanus dicit: Tunc ostendit dominus his præsentibus uerbis unam esse bonorum & malorum resurrectionem futuram: contra quosdam hæreticos, qui dixerunt unam esse resurrectionem bonorum & alteram malorum. Destruitur etiam in his uerbis fabula Iudæorum, qui solent dicere quod ante iu-

diciū mille annis celebretur resurrectio: aperte his verbis ostendēs: quā mox ut celebrabitur resurrectio, celebrabitur & iudiciū. Hęc ille. Et notauit in his verbis: Surgēt & condemnabūt eam. Subdit: *Regina austri*. Luc. 12. Seruus sciēs uolūtātē domini & nō faciens, uapulabit plagis multis. Et sic Iudæi & mali Christiani. Psal. Nos autem populum eius & oues pascuę eius. Greg. Quātō maiora beneficia, tantō maiora supplicia. Exemplum in uitis patrum, q̄ Macharius in deserto inuenit caput: interrogauit cuius esset: respōdit, eiuſdem principis sacerdotū gentiliū. Requisiuit: Es profunde in inferno: Respōdit, quantū cœlum à terra distat. Requiſiuit an alij essent profundiores eo. Respōdit, Iudæi qui deū cognitū negauerūt: & cognoscentes ipsum non glorificauerunt ut Christiani. Ad Rom. 1. Quia cum cognouissent deū, non sicut Deū glorificauerunt aut gratias egerunt, sed eauerunt in cogitationibus suis, &c. Ideo apostolus ad Heb. Si quis irritam faciēs legem Moyſi sub duobus uel tribus testibus moritur, quantō magis qui sanguinem Christi conculcauerit: Heb. 9. Rurſum crucifigentes filiū Dei, &c. *Regina Austri surgit in iudicio cū generatione ista: & condē. eam: quia uenit à finibus terre audire sapientiā Salomonis*. Prou. 1. Doctrinā atq; sapientiā stulti despiciūt. O quot sunt, ut dicitur ibidē. Ecclesiast. 1. Strutorū infinitus est numerus. Sicut impossibile est peccatorem saluari sine pœnitentiā: sic & à peccatis abstinere sine sapientiā. *Et ecce plusquam Salomon hic*. Hierony. Eodem modo condemnabit regina Austri populum Iudæorum, quo condemnabunt uiri Niniuitę Israēlem incredulum. Hęc illa à remotis uenit: isti præsentiē habuerunt. Illa mulier, isti uiri. Illa cū labore: isti sine difficultate. Illa laudauit alienigenam, scilicet Salomonem: isti condemnauerunt proprium terrigenam, s. Christum. Illa ad ipsum uenit quem sola fama cognouit: isti probatū miraculis contēpserunt. Illa ad purum hominē: isti ad Deum & hominem. Illa cum muneribus: isti cum opprobriis & uulneribus. Idcirco dicit Chryſost. Regina Austri uenit à finibus terrę: & Christiani nolunt uenire de plateis ad audiendum Christū. Multi de ecclesia exeunt, & Christum ibi solum relinquunt. Sequitur nunc comminatio æternę pœnæ per præsentiē comminationem, ibi: *Cum immunūſ spiritus eieie. de homine, &c.* vsq; ibi, *Sic erit generationi huic pessima*. Hoc inuenies expositum infra dominicam tertiam quadragesimę, ideo hoc exponere prætermittit

prætermitto. Dixi tertio tangitur examinatio charitatis amplexandę quod desiderium probat de maternis, supple rebus uel affectibus. *Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres eius stabāt foris querentes loqui ei, &c.* Vbi sciendum q̄ Christus turbis prædicando confudit scribas & pharisęos: sicut hodie debet fieri in prædicando ad populum uulgarem, ubi reuera expedit uicia prælatorū tangi: attamen generali sermone, quia prædicator non descendat ad singularia hominum. Et secundum q̄ licet pharisęi essent mixti cum turbis: tamen principaliter prædicabat propter turbas erudiendas. Aduertendum est etiā secundum Chryſo. quōd quando diabolus uidit q̄ Christus persuadebat populo, q̄ esset filius Dei, dicens: *Ecce plusquam sonas hic, &c.* Et timens ne si filius dei cognosceretur qui putabatur homo, ipse derelinqueretur ab omnibus: ideo ad uincēdos sermones eius introduxit parentes eius carnales: ut per eorū contemplationem diuinitatis eius obscuraret naturam. Et uenit vnus diaboli excellens aduocatus: quia humano ore uerba diabolica loquebatur, dicens: *Ecce mater tua, &c.* Insidiando hoc dixit, ut exploraret si carnis affectu prædicationē inceptam dimitteret. Et ideo multas implicauit instantias, quę ipsum mouere poterāt ad cessandum dicēs: *Ecce quasi in promptu sunt & in propatulo ubi uerecundū est stare. Itē mater tua quę præcipitur honorari. Itē fratres tui quos natura & lex iubet diligere. Item foris stant expectantes te in loco exteriori. Item querētes te: quia propter te solum uenerunt: ideo debes ad eos egredi. q. d. secundum Chryſo. Quid gloriaris o Iesu de cœlo dicēs te descēdisse, qui radices habes in terra: non potes esse filius Dei quē homines genuerūt: non potes in te illū abscondere quem natura conuincit. Fratres autem nominat cognatos eius secundū morem scripturę: ut dicit Hier. contra Heluidiū. Uterius nunc sciendum q̄ quatuor modis in scripturis diuinis fratres dici merētur, natura, gente, cognatione, affectu. Natura, ut Iacob & Esau. Gente, ut omnes Iudæi fratres inter se uocātur, sicut in Deut. Nō poteris super te cōstituire hominem alienū qui non est frater tuus. Porrō cognatione uocātur fratres, qui sunt de vna familia, sicut in Genesi dixit Abraham ad Loth: Non sit rixa inter me & te: quoniā fratres sumus. Affectu etiā fratres dicuntur, quod in duo diuiditur, in speciale & commune. In speciali: quia Christiani fratres dicūtur ut saluator dicit: *Va-**

de dic fratribus meis. Porro in cōmuni: quia omnes homines ex vno patre nati pari inter nos germanitate coniūguntur, sicut ibi: Dicitur his qui oderunt vos, fratres nostri vos estis. Interroga ergo iuxta quem modum fratres domini in euangelio appellantur iuxta naturā? Sed scriptura nō dicit: nec Maria nominans eos filios, nec Ioseph iuxta gentem. Sed absurdū est, vt pauci ex Iudæis vocati sunt fratres cū omnes ibi erant, potuerūt appellari iuxta affectum humani iuris & spiritus, videtur q̄ sic: q̄a magis erant fratres quā homines sunt fratres: stultū fuit nuntiare quasi propriū: Ecce fratres tui querūt te. Restat igitur vt fratres eos intelligas appellatos cognatione nō affectu: nō gentis priuilegio, nō natura. Hęc Hier. Et respōdēs dicēti sibi ait: *Quæ est mater mea & fratres mei?* q. d. Non habeo carnalem affectum ad eos. Per hoc enim secundum Hier. non negauit matrē, ne natus de phantasmate putaretur: sed apostolos cognationi prætulit: vt & nos in comparatione dilectionis carni spiritū præferamus. Hęc ille. *Et extendens manū suam in discipulos dixit: Ecce mater mea & fratres mei.* Mater eius sunt qui cum in corde suo concipiūt. & cum pariunt per prædicationē in cordibus auditorum. Et fratres eius sunt qui opera patris eius faciunt, qui ei coheredes erūt in cælo. Et hi fuerunt discipuli eius, de quibus dixit Ioan. 20. *Vade ad fratres meos & dic eis.* In hanc maternitatē aut fraternitatē spirituales cōfiderē debemus non in carnalem. Vnde Chryf. Cū his autē quæ dicta sunt & alibi nos docet, videlicet in nulla cognatione cōfidēs virtutē negligere. Si enim Mariæ nihil prodesset matrem esse nisi virtus adesset: quis utiq; alius per cognationē saluabitur? Vna enim sola nobilitas est, s. Dei facere voluntatē. Hęc ille. Et sciendum q̄ non solum dixit hic saluator se habere spirituales affectum ad discipulos, sed ad omnes alios. Ad Heb. 2. Non cōfunditur nos vocare fratres, de quibus nunc subditur: *Quicumq; enim fecerit voluntatē patris mei qui in cælis est, ipse meus frater & soror & mater est.* Frater enim & soror Christi efficitur homo credendo. Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Mater vero prædicando: quia gignit fructū in cordibus auditorū. Nota, verbum Dei cōcipere & parere est res felicissima. Vnde Aug. loquēs de virginitate dicit: Beatior fuit virgo Maria profitendo Christum, quā concipiendo carnem Christi,

Christi: Nihil enim Mariæ materna propinquitas profuisset, nisi illa felicius corde quā carne gestasset. Sed dices, quare dominus nō fecit mentionem de patre dicendo, Ipse meus frater, soror & pater est? Respondetur secundum Hier. ad hoc q̄ homo generat alium spiritualiter, oportet quōd homo à deo accipiat. Nō enim homo hoc à se habet, vt alium posset spiritualiter generare: ideo nō mererur dici pater generari. Nam pater concurret ad generationē acti uē: qualiter homo ad spirituales generationem cōcurrere non potest, sed solum more matris passiue & receptiue. Sed dices, quare Christus nō dicitur filius noster? Respondetur q̄ hæc formatio nō dat esse Christo: sed potius nobis: aliud est formare Christū: aliud Christum formari in nobis. Sicut aliud est figurare sigillū: aliud figurare sigillū in cera. Christus non figuratur per nos: sed figuratur in nobis. Nota, voluntatem Dei debemus implere. Primo propter seruitutis conditionem. Aug. in soliloquio: Noli esse proprius in tuæ voluntatis potestate: nō est serui vt viuat sibi, sed domino. Et sic loquitur apostolus ad Gal. 2. *Vino autē iam non ego, sed viuit in me Christus.* Et sic scribitur ad Rom. 6. c. *Quod enim viuit, viuit deo.* Secūdo propter fortem beneficiorum obligationem. Vnde Ber. in lib. de Diligendo Deum: Ratio dicitur, iustitia naturalis vrget totum se tradere illi, à quo se totū habet. Et subdit postea: Si totum me debeo pro me factō, quid addam iam pro me redempto & resecto? In primo opere, s. creationis me mihi dedit. In secundo, s. redemptionis se mihi reddidit. Tertio propter voti promissionē, promissum enim ei in baptismo renuntiare diabolo. Psal. 72. *Vouete & reddite domino deo vestro.* Eccl. 5. *Melius est nō vouere, quā post votum promissa non reddere.* Quarto propter nostræ voluntatis impletionem: quia qui voluntatem Dei implet, Deus facit voluntatem suam. Io. 9. *Si quis dei cultor est & voluntatem eius facit, hunc audit.*

DE EODEM, ENARRATIO XV.

Viri Ninivite consurgent in iudicio cum generatione hac: & condemnabunt eam: quia penitentiam egerunt in predicatione Ionæ. Matth. 12.

Ista verba terribilia sunt his qui hoc tempore penitentiam agere nolunt. Ideo Hierony. Omnis peccator in penitentia duplicem gemitū habere debet. Nimirum, quia bonum quod

quod oportuit non fecit: & malū quod non oportuit fecit. Cum ad bona opera non resurgimus, necesse est vt nosmet ipsos dupliciter desicemus. Ad hoc autē vt pœnitentiā agamus nos multa incitare debent. Attendamus igitur vtilitates pœnitentiæ, quæ ad præsens sunt quatuor, secundū quatuor quæ peccatū in anima derelinquit. Peccatū enim auferit gratiam, debilitat naturā, elongat gloriā, & obligat ad pœnam. Sed e contra pœnitētia recuperat gratiam, reparat & cōfortat naturā, reddit gloriā, & relaxat pœnā. Primò, pœnitētia recuperat gratiam, & quandoque maiore quàm perdita sit per culpam. Sicut legitur Iob 42. Dominus cōuersus est ad pœnitentiā Iob, cum oraret ille pro amicis suis, & addidit Deus omnia quæcunque fuerant Iob duplicata. In signum huius dicitur Iob 2. Reddam vobis annos duplices quos comedit locusta, i. peccatum consumpsit. Et habetur de filio prodigo Luc. 15. Citò proferte stolam primam, &c. Item figuratur 2. Paralipo. 33. cap. Egit pœnitentiā Manasses, & restitutus est in regnum. Vnde Cyprian. O pœnitentiā quæ miserāte Deo peccatū dimittis, paradysum aperis: quæ contritū sanas, tristēmq; exhilaras, vitam de interitu reuocas, statū restauras, honorem reddis, fiduciam reformas, & gratiam abundantiorē infundis. Secundò, reparat & confortat naturā. Hinc est quod dicitur Iudith 5. Quotiescunque pœnituerunt recessisse à cultura Dei sui: reddidit eis dominus virtutem resistendī. Vnde Ioānes episcop. Quid horres o peccator confiteri quod nō es cōfusus perpetrare? cur vereris domino indicare, quod non es veritus ipso præsentē cōmittere? Nunquid Deum ignorare putas quod fecimus? nobis pœnitētibus astat. Peius est cōfiteri non velle, quàm legem contemnere. Peius est admisissam pœnitētiā spernere, quàm monita diuina despiciere. Peius est offensam in Deum nolle placare, quàm peccando Dei bonitatem offendere. Filij Israel peccauerunt: & ideo hostibus tradebantur. Quoties autem se peccasse confitebantur, de ipsorum manibus eruebantur. Tertiò, pœnitētia reddit gloriā. Matt. 3. Pœnitentiā agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Ad pœnitentiā autem agendum inuitamur, Apoc. 2. Memento vnde excideris, age pœnitentiā: & prima opera fac, s. innocentiam. Sin autē, venio tibi & mouebo candelabrū tuum de loco suo nisi pœnitentiā egeris. Qui si pœnitueris, Deus te piissimè respiciet, & multa bona

ra bona impēdet. Vnde Aug. de spiritu & anima: Beata anima quam Dei pietas respicit, humilitas subiecit, pœnitentiā reducit, iustitia inducit, perseuerantia perducit, deuotio introducit, puritas vngit, charitas vnit. Quartò, pœnitētia relaxat pœnā. Ier. 18. Si gens ista pœnitentiā egerit à malo suo quod locutus sum aduersus eam, agā & ego pœnitentiā super malo quod cogitavi vt facerem ei. Psal. 105. Et pœnituit eum secundum multitudinē misericordiæ suæ. Ibi glo. Nō quòd pœnitentiā in deum cadat, sed remittat quod faciēdum contra eum videbatur. Vnde Ambr. Nouit dominus mutare sententiā, si tu noueris mutare delictum. Item nota quatuor quæ inter alia pœnitentiā commēdabilem faciunt, videlicet si sit humilis & deuota, si sit generalis & integra, si sit discreta & moderata, si sit bona intentione facta. Primò, pœnitentiā debet esse humilis & deuota. De humilitate dicitur Iob 42. Auditū auris audiui te: nūc autem oculus meus videt te. Ideo me ipsum reprehendo, & agam pœnitentiā in fauilla & cinere. Pœnitentiā agere aliud non est, quàm cōtemplatiuam animā in fauilla & cinere, sedere & se cognoscere. Ber. Humilis est satisfactio quā præcessit transgressionis superbia. Item pœnitentiā debet esse lachrymosa & deuota. Iudith 8. Pœniteamus cū lachrymis, & indulgentiam eius postulemus. De lachrymis pœnitentiæ dicit Aug. Omnes aquæ non extinguere vñ scintillam in inferno: sed vna lachryma si de puro & cōtrito corde processerit, totū ignem inferni extinguit. Secundò, pœnitentiā debet esse generalis & integra: nō debet esse pœnitere de vno sed de omnib⁹. Propter quod dicit dominus Eze. 18. Si impius egerit pœnitentiā ab omnibus peccatis suis quæ operatus est: & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudiciū & iustitiā, vita viuet & nō morietur. Ideo libet debemus agere pœnitentiā isto tēpore, quia multā salutem & consolationē pater cœlestis & misericordiarū propter pœnitentiā nobis vult impēdere salubriter. Quod testatur Iſid. sic dicēs: Pœnitentiā est medicamentū vulneris: spes salutis per quam peccatores saluātur, per quam Deus ad misericordiā prouocatur, quæ nō pēsat tēpore, sed luctus & lachrymarū profunditate. Tertiò, pœnitentiā debet esse discreta, vt secundum quantitatem culpæ fiat pœnitentiā. Matth. 3. Facite dignos fructus pœnitentiæ. Glo. Dignos secundum quantitatem culpæ, quod sit ex discretione quæ necessaria

est pœnitenti. Quàm discreta autem debeat esse pœnitentiã dicit Hier. Non oportet ieiunare vsq; ad defectũ, orare vsq; ad tædiũ, genu flectere vsq; ad debilitatem: quia bona opera nõ solum indigēt deuotione, sed etiam discretione. Alia glo. Discretio in pœnitentiã est quæ timorẽ & metum ante oculos Dei ponit recordãs antiquæ turpitudinis. Gra. in pastorali: Vniuscuiusq; mens tantũ pœnitẽdo compunctiõnis suæ eliciat lachrymas, quantum se meminit à Deo meruisse culpas. Quarto, pœnitentiã cõmendabilis est si sit bona intentione facta, non per ostentationẽ vel mudi gloriã: sicut Pharisæus qui se iactabat de hoc q; bis in sabba tho ieiunaret. Luc. 18. Sed sicut Manasses 2. Paralip. 33. qui postquã coangustatus est, orauit dominum Deum suum, & egit pœnitentiã valde corã deo patrum suorũ, & nõ coram mundo. In quo intelligitur recta intentio pœnitentis. Nos igitur salubriter hoc tempore pœnitentiã agamus: quia pœnitentiã nostra cor nostrum emũdat, sensum illuminat, animam suscitãt, & ad susceptionem Christi præparat, præcordia exhilarat, diuinã aufert offensã, & hominem à veniã & misericordiã patris celestis excludere nõ permittit. Vnde Aug. Quæ necessitas cogit pœnitentiã non agere, nec criminis immensitas, nec horæ breuitas, nec vitæ enormitas excludit à veniã: si sola fuerit mutatio volũtatis. Considera de criminis immensitate in Petro, de vitæ enormitate in Magdalena, de horæ breuitate in latrone.

FERIA V. ENARRATIO XVI.

Amen amen dico vobis, Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Ioan. 8.

Videmus quod post comestionem lactis omnis potus hominis est inspidus, sed si homo lauerit os aqua munda & recenti: tunc recuperat oris & potus saporem. Spiritualiter, per lac intelligitur dulcedo peccati. Quicumque enim cibatur tali cibo, ineptus est ad suscipiendum cibũ & potum animæ. 1. Cor. 2. Animalis homo nõ percipit ea quæ spiritus Dei sunt. Attamen post esum lactis si homo munda aqua lauat os suum, talis ecõtra habebit saporem aliorum eiborum. Spiritualiter, sic si homo lauat os conscientie per contritiõnẽ & confessionem, redditur sibi appetitus gratie. Vnde introitus missæ: Confessio & pulchritudo in cõspectu eius. Et talem appetitum gratie petit ecclesia in collecta: Omnipotens sempiternus Deus, qui in obseruatione ieiunij & ele

& elemosynæ posuisti nostrorũ remedia peccatorum, cõcede nos opere mētis & corporis semper tibi esse deuotos. Et ista lacticiã dulcedinis peccati comederunt primi parentes, & transfusum est in nos. Ro. 5. Sicut per vnũ hominem peccatũ in hunc mũdum intrauit: ita & in omnes homines mors pertransiit. De quo epist. Ezech. 18. Patres nostri comederũt vnam acerbã, & dentes filiorũ obstupescunt. Et tamen hoc prouerbiũ est nunc deletũ per mortẽ Christi, qui satisfecit pro originali peccato. Ideo subdit in epistola: Non erit vltra istud prouerbiũ in Israel. quia filius non portabit iniquitatẽ patris, nec pater iniquitatẽ filij: sed anima quæ peccauerit ipsa morietur. Ne ergo moriamur in peccatis, tunc delere debemus peccata nostra per cõfessionem: ne simus serui diaboli sed Dei: quia dicitur in Euang. *Omnis qui facit peccatum seruus est peccati.* In sum. Euang. duo innuũtur. Primo, prædicatio Christi benigna, ibi, *Dicebat Iesus ad eos. Secundo subditur Iudæorũ murmuratio maligna, ibi, Responderunt ei Iudæi.* De primo dicit, In illo tempore, sc̃dum quadãm vice dominus prædicaret. Et erãt ibi discipuli sui. Erãt etiã ibi quidã de nouo ex Iudæis cõuersi, & erãt etiã ibi alij Iudæi nõdum cõuersi. Tunc dominus Iesus dicebat ad eos qui crediderũt ei, ad illos Iudæos. sc̃. qui de nouo erãt cõuersi: *si vos manseritis in sermone meo, i. si sermonẽ meum bene seruaueritis, triplicẽ vtilitatẽ habebitis.* Primo, discipuli mei eritis: quia verbũ Dei facit hominẽ discipulum Christi. Io. 8. Qui ex Deo est, verba Dei audit. Secũdo, & cognoscetis veritatẽ, i. me: quia ego sum via, veritas, & vita, Ioan. 14. Verbum enim Dei illuminat intellectu, vt veritatẽ quis cognoscat. De quo Psal. 118. Lucerna pedib. meis verbũ tuum. & Pro. 6. Mandatũ Dei lucerna est, & lex lux, sc̃. veritatis. Nã sicut dicit Aug. Veritas opponitur falsitati, duplicitati, & vanitati. Illud enim quod verũ est nõ est falsum, non est duplex, non est vanum. Verba igitur Dei faciunt nos de mũdo cognoscere veritatẽ: quia faciũt nos cognoscere, q; omnia mundana sunt falsa, duplicia, & vana. Falsa quidem sunt, quia mũdus in diuitiis promittit satietatem, & dat vacuitatẽ: sicut patet Luc. 16. in illo diuite epulone, qui ad tãtam vacuitatẽ deuenit, quod guttam aquæ habere nõ potuit. In deliciis promittit delectationẽ, & dat amaritudinẽ. Prou. 6. Fauus distillãt labia meretricis: nouissima autẽ illius amara quasi absynthium. In honoribus promittit sublimitatẽ vel

sublimationem, & dat subitā deiectionē. Vnde Iob 21. Tenent typanum: & cytharam, atque gaudent in sonitu organi: ducūt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna deiectionant. Idem trigesimo: Eleuasti me: & quasi super vctum me ponens allisisti me valde. Secundò, ipsa mundana sunt duplicia & mixta. In mundo enim nihil purū, sed omnia sunt mixta: iuxta illud Isa. 1. Vinum tuum mixtum est aqua. Sic quidem gaudiū mundi est mixtū cum dolore. Sapientia est mixta cū obliuione. Sanitas mixta est cū ægritudine. Vita est mixta cū morte. In præfenti ergo vita sunt mixta: sed in beata vita erunt pura, in inferno autē erūt fetulenta. Deus aurem à gaudio, separabit dolorē, à sapientia obliuionem, à sanitate ægritudinem, à vita mortē: & omnes facces, s. dolorem proiciet in infernum. Sanctis autem remanebunt omnia purissima, s. gaudium sine dolore: sapientia sine obliuione: sanitas sine ægritudine, vita sine morte. Tertio, ipsa mundana sunt vana: habent enim vanitatem ex parte principij: quia ex nihilo sunt creata. Ex parte medij: quia multiplici mutabilitati sunt subiecta. Ex parte finis, quia in nihilum sunt redigenda. Eccl. 3. Cuncta subiacēt vanitati, &c. Hic refertur de vanitate ex parte principij: quia de terra facta sunt: & in terrā pariter reuertūtur. Hic refert de vanitate ex parte finis. Tertia efficacia verbi Dei est: quia per ipsum consequitur homo plenam libertatem. Ideo subdit: *Et veritas liberabit vos*, scilicet à seruitute peccati: quia verba Dei in corde recōdita faciūt vitare peccata. Psal. 118. In corde meo abscondi eloquia tua vt nō peccē tibi. Dixi secundò tangitur Iudæorū maligna murmuratio, dicēs: *Responderunt ei Iudæi*, ista audiētes, & hoc illi qui nondum erāt conuersi, grauitur enim isti tulerunt verba Christi: & maxime pro eo q̄ dixerat, *Et veritas liberabit vos*, putātes Christū de carnali libertate dicere: & q̄ ipsi iā seruiret. Ostēdunt igitur Iudæi se liberos esse: quia habent triplicē libertatem. Primò, libertatē quæ provenit ex carnis propagatione: quia habēt liberum patrem. Vnde dixerunt: *Semen Abrahæ sumus*. Secundò, dicūt se habere libertatē quæ creatur ex animæ virtute, cum dicunt: *Et nemini seruiimus vnquam*, quasi dicerēt: Tantæ sumus magnitudinis & virtutis, quòd nullis nationibus vnquam seruire volumus, nec subiici nisi Deo. Vbi dicit gl. Mētūtur, quia Ioseph seruiuit in Aegypto & patres eorū seruiuerunt Pharaoni in luto quadraginta annis. Et isti seruiuerunt

Cæsari

Cæsari in tributo. Ideo Aug. inuehit contra eos dicēs: Ergo pphetę nō sunt in captiuitatē ducti, s. in Babylonia septuaginta annis. O ingrati quid est quod vultis? vobis affiduē imputat deus q̄ vos de domo seruitutis liberaret, vos quid loquimini? Si nemini seruiuistis, cur soluebatis tributa? Tunc ostendit ergo dñs seruitutē peccati esse in eis dicens: *Amen amen dico vobis, omnis qui facit peccatum seruus est peccati*. Et dicitur notaater omnis siue Iudæus siue gentilis: diues vel pauper, imperator vel mendicus, si facit peccatum seruus est peccati. Et quantò liberior es ad peccatū, tantò magis ligatus es ad seruiendū peccato, vt dicit Greg in Moral. Et de hac seruitute dicitur 2. Petr. 2. A quo quis superatus est, huius & seruus est. Nā seruitus peccati durior est, q̄ quæcunq; seruitus dñi secularis. Vnde Aug. O miserabilis seruitus, seruus hominis aliquādo sui dñi duris imperiis fatigatus fugiendo requiescit. Seruus autē peccati qui fugit, peccatum suum secum trahit: peccatum enim quod facit intus est: fecit enim peccatum vt aliquā corporalem caperet voluptatē: voluptas transit, peccatū non transit, præterit quod delectat, remansit quod pungit. Sicut diabolus licet delectetur in peccato: tamē secū portat infernum. Sic peccator & si delectatur in peccato, tamen poenā eius secum portat. Ideo Hier. 16. Seruietis diis alienis, qui non dabunt vobis requiem die ac nocte. Ergo peccatores non habent libertatem animi, sed sunt serui peccati. Vnde Augus. Peccator est seruus tot dæmoniorū quot vitiorū. Vnde legitur cum Alexander coram philosopho Diogene dixit se esse dominatum mundi, ille ait: Nequaquā es dñs, sed seruorū meorum seruus. Superbia enim ancilla mea est, sed domina tua, carnalis concupiscentia & gula sunt dominæ tuæ, & ancillæ meæ. Ista enim omnia sub pedibus meis teneo, & tamē tibi dominantur, & ideo es seruus ancillarū mearū. Cum ergo famuli Alexandri in eum vellent irruere, ait Alexander: Videte ne quis eū attingat, quia seruus dei est, & veritatē vti que dicit. Tunc subdit q̄ hi qui sunt serui peccati sunt ex hæredandi, dicens: *Seruus non manet in domo domini in æternum*: Filius autem, s. dei naturalis, manet in æternum. quia solus & sine peccato, & sic habet potestatem alios liberandi à peccato, faciēdo eos filios dei per gratiam adoptionis, vt secum maneant in domo libertatis. Et hoc est quod concludit dicens, *Si ergo filius*, qui verē liber est, *vos liberauerit, verē liber*

Quadrag. Thef.

H

veri eritis, non à barbaris, sed à diabolo: nō à corporis captiuitate, sed ab animæ iniquitate. Tunc subdit: *Scio quia filij Abrahæ estis, s. secundum carnem, sed non secundum imitationē.* Nam Abrahā habuit tria opera commendabilia. Primo q̄ ad dei præceptum filiū suum immolare voluit. Iudei autem è contrario filiū dei occidere volebant. De quo subdit: *queritis me interficere, quod Abraham non fecit.* Secundum cōmendabile. nā Abrahā sermoni dei obediuit deo dicente sibi, Gen. 12. Egrede de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui, &c. Sed Iudæi sermoni ipsius nolēbant obedire. Ideo subdit: *Sermo meus non capit in vobis.* Aug. Non capit in cor vestrum, quia non recipitur à corde vestro. Sic enim est sermo dei fidelibus, sicut pisce hamus: tūc capit quando capitur. Tertiū, Abrahā dei veritati credidit, deo dicente sibi Gen. 12. Semini tuo dabo terram hanc. Sed Iudæi veritati quā eis prædicabat Christus nolēbant credere. De quo subdit, *Ego quod vidi apud patrem meum loquor vobis: & vos quæ vidistis apud patrem vestrum faciis: quasi diceret: Hæc nō faceretis si sermonē meū audiretis, & filij Abrahæ essetis secundum imitationem.* Tunc secundum Aug. Iudæi volebāt prouocare Christum vt diceret aliquid contra Abrahā, vt esset eis occasio faciendi quod cogitabant. Ideo sequitur: *Responderūt & dixerunt ei, Pater noster Abrahā est.* Tunc Christus ostendit eos solo nomine & non vita esse filios Abrahæ. Vnde subditur: *Dicit eis Iesus, Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite, nunc autem queritis me interficere, hominē qui veritatem vobis locutus sum quam audistis à patre meo, hoc Abraham non fecit.* Vos opera facitis patris vestri, s. diaboli, quasi dicat secundū Chry. Rebus & factis ostendite vos esse filios Abrahæ & non solo nomine. Sic & vos Christiani nomine & rebus ostendite Christum in vobis. Sed vide excusationem qua se Iudæi excusant: sicut adhuc Christiani se excusant. Vnde dixerūt ei: *Nos ex fornicatione non sumus nati, vnum patrem habemus deum,* quasi dicant, licet aliquando nostra Synagoga à deo recessens fornicata est cum diabolis: non tamen à deo recessimus: nec cum idolis fornicati sumus. Nunquid non pater vnus est omnium nostrum: vt dicitur Malach. 2. sed hoc non fuit verum signum q̄ filij dei erant. Ideo ostendit verum signum filiationis diuinæ dicens: *Si deus pater vester esset, diligeretis me, ego enim ex deo processi: s. per æternam generationem & veni: neque enim à meipso veni, sed ille me misit, quare loque*

*loquelam meam non cognoscitis? quasi dicat, Si diligeretis me, cognosceretis loquelam meam, quia ego loquor verbum patris mei, cum ego sim verbum. Ecclesiast. 2.4. Ex ore altissimi prodij. Sicut autem Iudæi Christum ex inuidia, nec poterant sustinere vt ipsum viderent, iuxta illud Sapient. 2. Grauis est nobis ad videndum eum: quoniam dissimilis est aliis vita illius. Sic ex inuidia non poterant sustinere vt ipsum audirent. Ideo subdit: *Quia non potestis audire sermonem meum: quia est contrarius vobis.* Et subdit rationem: *Vos ex patre diabolo estis.* Quod autem diabolus pater eorum sit, ostendit, quia ipsum imitantur in tribus. Primo: quia diabolus est iniquus in desiderando. sic Iudæi Contra Christum iniquè cogitabant. Ideo subdit: *Et desideria patris vestri vultis facere, scilicet cogitando me interficere.* Hierem. 18. Venite cogitemus contra istum iustum cogitationes. Secundo diabolus crudelis est, in occidendo. Sic Iudæi Christum occidere præponebant. Ideo subdit, *Ille homicida erat ab initio.* vt dicit gloss. Ille non solum est homicida qui ferro, sed etiam qui verbo occidit. Vnde diabolus primos parentes verbis occidit. Psal. 56. Lingua eorum gladius acutus. Ideo dicit, ab initio. Augustinus in libro vndecimo: Homicida fuit ab initio, scilicet inimicus humani generis ex quo homo factus est. Secundum Origen. ab initio, id est statim post creationem, apostatauit, fuit tamen ibi aliqua morula, sed breuissima, vbi seipsum occidit, & post hoc genus humanum. Tertio diabolus est mendax in fallendo sive infamando. Sic & Iudæi Christum suis mēdacijs infamabāt. Vnde subditur, *In veritate non stetit, quia veritas non est in eo.* Cū loquitur mendacium, ex proprijs loquitur: quia mendax est, & pater eius, scilicet mendacij. Sic & Iudæi Christum suis mendacijs infamabant dicentes Ioel. 9. Scimus quia hic homo peccator est, dicentes eum peccatorem in corde. Item dicebant eum seductorem in ore. Matth. 27. recordati sumus, quia seductor ille adhuc viuens, &c. Item dicebant eum transgressorem in opere. Ioan. 9. Non est hic homo à deo, qui sabbatum non custodit. Quia ergo Iudæi sic iniquè contra Christum cogitabant, sic crudeliter deum occidere disponebant, sic mendaciter eum infamabant, ideo ex parte diaboli erant qui ab initio peccauit, hoc est ex quo creatus est, iustitiam recusauit: & in veritate non stetit, id est nunquam cum sanctis angelis creatori subiectus fuit*

sine peccato: sed post creationē per paruam morulam non permanfit. Sic & Iudæi. Ideo sequitur: *Ego autem si veritatem dico, non creditis mihi.* Ecce flebile verbum, diabolo mentienti creditur, Christo verum dicenti, contradicitur.

DE EODEM, ENARRATIO XVII.

Quis facit peccatum seruus est peccati. Ioan. 8.

NOtandum quod in peccato viuere malum est, specialiter propter quatuor mala quæ peccatum faciunt in hominis vita. Primo nanque hominem bonis spiritualibus & temporalibus spoliatur. Secundo malis spiritualibus & corporalibus replet & cruciat. Tertio deum ad iracundiam prouocat. Quarto hominem bonorum societate priuat & spoliatur. Primo peccatum hominem bonis temporalibus & spiritualibus priuat. Bona nostra spiritualia, sunt, virtutes & diuitiæ & gratiarū actio. Isti sunt thesauri bonorum quibus homo spoliatur per peccatū mortale. Hier. 15. Diuitias tuas & thesauros tuos in direptionem dabo gratis in omnibus peccatis tuis. Ecce quomodo peccatum hominē omnibus bonis & virtutibus spoliatur. Vnde Basilius in regula: Remissam facit animā & negligentem erga præcepta, vt neglecta sua non possit ad memoriā prouocare. Sed obliuiscens non se instigat ad poenitentiam, & ita paulatim omnibus bonis spoliatur. Non solum autē peccatū aufert homini bona spiritualia, sed & plerunque temporalia. Ideo dicitur Amos 5. Vineas amantissimas plantabitis, sed non bibetis vinum ex eis, quia cognoui multa scelera vestra & fortia peccata vestra. Ecce qualiter homo per peccatū rebus temporalibus spoliatur. Ideo manifestè sciendū quod res temporales non sunt hominis sicut dicit Ambr. Non sunt hominis bona quæ secum ferre non potest: sed sola elemosyna, vel misericordia comes est defunctorum. Secundo peccatum malis spiritualibus & temporalibus replet & cruciat homines, excæcat enim sensum & intellectum ne videant, inficit affectum & cor cruciat. Propter primum dicitur Sophoniæ primo. Ambulabunt vt cæci quia domino peccauerunt. Eccl. 1. Omnis qui peccat non cognoscit deū. Et Isa. 59. Peccata vestra diuiserunt inter vos & deum vestrum. Greg. in homil. Carnis delectatio mentem, quam inficit obscurat ne videre veri luminis possit claritatē. Sed vnde inferius delectatur, inde mens ad superiora caligine obfuscatur. Eccl. 21. Quasi à facie colubri fuge peccatum. Coluber animal venenosum est: sic pecca

peccatum, quia quod diu homo in peccatis est, Deo dignè seruire non potest. Gre. Bonum meritoriu non agitur: nisi prius malum deseratur. Propter tertiu dicitur in Pl. 37. Cor meū conturbatum est, dereliquit me virtus mea. Et hoc propter peccatū. Sic ergo multiplici malo spirituali replet peccatū: & non solum spiritualiter, sed etiam corporaliter cruciat: vt patet in Antiocho 1. Machab. 6. Ideo dicit dominus de illo infirmo qui triginta & octo annos habuit in infirmitate sua. Io. 5. Ecce, inquit, sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi contingat. Si autem homo à Deo misericorditer à peccato liberatur & sanatur, & ipsum peccatū iterum committit, deū perdit, & quod diu in peccato est, ipsum verum amicū non habet. Gre. Deum apprehendere non valet qui adhuc in delectatione peccati iacet. Tertio peccatū deū ad iracundiā prouocat. Eccles. 5. In peccatores respicit ira Dei. Pl. 67. Apposuerunt adhuc peccare ei, in irā concitauerunt excelsum in iniquo: Et tales qui sine timore peccat deus supramodum odit. Sicut patet in Lucifero & Iuda. Eccl. 12. Altissimus odio habet peccatores. Et merito dñs peccatores odit, quia peccatis magnis eū cruciant, & offendunt in cælis regnantē magis quod Iudæi in terris morantem. Greg. Plus peccat qui contemnit regnantem in cælis, quod qui crucifixerunt ambulatē in terris. Quarto peccatū facit hominem societate bonorum indignū. Propter quod dicitur Tob. 4. Panem tuum & vinū tuū super sepulturā iusti constitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus. Quia dicit Psal. 17. Cum sancto sanctus eris, &c. Et Greg. in homil. Moribus prauis semper grauis est vita bonorum. Item nota quod peccatum non solum nocet homini in vita, sed etiam in morte. In morte nanque occurrunt homini quatuor mala. Sæpe enim supplatur & ignominiosè moritur, à diabolo capitur, & tunc cruciandus ad gehennales flammās deducitur. Sed quod grauissimum est, à grata dei visione in perpetuū separatur, ita quod nec de suis rebus possit disponere, nec peccata sua confiteri. Et ideo dicitur Prou. 13. Iustitia custodit innocentis viam, impietas autem peccatorem supplantat, & ignominiosè moritur. Hier. 3. Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra, quoniam dopec. Gre. Hac animaduersione concutitur peccator vt moriens obliuiscatur sui, qui dum viueret oblitus est Dei. Hoc ad literam plurib. accidit peccatoribus qui ad tantā igno-

miniã & confusioñe in morte deueniunt, q̄ etiã eorũ corpora priuantur ecclesiastica sepultura. Sicut legitur de vsurio quẽ plebs sepelire noluit, & posuit eũ super asinum qui gramina semper solebat portare, tũc asinus eũ deberet ire cum cadauere super cimiteriũ, iuit subter patibulũ. Vnde legitur 3. Reg. 16. de Baasa, de quo dixit dñs. Pro eo, q̄ peccare fecisti populũ vt me irritares in peccatis eius, ecce ego demetã posteriora Baasa, &c. Et sequitur, Qui mortuus fuerit de Baasa in ciuitate comedet eũ canes, & qui mortuus fuerit ex eo in regione comedent eũ volucres cœli. Ber. Nõ est dignus in morte accipere solatiũ, qui se nõ cognouit morturũ. Secũdo peccator in morte à diabolo capitur. Hinc est quod dicitur de peccatore, Ps. 108. Diabolus ster à dextris eius. Et illud Hest. 14. Peccaui in conspectu tuo, & idcirco traditi sumus in manus inimicorũ nostrorũ. Tũc certe in morte traduntur in retinaculũ peccatores, & tam grauius cadunt vt etiã à diabolo absorbeantur. Aug. Quẽ diabolus nõ potest deuorare, seductũ hunc ad seducendũ absorbet per nequitia. Et famam ipsius inquinare conatur, vt si fieri posset opprobriis, & malarũ linguarum detractioe deficiat, & sic in eius fauces ruat. Si autem nec famam innocentis maculare poterit, hoc ei persuadere tentat, vt per maleuolas suspiciones de fratre suo iudicet, & sic ab illo implicetur & absorbeatur. Et ideo dicit S. Petrus in canonibus suis, 1. Petr. 5. Circuit quærens quem deuoret, &c.

Tertio peccator cruciandus ad tenebras & flãmas gehennales deducitur. Eccl. 21. Via peccatorũ complantata est lapidibus, & in finẽ eorum inferi & tenebræ & pœnæ. Ibidem: Stupa collecta synagoga peccantium cõsummatio eorũ flãma ignis. Ps. 105. Flãma cõbussit peccatores. Et alibi, Ps. 33. Mors peccatorum pessima. Mala quidem in amissione temporis: peior in separatione carnis, pessima in afflictione ignis, quia duplici contritione cõteret eos dñs. Quarto peccator à grata dei visibõ in perpetuũ separabitur, & hoc vnũ ipsam gehennã superat. Vnde Chry. super illud Psalmi: Sicut fluit cera à facie ignis: sic pereunt peccatores à facie dei. Tollenur mali, & implebitur in eis illud Isa. 39. Iniquitates vestrę diuiserunt inter vos & deũ, &c. Et ideo ibidem dicitur, Væ genti peccatrici. Et dicent tunc dånari, Væ nobis quia peccaui. De istis peccatoribus & de carentia diuinæ visionis dicit Augustin. Mallent reprobi omne tormentum

tũ sustinere, quàm faciẽ iudicis tunc videre: nec sciẽt quod hic scire noluerunt: in vita semper moriuntur & in morte semper viuui habentur, & Deũ amplius nõquam sunt visuri.

FERIA SEXTA, ENARRATIO XVIII.

Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat, &c. Ioan. 5.

Vbi filius excedit erga patrem in aliquo delicto: & videt quod pater vult eum corripere, tunc occurrit patri & petit vt hoc sibi indulgeat. Spiritualiter etiam sic est. Vnde nos sumus filij patris, scilicet omnipotentis: & excessimus in multo, & audiuimus vindictam patris erga nos. Ne ergo se vindicet in nobis, tũc debemus ei occurrere & supplicare vt non faciat vindictam, & sibi proponere bonam voluntatem non excedendi ulterius. Et hoc facit ecclesia in introitu, dicens, De necessitatibus meis eripe me: & vide humilitatem meam: & dimitte omnia peccata mea, &c. Et in collecta: Adesto domine propitius plebi tuæ, & quam tibi facis esse benignẽ refoue miseratus auxilio. Similiter in epistola Ezech. 18. Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Si iustus auerterit se à iustitia sua & fecerit iniquitatem, omnes iustitię eius quas fecerat non recordabuntur. Si autem iniustus egerit pœnitentiã, iniquitatũ eius nõ recordabor. Sic pater excessum filij si velit emendare dimittit. Ecce cõcordia epistolæ cum euangelio. Et sic dimisit peccata istius infirmi in euangelio iniungens ei ne amplius peccaret, dicens: *Ecce sanus factus es, iam noli peccare, &c.* Infirmus curatus à graui infirmitate indiget bono regimine ne recidiuet. & illud à medico supplicat sibi dari. Spiritualiter. Per infirmũ intelligitur peccator constitutus in mortali, qui indiget bono regimine vitæ suæ ne recidiuet. Eccl. 34. Qui baptizatur à mortuo & iterum tãgit, quid prodest lauatio illius? quasi diceret, nihil, vt dicit Pius papa, & habetur de consec. dist. 5. c. nihil prodest ieiunare, orare, vel alia pietatis opera facere, nisi mens ab iniquitate cohibeatur & lingua à detractioe. Idcirco ecclesia petit medicum pro regimine cum dicit in introitu: De necessitatibus meis, &c. & in collecta. Vide infra, quia graue est recidinare: vt patet in epistola, scilicet: Si auerterit se iustus à iustitia sua, &c. Idcirco dicitur: *Ecce sanus factus es, &c.* In summa euangelij tria inuenerunt. Primo infirmitatis miraculosa curatio. Secundo curatio nis inuidiosa calumniatio, ibi: *Erat autem sabbatum.* Ter-

tio amicabile & amorosa admonitio, ibi, *Ecce sanus factus es, &c.* Vel sic diuidatur euangelium, scilicet quod in summa euangelii, tria innuuntur. Primo cuiusdā miraculi prelocutio: ibi: *Erat dies festus.* Secūdo cuiusdā infirmi sanatio adeptio, ibi: *nō habeo hominē.* Tertio eiusdē infirmi sanatio, ibi, *surrexit & tulit leliō suū, &c.* De primo dicit: *In illo tempore erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus in Hierosolimam.* Nota, quōd Iesus ascendit propter duo. Primo ne videretur legi contrarius, quia habetur Exod. 23. Quōd omne masculinum ter in anno deberet se præsentare in templum in Hierusalem, scilicet in Pascha, Pentecoste, & Scenopegio, quam legem Christus noluit soluere. Matth. 5. Non veni soluere legē, sed adimplere. Sed ter singulis annis venit in Hierusalem. Et festum illud de quo fit mentio hīc fuit Pentecoste secundum Chryf. Secundo vt multitudinem populi illuc currentis ad diem festum per signa & doctrinas ad eum traheret, secundum illud Psal. 108. In medio multorū laudabo eum. Et Psal. 39. Annuntiaui iustitiam tuam in ecclesia magna. Ad idem Io. 18. Ego palam locurus sum mundo. Sequitur: *Erat autem Hierosolymis probatica piscina cognominata Hebraicē Bethsaida, quinque porticus habens.* Sciendū probatica dicitur à probaton Græcē, quod est ouis Latinē, quia oues quę deo immolabātur ibidem lauabātur, dicebatur Hebraicē Bethsaida, i. domus ouiu. Et dicebatur piscina per contrariū, quia piscibus carebat, & erat prope templum ex aquis pluuialibus collecta. Dicitur etiam quinque porticus habuisse, s. per circuitum, s. vt multi sacerdotes absq; impedimento commodē starent ad lauandū cadauera. *In his iacebat multitudo magna languentium, caecorum, claudorū, aridorum expectantium aque motum: s. qui fiebat per angelum.* Ideo subdit: *Angelus autem domini secundū tempus descendebat in piscinam, & mouebatur aqua, & qui prior descendebat in piscinam post motionem aquę sanus fiebat à quacunq; tenebatur infirmitate.* Nota piscina illa à tribus habebat virtutem illam. Primo ab hostiis sacratis quę ibi lauabuntur, postea sacrificabantur. Secūdo à motu angeli descēdentis. Tertio à ligno crucis. Dicitur enim in historia scholastica quod regina Saba vidit in domo Salomonis quoddā lignum: de quo dixit Salomoni quod in illo ligno suspendendus erat per cuius mortem regnum Iudæorū deleri debebat. ideo Salomō volens seruare durabilitatē regni lignū illud in profundis visceribus terrę abscondi fecit, vbi postea in superficie terrę probati

probatica piscina facta est. Tempore verò passionis Christi prædictum lignum supernatauit. Et ideo Iudæi illud receperunt, & crucem domini ex eo parauerunt. Dixi secūdo tangitur cuiusdā ægri sanitatis adeptio, dicens: *Erat autē ibi homo triginta & octo annos habens in infirmitate sua.* Chry. dicit quod ab annis puerilibus fuit paralyticus. Ecce longa infirmitas, in quo patet quōd naturaliter curari non poterat. *Hunc cum vidisset Iesus iacentem & cognouisset, quia iam multum tempus haberet in infirmitate sua, dixit ei: Vis sanari? non quæsiuit quasi ignorans, nam satis constare poterat quod sanus fieri voluit: sed quæsiuit vt excitaret infirmum ac eiusdem infirmi desiderium: Respondit autē ei languidus: Domine hominem nō habeo vt cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam, dum venio enim ego, alius ante me descendit.* Sciendum duo in responsione sua implicat, quæ causæ fuerunt suæ diuturnę infirmitatis. Primo paupertas, quia hominem non habeo, secundum Chryf. Quia opinabatur sibi Christum vtilem fore ad mittēdum eum in aquam. Secundo debilitatem, quia dum venio ego, &c. Quasi diceret: Tā debilis sum, festinanter ire nō possum, semper enim ab alio præuenior. Sic poterat dicere illud Iob 6. Ecce non est auxilium mihi in me. Per hoc signatur quod non erat aliquis homo purus qui humanum genus posset saluare nisi Christus. Ideo dicit ei Iesus: *Surge tolle grabatum tuū & ambula.* Duo præcepit, s. surgere & ambulare: vt ostendat perfectam sanitatem homini restitutam. In omnibus enim miraculis secundum optimum illius naturę dominus perfectū opus fecit, sicut de aqua perfectum fecit vinum. Deut. 32. Dei perfecta sunt opera. Dixi tertio tangitur eiusdem infirmi sanatio, ibi: *Et statim sanatus est homo: & subtulit grabatum suum & ambulabat.* Iussit enim dominus vt grabatum secum ferret, quia pauper erat ne alius eo absente ipsum auferret & eo carere compelleretur, quia in necessitate pauperi forte licet, & maxime ex licentia prælatorum suorum quod diuiti nequaquam liceret. Quia necessitas frangit legem vt prouerbialiter dicitur. Tunc subdit: *Erat autem sabbatum in die illo.* Dicebant ergo Iudæi illi qui sanatus fuerat: *Sabbathū est, non licet tibi tollere grabatum tuum.* Vnde quia Christus illud miraculum sabbatho fecit calumniabantur eum tunc Iudæi, quasi malē fecerit sabbatum violando. Ex hoc iste sanatus assumpsit occasionem in signum gratitudinis suum medicum honorando, & se à violatione sabbathi excusando. Vel in-

telligitur aliter quod hæc calumnia infertur contra istum de hoc quod sabbatho grabatum portat & non de curatione. Vnde dicunt: *Sabbathū est, non licet tibi tollere grabatum tuum.* Cuius ratio est, quia Iudæi frequenter de curatione Christo in die sabbathi calumniā inferentes confundendi erant à Christo: per hoc quod etiam ipsi iumenta de puteo in die sabbathi eruebant & sanabant: vt habetur Luc. 14. Et ideo de curatione tanquā de re vtili & necessaria tacent, de portatione vero lecti quæ non necessaria, calumniari videbantur, quasi dicerent: Sanitas non erat differenda, quia erat quoddā necessarium: nunquid & opus fuerat imperandum? Chryl. Hoc opus fuit necessitas quo ad curatiōem & etiam lectuli portationem. Et opus necessitatis semper licuit facere in sabbatho: vt oues & asini qui ceciderāt in fossata, extrahebantur. Quod autē ille fuit obrutus lapidibus. Ex eodem, qui colligebat ligna secundū Alb. quia quæsiuit lucrū, & hoc fuit opus seruile: quia auaritiā cōmisit. Secunda ratio est: quia licet in lege vniversaliter prohibitum esset Iudæis, ne aliquid in die sabbathi operarentur: specialiter tamen portatio onerū in die sabbathi prohibita fuit. Hier. 17. Ne portetis onera in die sabbathi. Et ideo specialiter calumniati sunt portationē lecti, quia dicto prophetæ contrariare tur. Sed tamen hoc mandatum prophetæ mysticum est: nam per onera non portanda intendebat eos inducere, vt in die sabbathi requiescerent ab oneribus peccatorū. De quibus Pl. 37. Iniquitates meæ, sicut onus graue, &c. Vnde quia iam erat tempus soluendi figuras occultas, mandauit Christus isti grabatū tollere, i. proximū in infirmitatibus sustentare: secundum illud ad Gal. 6. Alter alterius onera portate. *Respondit ei: Qui me sanum fecit ille mihi dicit, tolle grabatū tuum & ambula.* Ecce quomodo se excusauit, & medicū honorauit cōfitendo ipsum verū Deū, quasi dicat: Vos dicitis prohibitū esse, vt onus portetur in sabbatho: & hoc autoritate diuina. Sed mihi eadem autoritate est impositū, vt rollam grabatū. Nam ille qui me saluum fecit: ille per restitutam sanitatem diuinam virtutem se habere ostendit, in eo quod mihi dixit: *Tolle grabatū tuū, &c.* Et ideo mandatis eius meritō tenentor obedire. Psal. 118. In æternum non obliuiscar iustificationes tuas. *Interrogauerunt ergo eum: quis est qui dixit tibi: Tolle grabatū tuum & ambula?* Quia sanatum hominem calumniati non poterant, Christum curatorem calumniari nitentur.

Ideo

Ideo non bona intētionē, sed maligno animo, vt Christum perderēt & persequerētur quærūt quis sit. Ioan. 8. *Querētis me & nō inuenietis, & in peccatis vestris moriemini. Is autē qui sanus factus fuerat nesciebat quis esset.* s. genere & patria: licet sciret in persona & præsentia, quia diu lāguidus iacuerat, & facta Christi, & eius famā ignorabat. Et etiā iædo, quia subditur: *Iesus autē declinavit à turba cōstituta in loco.* Sed diceret, quare hoc? Dicendum primo vt daret nobis exēplum bona opera occultāda, & non quærendum in eis fauorē hominū. Matr. 6. *Attēdite ne iusticiā vestrā faciatis corā hominibus vt videamini ab eis.* Secundo, vt declinemus à turba: quia Christus ibi non inuenitur. Eccl. 18. Ne oblecteris in turbis, &c. Nam Maria in turba perdidit Iesum. Luc. 2. Ideo subditur: *Postea inuenit eum Iesus in tēplo, &c.* Ecce signū gratitudinis, quod ille post sanationē fuit in loco Dei inuentus. Cui dixit: *Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi contingat.* Manifeste patet quod propter peccatū suum languebat. Est ergo sensus secundum Bed. Iterum non pecces ne maiore damnationē peccati tui incurras: quia qui pro peccato punitur, & ex pœna à peccato non retrahitur, iustum est vt grauius puniatur. Iere. 2. Frustra percussi filios tuos & disciplinā non receperūt. *Tūc abijit ille homo, & numitauit Iudæis: quia Iesus esset qui fecit eum sanum.* Et hoc fecit bono zelo cōmendans iterū medicum suum, & manifestans eius virtutem, quasi dicat: *Venite mecum & laudate eum pro tanto beneficio mihi præstito.* Psal. 45. Venite & videte opera domini. Moraliter piscina, id est gens Iudaica fuit munita, ne sine modo desuere ad peccata quinque portibus, i. quinque libris Moyli. In his iacebat multitudo languentiū. Ad Heb. 7. Nihil enim ad perfectū adducit lex. Ro. 3. Ex operibus legis non iustificatur omnis caro, id est legem carnaliter intelligens nisi Christum futurū & passurū protestās. Ratio, quia litera sine spiritu occidit. Sed diceret, quare lex data est? Respond. Aug. Ad ostendendum quantis vinculis peccatorū quisque constringitur. Nam dicitur Ro. 3. Per legē cognitio peccati. Ibid. 7. Peccatum non cognoui nisi per legem. Nam cōcupiscentiam nesciebā, nisi lex diceret: Non cōcupisces. Gal. 3. Lex propter transgressionē posita est donec veniret semen cui promiserat. Si enim data esset lex quæ posset viuificare: tunc ex lege esset iustitia. Contra quod dicitur Rom. 3. Iustitia Dei per fidem Iesu Christi. Ergo quinque lib. Moyli portis

porticus sunt, quasi custodia portæ: quia Iudæi adhuc stant ante portā, nec vnquā intrabunt nisi per hostiū, i. Christum. Io. 10. Ego sum hostiū, per me si quis introierit saluabitur. In his quinque porticibus iacebat magna multitudo lægentium, cæcorum, claudorum, aridorum. Nā Iudæi vt plurimū omnes tempore Christi fuerūt excæcati, quia verum lumen quod illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum non cognouerunt. Ioannis primo: Lux venit in mundū, & dilexerunt homines magis tenebras quā lucē. Vnde Isa. 53. c. in persona eorū dicit: Omnes nos quasi oves errauimus, vnusquisq; in viam suam declinauit. Item claudi omnes affectu, & effectu 3. Reg. 18. Vsq; uequo claudicatis in duas partes? si dominus est Deus, sequimini illum. Si autem Baal, sequimini illum, i. auaritiā. O quot hodie sunt claudi qui volunt Deo seruire & Mammonæ. Matt. 6. Non potestis Deo seruire & Mammonæ. Omnes adhuc sunt aridi. Ariditas enim causatur ex defectu humoris radicalis, & sanguinis naturalis & caloris innaturalis, Iudæi caruerunt & carēt certa & sancta fide catholica, quæ est initium & radix vitæ spiritualis, sicut humor radicalis est radix vitæ naturalis. Carent naturali sanguine agni incōtaminati, quia anima, i. vita omnis carnis in sanguine est. Leu. 17. Heb. 9. Sine sanguinis effusione nō fit remissio peccatorū. Hūc sanguinem effuderunt innocentes, quem Iudæi super seipsos perierunt sententialiter. Matt. 27. Sanguis eius super nos, &c. Itē abundant calore innaturali, qui causatur ex sanguine immūdo, i. ardore diaboli. Num. 11. Anima nostra arida est, &c. Sed expectant aquā mori. Aqua secundum Aug. est populus Iudaicus. Aqua enim siccat ex vento & calore, & sic ipsi ex superbia & auaritia. Aqua cuiuslibet rei imaginem præbet, & sola imagine caret. Et sic Iudæi omnium mysteriorū imaginem in suis libris legerunt, & vera imagine Christi carēt. Ipsi ostenderunt eum in Bethleem nasciturū. Matt. 2. Et natum minimē cognouerunt. vt patet in figurā Gen. 27. Isaac filium non vidit, scilicet Iacob: cui tamen multa in posterum præuidit. Aug. Motus aquæ. i. populi siebat per angelum, id est, per Christum. O quoties mouebat populum Iudaicum per verba & signa, sed ipsi vsq; ad finem seculi iacebūt. Aliquos mouit ex eorum malitia ad irā. Chryf. Omnis malitia confunditur, cum per rationem veritatis corrigitur. Hoc est in illis qui peccant ex malo proposito, & sic Iudæi

dæi feruebāt vt mare. Isa. 57. Cor impij quasi mare feruens, quod quiescere nō potest. Isa. 9. Succesa est quasi ignis impicta. Chry. Super Matt. Sicut ignis quāto magis ligna suscipit, tāto magis erigitur. Sic animus malus quanto magis veritate audierit, amplius in malitiā excitatur, quod probauerunt Iudæi Christo dicēte Io. 8. Samaritanus es & demoniū habes, & voluerunt lapidare eū. Itē sanabatur vnus, ad designādum q̄ in vna fide omnes saluari debēt. Aug. lib. de patientia: Antiqui iusti erant credentes futurū, quod nos credimus factū. Item in hoc q̄ sanabatur vnus cōmendauit vnitatem. Si quis præter vnitatē fuerit, sanari non poterit. Eph. 4. Vnus dominus, vna fides, vnū baptisma, vnus Deus & pater omnium, qui est super omnes & super omnia & in omnibus. Ergo qui vnū Deum non habet, nullum habet, & vitam nō habet. Et habetur 2. 4. q. 1. Vbi sana: vbi dicit Aug. Vbi sana fides nō est, nō potest esse iustitia: quia iustus ex fide viuit. Aug. in lib. de vera innoc. Ois infidelij vita peccatū est, & nihil est bonū sine summo bono. Ad Heb. 11. Impossibile est sine fide placere Deo. Et eorū infirmitas figuratur in isto homine sanato, qui triginta octo annis, &c. Duo deficiunt à numero quadragenario, qui numerus signat perfectionem. Et sic Iudæi deficiunt in duplici perfectione, s. Dei & proximi. Ideo semper infirmū sanantē exprobrant, sanato insultāt cur portat grabatum. Et sic Iudæi quā diu viuunt Christū & suos maledicūt. Psal. 7. In verticem ipsorū iniquitas eorū descendet. Qui vsq; in finē seculi, peregrinantur in terra aliena cum Abraham. Gen. 12. Caligant oculi eorū ne futura videant, cum Isaac Gen. 27. Claudicant semper tramite recto: cū Iacob Gene. 32. Velamē in facie cū Moyse portāt, donec velut fures & latrones cū Iuda suspēdio tradūtur. Item q̄ antiqui nostra fide sunt saluati patet 1. Cor. 10. Mysticus sensus. Probatica piscina est pœnitētia. Nā sicut in illa lauabātur oves, quæ erāt domino immolādæ: sic qui pœnitētia nō fuerit lotus, non erit Deo dignus offerri. Quinque porticus sunt, quinque cōsiderationes ad pœnitentiā disponentes. Prima est consideratio mortis repentinz aduenientis, quæ debitā pœnitentiā surripit. De quo Aug. de pœn. d. 7. Si quis positus in vltima necessitate suæ ægritudinis voluerit pœnitentiā accipere & accipit, & mox reconciliatur, & hinc vadit, fateor vobis & non illi negamus quod petit: sed non præsumimus quōd bene

bene hinc exit, securus hinc exierit nescio, pœnitentiã dare possumus: securitatẽ autem dare nõ possumus. Vis quod incertũ est euadere? age pœnitentiã dum sanus es: si sic agis, dico tibi, quod securus es: quia eo tẽpore pœnitentiã egisti quo peccare potuisti. Si autem vis agere pœnitentiã, quando peccare non potes, tunc te peccata dimiserunt: tu non illa. Idcirco Eccl. 9. Nescit homo finem suum, sed sicut aues laqueo comprehenduntur, & pisces capiuntur hamo, &c. 1. Thes. 5. Cũ dixerint pax & securitas, tunc repẽtũ eis superueniet interitus. Eccl. 14. Memento quia mors non tardat. Secunda est consideratio districti examinis. Heb. 10. Horrendum est incidere in manus Dei viuẽtis. Eccles. 18. Ante iudiciũ para iustitiã. Apoc. 10. Post hoc tẽpus non erit tempus, s. pœnitendi. Eccle. 2. Si pœnitentiã non egerimus incidemus in manus domini. Job 10. Dimitte me vt plangã paululum dolorẽ meum antequã vadam & non reuertar ad terram tenebrosã. Job 31. Quid faciã cũ surrexerit dominus ad iudicandum, &c. Ezech. 7. Finis venit. Apoc. 6. Incipient dicere petris & montibus, &c. Itẽ sicut aqua piscinẽ fuit collecta ex aquis pluuiãlibus: sic pœnitentiã ex effusione lachrymarũ pro amissione supernorũ. Zach. 10. Petite à domino pluuiã in tẽpore serotino, & dominus faciet pluuias & niues in tẽpore nubis, pluuiã, i. lachrymas pro peccato. Hier. 5. Metuamus dominũ qui nobis dat pluuiã temporaneã & serotinã, i. compunctionem pro malis cõmissis & bonis dimissis. Hęc pluuiã descẽdet in valles, i. humiles. 2. Reg. 1. Montes Gelboe, nec ros, nec pluuiã descendet super vos, &c. Tertia est cõsideratio æternæ damnationis, vbi non est locus pœnitentię sed pœnæ: non agendi sed patiẽdi. Eccl. 9. Quodcunq; potest manus tua operari instanter, fac. Psal. Conuertetur populus meus. hic, &c. Ioã. 12. Ambulate dum lucẽ habetis: vt nõ vos tenebræ cõprehendant. Quarta est consideratio periculi & criminis: quia sicut non est differẽda medicina ne morbus inualeat: ita nec pœnitentiã, ne culpa per diuturnitatẽ crescat. Greg. Peccatũ quod non cito per pœnitentiã deletur suo pondere ad aliud trahit. Eccl. 5. Ne tardes cõuerti ad dominum, & ne differas de die in diẽ. Ber. Qui hodie non aptus est, cras minus aptus erit. Quinta est consideratio cõmodi & vtilitatis, sicut infirmus propter recuperandã sanitatem subiicit se cõsilio medici: Multo fortius peccator propter recuperandã sanitatem

animã,

animã, debet se subiicere cõsilio sacerdotis. Eccl. 38. Fili in tua infirmitate nõ despicias teipsum, sed ora dominum, & ipse curabit te. Seneca: Seipsum interimit, qui pœceptis medici non obedit. Aug. Pone te omnino in iudicio sacerdotis & potestate nihil reseruans tibi: vt omnia iubente eo paratus sis facere pro recipienda vita animã, quã faceres pro euitãda corporis morte. In his autem porticibus iacebat multitudo languẽtium: quorum quidam cæci qui peccauerunt ex ignorantia: & in filiũ, vt Paulus. Quidam claudi qui peccauerunt ex impotentia, & in patrem, vt Petrus. Quidam aridi qui peccant ex malitia, & qui sicci sunt ab humore gratiæ, & hi peccant in spiritum sanctum.

DE EODEM, ENARRAT. XIX.

Ecce sanus factus es, iam noli peccare. Ioan. 5.

Boni & misericordis medici propriũ est vt ad insanos & infirmos magnã habeat diligentiam & quandoque per ministros suos, quandoq; per ipsum visitet eos medicinã curatiã eis porrigẽdo, quinetiam si aliquem inter infirmos scit maiori ægritudine laborare, ad hunc maius gerit studium, ipsum frequenter per semetipsum visitãdo. Quod vt facere valeat, exigitur vt loca infirmorũ, vbi scilicet iaceant, & qualitatem ægritudinum ipsorum infirmorũ sciat. Ad sanatũ autem ægrotũ requiritur rationabiliter quod suo medico obediat, & de sanitate recepta non sit ingratus: ipsiũq; medici honorẽ quærat quantum in se est, & defendat: vitet quoq; deinceps omnia quã infirmitatẽ rursus introducere possent quouis modo. Sic reuera saluator noster Iesus Christus qui verus est corporũ & animarum medicus iuxta illud quod petit Ier. 17. c. Sana me domine & sanabor, videns multitudinem infirmorũ iacẽtium ad piscinã, inter quos erat principalis, qui triginta octo annos habuit in infirmitate sua. Ideo ad eos misit frequẽter ministrũ suũ, id est angelum qui eis per motionẽ aquæ sanitatem contulit. Ad eũ verò qui maiori ac grauiori grauedine premebatur per seipsum accessit & eũ sanauit. Ea quoq; quã de cætero vitare debuit intimaui, dicẽs: *Ecce sanus factus es, &c.* Pro quo sciendũ mysticẽ, per hunc infirmũ intelligitur quilibet peccator in mortali peccato constitutus: qui aliquãdo nõ tantũ habet triginta octo annos, sed, hen, plures. Nam peccatum mortale cõparatur infirmitati. Primò, quia infirmitas doloribus vexat, & sic peccatum mortale. Isaia 57. Non est

pax

pax impiis. Psal. 37. Non est pax ossibus meis à facie peccatorū meorū. Iterū Psal. 106. Anima eorū in malis tabescebat: quia semper habet remorsum consciētia. Vnde Isid. Nulla peccata grauior mala cōscientia, omnia potest homo fugere præter cor suū, quocunq; vadit consciētia sua eū nō derelinquit. Quid prodest si omnes excusant, sola cōsciētia accusat: quā diceret, nihil. Sene. Nūquā nascitur lætitia nisi ex pura consciētia. Prou. 15. Secura mens quasi iuge conuinium. Richar. Nihil iucūdius bona cōscientia. Nam homo securus cū corpus moritur, tunc anima Deo præsentabitur, cū ante faciē iudicis statuatur. Secūdo, peccatū mortale cōparatur infirmitati: quia infirmitas iudiciū sensuum permutat, videlicet iudiciū gustus, odoratus: & sic de aliis: & sic peccatum iudicium mentis. Isa. 5. Vae vobis qui dicitis amarum dulce, & dulce amarū. Et sicut Cato dicit: Ira impedit animum: sic & luxuria. Psal. 106. Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius, &c. Gulosus enim & accidiosus nō sapit diuina. Psal. 106. Omnem escā abominata est anima eorū. Tertio, cōparatur peccatū mortale infirmitati, quia hominem debilitat quod non potest operari: & sic peccatū mortale. Psal. 37. Dereliquit me virtus mea. Greg. Qui extra charitatem est, omne bonum amittit. Vnde Eccle. 9. Qui offendit in vno multa bona perdet, vt patet in Saul. Quarto, peccatum mortale cōparatur infirmitati: quia infirmitas deturpat totum hominē, & pallefacit eum: sic & peccatū mortale reddit animā pallidā & rugosam. Thre. 1. Egressus est à filia Sion omnis decor eius. Item ibidē Thre. 4. Quomodo obscuratū est aurū, mutatus est color optimus, vt Deus possit dicere Mat. 22. Cuius est hæc imago? Thre. 4. Denigrata est super carbones facies eorū, & non sunt cogniti in plateis. Mat. 25. Nescio vos, &c. Quinto, infirmus cōturbarur timore mortis. Psal. 53. Cor meū conturbatū est in me: & formido mortis cecidit super me. Nā omnis reus timet mortē, & sic peccator. Gen. 2. In quacunq; hora comederitis, morte moriemini. Vnde Iac. 1. Peccatum cū consummatū fuerit generat mortē. Ergo bene cōparatur peccatum mortale infirmitati. Si igitur vis à tali spiritali infirmitate sanari: tunc debes ingredi piscinā, i. pœnitentiā in qua lauantur omnia peccata. Zach. 13. Erit fons patens domui Dauid, & habitātib; in Hierusalem in ablutionem peccatorum. Iste fons pœnitentiæ olim erat occultus: quia nullus tantā pœnitentiā

iam facere poterat q̄ regnū cœlestē acquireret: sed modo omnibus est patens. Ideo dicitur: Erit fons patens. In isto etiam fonte, s. pœnitentiæ sanantur omnes infirmi. Mat. 11. Venite ad me oēs qui laboratis & onerati estis, s. peccatis, & ego reficiā vos, s. per misericordiā & gratiā. Sed illa sanatio in piscina corporali causabatur ex præsentia ligni sanctæ crucis, vt dicitur in scholastica historia. Sic sanatio spiritalis in piscina pœnitentiæ fit ex memoria dominicæ passionis. Talis enim meditatio est virtuosa: quia sanat omnes infirmitates prædictas, s. languidos, cacos, claudos, aridos, & inueteratos. Sanat enim omnē desidīā. Et istud designatur per hoc q̄ in passione Christi terra mota est, quia meditatio passionis Christi desidiosos mouet, s. ad sollicitudinē & feruorē. Quod signatū est 1. Mach. 6. q̄ elephantib; ostenderunt sanguinē vuae ad acuendos eos in præliū. Christus enim fuit vua in torculari crucis expressa, vnde multū sanguinis emanauit. Huius igitur sanguinis meditatio debet nos acuerē, vt simus feruentes ad præliandum contra dæmones & peccata. Secundo passio Christi sanat cacos, i. peccata facta per ignorantīā: hoc signatum est in Longino, qui cū clare non videret, gutta sanguinis Christi in eius oculum cecidit, & statim clarē vidit. Etenim sanguis Christi est collyriū, quod sanat omnē cæcitatem oculorū. Apoc. 3. Collyrio unge oculos tuos vt videas. Tertio passio Christi sanat peccata facta per infirmitatem humanā, sicut patet in Petro: qui ex humano timore Christū in sua passione negauit: sed tamē cum Christum respexit & sanauit. Quarto sanat peccata quæ sunt per malitiam facta: sicut pater in throno à dextris qui multa peccata cōmisit, & tamen Christus sibi pepercit, & regnū cœlestē sibi dedit. Quinto sanat peccata quæ sunt per consuetudinē facta: in quibus homines mortui erant. Hoc signatū est quando in passione eius multa corpora mortua & iā putrida surrexerunt. Per motū aquæ qui fiebat per angelū designatur motus animæ: quia ipsa anima ministerio angeli quantū ad omnes suas potentias, s. memoriā, intelligētiā & voluntatē debet in pœnitentia moueri ad recogitandum & dolendum de omnibus suis peccatis. Isa. 38. cap. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. De isto motu dicit Psalm. 47. Ipsi videntes, s. peccata sua, sic admirati sunt, s. de Dei patientia: conturbati sunt, s. per contritiōnē magnam. Moti sunt

ad se accusandum per confessionē veram: tremor apprehendit eos, s. propter pœnā æternā cui obligati erāt. Intelligentia debet moueri sapienter & discretē ad confitendū & cognoscendū, & intelligēdum suorū circumstantias peccatorū. De isto motu potest intelligi quod dicitur in Ps. 106. Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius. Sicut enim ebrius illud quod bibit cum delectatione, illud postea eiicit cū dolore: sic & pœnitētes peccata quæ fecerūt cū omni delectatione, debent euomere per confessionē & dolorē & ruborē. Prou. 30. Verba congregantis filij vomētis, &c. Peccata enim quę peccator congregauit malē operando debet euomere cōfitendo. Et sicut ebrius nullū tenet secretū: sic nec peccator sacerdotibus aliquod celare debet peccatū. Voluntas debet moueri ad satisfaciēdū. De isto motu debet intelligi illud quod dicitur in Ps. 95. Cōmoueat̄ a facie eius omnis terra. Terra est caro nostra, quæ vniuersaliter moueri debet ad satisfaciēdū, & aqua in satisfaciōnē est assumenda: iuxta illud ad Ro. 6. Sicut exhibuistis mēbra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatē, &c. ita nūc exhibete mēbra vestra seruire iustitiæ in sanctificationē, i. satisfaciōnē. Ideo dicit vniuersa terra, quia omnia quę sunt in nostro corpore debent satisfacere pro peccatis, s. oculi lachrymando, aures verba Dei libenter audiendo, os Deū laudādo & orando, manus elemosynas largiendo, pedes ad ecclesiam properando. Itē hæc piscina habet quinque porticus. Prima est cognitio peccati vt displiceat. Ps. 50. Quoniā iniquitatē meam ego cognosco: & peccatū meum contra me est semper, id est displicet. Augustin. Si homo cognoscit, scilicet per displicentiam, Deus ignoscit. Vnde versus:

Dupliciter peccat qui se de crimine iactat. Et qui non vult cognoscere, sicut Cain noluit cognoscere peccatū cū dominus ait ad eū: Vbi est Abel frater tuus? &c. quid fecisti? &c. Ergo eiectus. Similiter Saul cū Samuel eū redarguit. Secunda porticus est dolor. Psal. 37. Dolor meus in conspectu meo semper. Et sic Eze. vt patet Isa. 38. Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine animæ meæ. Et sic Maria Magdalena non solum cognouit, sed fleuit. Luc. 7. Tertia porticus est integra confessio. Iac. 5. Confitemini alterutrū peccata vestra. Et Lu. 17. Ite, & ostēdite vos sacerdotibus. Thre. 2. Effunde sicut aquā cor tuū. Quarta porticus est satisfactio. Lu. 3. Facite dignos fructus pœnitentiæ. Non dicit flores.

res. Sap. 11. Per quæ quis peccat, per hæc & punietur. Ro. 6. Sicut exhibuistis mēbra vestra, &c. Quinta porticus est intentio non peccandi. Aug. Vera pœnitentia est peccata deplangere, & amplius non cōmittere. Et hoc docuit hūc infirmū Christus dicens: Surge, scilicet contritione & displicentia, tolle grabatū conscientiæ, s. in confessione, & ambula in satisfaciōne, & vade, s. in proposito bono, & amplius noli peccare. Subdit: *Ne tibi deterius fiat*, s. recidiuando. Nota quod multi sunt qui recidiuare solēt. Primo tyranni & oppresores pauperū, qui confucuerunt homines exactionare: difficile etiā possunt peccata dimittere & pœnitentiā perficere, vt patet in Pharaone, qui dicit Moyſi & Aaron: Ite orate pro me, & tamē recedente plaga recidiuauit: finaliter tamē infecutus filios Israël submersus est. Secundo auari, vsu rarij, raptores qui in quadagesima promittunt reddere malē acquisita: post Pascha autē ab aliis iterū vsuras recipiūt, & tales eucharistiā recipiunt vt Iudas. Mar. 19. Quam difficile diues intrabit in regnū cœlorū. Eccl. 26. Difficile exiunt negotiās a negligētia. Leo papa: Difficile est inter ementis & vendentis cōmercium non interuenire peccatū. Tertio falsi religiosi, qui non causa salutis religionē intrant: vt patet de Iuliano apostata qui blasphemauit Deum. Et cum sanctus Basil. orabat beatā virginem Mariam, tūc ipsa iussit Mercurium militem Christianum interficere Iulianum. Quarto sortilegi, vt patet de Saul qui consuluit Pythonissam. Quinto luxuriosi, adulteri & Sodomitæ, vt vxor Loth. Sexto homicidæ vt Achab. 3. Reg. pen. qui post occisionem Naboth pœnituit, vt dixit dñs: Nōne vidisti Achab corā me humiliatū: sed recidiuauit. Et quia fictē pœnituit occisus est in bello. Ibidem vlt. Septimo gulosi vt Iudæi. Nu. 11. Recordamur piscium quos comedebamus in Aegypto gratis. O graue est prius pœnitentiam recidiuare. Vnde Bern. Recididere quā incidere deterius est. Vnde 2. Petr. 2. Melius est viam veritatis non agnoscere, quā post agnitionem retrorsum conuerti. Ecclesiast. 5. Ne adicias peccatum super peccatum. Primo ex parte Dei propter ingratitudinem. Greg. Non est dignus dandis, qui non agit gratias de datis. Nam in simili, si aliquis pacem firmaret cum domino, & in tali pace occideret suos, ille grauius offenderetur. Et sic est de deo. Nam recidiuantes in peccata sua sunt similes Iudæis, qui genuflecentes dederunt alapas

Christo dicentes: Aue rabbi. Vnde Hebr. 6. Rursus crucifigentes sibimetipsis filiū Dei, &c. Secundo ex parte diaboli: quia reciduians fortius à diabolo custoditur, sicut miles castrū quod semel perdidit postmodū fortius custodit vt Pharaon. Vel qui habet vnū vincitum, si semel euaserit & iteratō eum dominus arripuerit, grauius vincit eū. Tertio ex parte hominis: quia debilitatur ad resurgendū. Sicut enim contra infirmi in infirmitatem cadentes graue est cum eis & in maiori periculo. Sicut in sotularibus q̄ si multoties fuerint reparati, & ad vltimū non tenent futurā in lutū proiciuntur. Et sic tales non habentes propositum cauendi peccata, p̄nitentia eorum non valet 1. Petri. 2. Contingit enim eis illud prouerbij: Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabrum luti. Luca 17. Memores estote vxoris Loth. Ecclesiastici 34. Qui baptizatur à mortuo, &c.

SABBATHO, ENARRATIO XX.

Domine bonum est nos hic esse. Matth. 17. Marc. 9 & Luca 9.

Vbi rex ostendit se suis amicabile, ibi eo tutius sperant in precibus exauditionē. Spiritualiter, & sic rex regū est nobis etiā amicabile. Ioā. 15. Iam non dicam vos seruos sed amicos: ergo tutē possumus preces nostras ad deū fundere. Et hoc facit ecclesia in officio missæ, s. in introitu, videlicet: Intret in cōspectu tuo oratio mea: inclina aurē tuā ad precem meā dñe. Et in collecta: Populū tuum dñe propitius respice, & flagella tuæ iracundiæ ab eo clemēter auerte. Et hoc docet Paulus apostolus 1. Thess. 5. cap. Sine intermissione orate: quare, s. vt possimus faciem regis nostri videre in claritate immortalitatis, vt isti beati discipuli qui delectabantur in eo dicentes: *Domine bonū est nos hic esse, &c.* In sum. euang. tria innuntur. Primo quorum intuitu transfiguratio fuit celebrata, ibi: *Assumpsit Iesus, &c.* Secundo quanto miraculo fuit glorificata, ibi: *Ecce apparuerunt.* Tertio quō secretē fuit occultata, ibi: *Nemini dixeritis visionē.* De primo dicit. In illo tēpore, s. quando ait discipulis de morte sua, & Petrus noluit credere, idcirco corripuit eum Iesus. Et inter cætera ait: Amen dico vobis, sunt quidam de hīc stantibus qui non gustabunt mortem donec videant filiū hominis in regno dei. Et post sex dies voluit tenerē promissum, & licet Luca 9: dicat post octo, respondet tamen Hieronymus, quia hi dies intermedij ponuntur, dies autē ibi primus quo

promisit additur, & vltimus quo soluit promissum. Nota q̄ dicit: post sex dies ad designādū, q̄ omne tēpus debet prius expendi in bonis operibus: si volumus videre claritatē diuinā: nam Deus in sex diebus omnē rerū naturā formauit, in septimo quieuit. In cuius figura mandatū fuit filiis Israel, vt sex diebus colligerēt manna, septimus est sabbathū domini. Exod. 16. Manna significat opera meritoria. Eccles. 9. Quodcunq; potest manus tua operari instāter fac. Mat. 20. Voca operarios & redde illis mercedē. Sap. 3. Bonorū laborum gloriosus est fructus. Apoc. 14. Opera enim illorū sequuntur illos. Itē notatur q̄ pro bonis non aliud præmium quā gloriā claritatis optemus. De quo Aug. in lib. de verbis dñi, sermone 16. dicit: Vnusquisq; se probet in his quæ ex charitate fecit operib. vt non expectet tēporalē retributionē: sed promissam Dei faciē. Quid sunt cœlū & terra, mare & omnia sidera præter Dei faciē: nō saluāt, non satiāt: sed ipse est salus nostra & saturitas nostra. Pf. Satiabor cū apparuerit gloria tua. *Tunc assumpsit Iesus Petrū, Ioannem, & Iacobū fratrem eius.* s. maiorē. Hier. Non statim post promissionē sursum eos duxit, sed post sex dies, vt reliqui discipuli nihil patientur humanum, i. aliquem inuidiæ motum. Tres discipuli sursum assumpti significant tres potētiās animæ quæ à terrenis ad cœlestia debēt esse eleuata. Primo Petrū. Ratio, quia est caput. Greg. Sancti viri quō verius summa cognoscunt, eō sublimius terrena conspiciunt. Secūdo Iacobum. Aug. Sicut nullum est momentum quo nō vtatur Dei bonitate & misericordia, & sic semper in memoria. Greg. dei memoria excludit omnia maleficia. Tertio Ioannem, i. voluntatis affectum. Luc. 11. Fiat voluntas tua. Ambr. Nisi vacaueritis à terrestribus, nihil cognoscere poteritis de cœlestib. Aug. Visa diligere possumus: incognita nequaquā. Item assumpsit tres ad designandū qui vult habere Dei claritatē debet habere fidem trinitatis. Heb. 11. Impossibile est sine fide placere Deo. Ideo subdit: *Et duxit eos in montē excelsum,* scilicet Thabor, qui distat à Nazareth quatuor miliarib. *Et transfiguratus est ante eos:* secundum Hier. qualis futurus est tempo re vltimi seu extremi iudicij, talis apparuit apostolis. Nemo enim putet pristinā eius formam perdidisse vel amisisse corporis veritatē, vel assumpsisse corpus spirituale vel aereū. Sed quomodo transfiguratus est, euāgelista demonstrat dicens: *Resplenduit facies eius sicut sol:* ergo non mutauit faciē, s. per de-

positionem. Ideo Hieron. Substantia nō tollitur, sed gloria commutatur, quantū ad omnia lineamenta & effigiem faciei, etiam quantū ad habitū trāsfiguratus est. Ideo subdit. *Et vestimenta eius candida sicut nix.* Et hoc à claritate corporis quæ claritas fuit sicut sol. Quia secundum Remi. Nihil lucidius in temporalibus & corporalibus inuenitur sole. Idcirco ad manifestandū exēplum futuræ resurrectionis facies dñi resplendere & fulgere dicitur sicut sol: non quod Dei claritas sit sicut sol, sed quia euangelista non potuit in rebus visibilibus nobis ostendere cui eius claritatem assimilaret. Attamen claritas eius corporis bene cōparatur soli: quia sicut sol est origo cuiuslibet luminis corporalis: sic & claritas Christi est origo nostræ claritatis spiritalis. Et hæc claritatē Christus nō ostendit in valle sed in monte. Primò ideo secundum sanctum Bedā, ad intelligendum quod volūtas volentis peruenire ad claritatem Christi debet esse eleuata in contēplatione. Ad Phil. 3. Nostra cōuersatio in cælis est: & non depressa in delectatione, sicut illi quorū Deus venter est. Secundò ideo trāsfiguratus est in monte: quia sicut ascensus ad montana est difficilis, sic & multo labore peruenitur ad claritatē dei. Matt. 7. Arcta est via quæ ducit ad regnū cælorū. Ideo non omnis qui dicit mihi, Dñe dñe, intrabit in illud, sed qui facit voluntatē patris. Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos, &c. Sed diceret: Quare Christus voluit clarificari vel trāsfigurari? Respondetur primò secundum Ambr. vt ostenderet veritatē futuræ beatitudinis ne videretur inania promittere. Ideo ostendit gloriā sui corporis. Secundò secundum Chryf. quia audientes discipuli se deberē morti pro Christo timebant mortem. vt ergo prouocaret eos ad appetendū futurā gloriam, pro qua deberēt contemnere præsentem vitam, & non timere mortem, ostendit eis gloriā sui corporis. Tertiò secundum Hiero. vt non scādalizarentur in morte Christi, sed sperarent gloriā resurrectionis, ideo ostendit gloriā corporis. Quarto secundum Bedam, vt ostenderet in quanta gloria rediret ad iudicium. Nota, dicit Hieron. In Christo hīc mansit eadē substantia, qualitas, & quātitas corporis: sed hīc maior splendor accessit, & sic naturalis Christi color non fuit mutatus, sed solum obumbratus: vt patet in lumine candelæ ardentis, in splendore solis. Vnde Lucæ 9. Species vultus eius facta est altera, non alia, non per mutationem substantiæ, quantita-

tis.

tis, vel qualitatis, sed per resurgentiam nimij splendoris: quod patet in textu, dicens: *Resplendit facies eius sicut sol.* Sed diceret: Quomodo poterant in eū respicere sine læsione, cum solis inruitus lædit oculos: facies verò eius fuit clarior sole? Respondet Effren dicens, quod nō totam suā claritatē ostendit, sed tantam quantā delectabiliter poterant contēplari. Vel dicitur, lux in facie Christi nō offendeat oculos sicut lux solis: sed demulcebat eos in tantū quod se à delectatione solis visio non poterat auertere. Sed Thom. parte 3. q. 45. ar. 2. Claritas illa quam in trāsfiguratione assumpsit, fuit claritas gloriæ quantū ad essentiam: non tamē quantum ad modū essendi. Nota sicut post resurrectionē in carne immortalis cicatrices permāserunt: ita in carne mortali mortalitate manente immortalitatis gloriā ostendere potuit. Et sic illa claritas fuit subiectiue in Christo, non deponens mortalitatē, sed ea manente: & fuit claritas gloriæ, i. corporis glorificati: hæc Iordanus. Et vt dicit Hugo: Hoc fuit factum diuina dispensatione, vt secundum varia tempora diuersas assumpsit dotes gloriosi corporis, s. subtilitatem in exitu ab vtero, & agilitatem super mare, & claritatē vt hīc. Nota cōueniunt illa, s. trāsfigurationis & gloriæ quo ad essentiam, sed nō ad esse essentiæ, quia disconueniunt in aliquibus vt patet in subsequentiis. Nota, claritas trāsfigurationis conuenit & differt in aliquo cum claritate gloriæ. Primò cōueniunt in substantia, quia vtrāq; substantialiter est eadem. Secundò cōueniunt in existentia, quia vtrāq; existit in corpore hominis & nō alibi. Tertiò cōueniunt ex parte subiecti, quia neutrum variat corpus hominis substantialiter. Quarto conueniunt ratione originis: quia vtrāq; claritas est adiacentia corporis, nō originaliter cū corpore. Quintò cōueniunt in excellentia fulgoris mirifici: quia vtrāq; claritas excellit omnē sensum humanū. Sed differunt etiā in quinq;. Primò differunt quia claritas gloriæ est maior claritate trāsfigurationis: quia tantam claritatē vt est claritas gloriæ: oculi apostolorū nō potuissent pati. Sicut filij Israel nō potuerūt intēdere in faciē Moysi: quæ tamen multo minus emicuit. Secundò differunt in in hærentia: quia claritas gloriæ in hæret corpori per modum habitus permanentis, sed clar. trāsfigurationis existit in corpore Christi per modū passionis trāsientis. Tertiò differunt, quia claritas trāsfigurationis erat in corpore mortali & corporali: sed claritas gloriæ in corpore immortalī. Quar-

to differūt quoad causam originalē. Claritas corporis gloriosi deriuatur ab animę claritate, vt dicit Aug. in epist. ad Dioscorū, sed claritas in transfiguratione deriuata fuit à diuinitate ipsius Christi. Quintò differūt in ratione miraculi. Claritas transfigurationis miraculosa fuit, sed claritas glorię nō: quia non est miraculū q̄ corpus suscitatum ambulat: & sic claritas corporis est miraculosa: quia corpus glori ficatū. Item Diony. in epist. 4. ad Gaiū: Claritas quę erat in corpore Christi repręsentabat futurā claritatem corporis Christi: sic claritas vestimentorū designabat futurā sanctorum claritatē. Greg. 33. mora. Vestitū nomine iustos significat. Isa. 49. His omnibus velut ornamento vestieris. ad Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostrę cōfiguratū corpori claritatis suę. Itē nota: non est dicendum q̄ Christus assumpsit dotē claritatis in trāsfiguratione: quia dos denotat claritatē immanentem corpori glorioso. Sed ea quę ad doctes pertinent, miraculosē habuit. Vnde Gl. dicit illam claritatem non fuisse glorię & immortalitatis, sed quandā eius imaginē. Dixi secundo innuitur quāto miraculo fuit glori ficata, dicens: *Eccc apparuerunt Moyses & Helias cum eo loquentes.* Imperauit enim limbo & terrę, & suscitauit Moysen, & deliciarum paradiso & emisit Heliā. Sed dicerēs, Vtrum Moyses & Helias veraciter apparuerūt, an angeli eorum assumptis corporib. Ad hoc responderetur secundū gloriā, q̄ non angeli eorū vel phantasma quoddā, sed ipsi veraciter affuerunt: quod probat Hieronymus dicēs: Christus de celo signa dedit discipulis, Heliā inde descēdēte. quō descēderat, & Moysē ab inferis resurgēte. Quod sic est intelligendū, q̄ Heliā cum proprio corpore & anima ibi fuerit: Moyses vero cū propria anima nō cum proprio corpore, sed cū aliquo alio assumpto, quā nō legitur q̄ surrexisset corpore proprio, sed tantū secundū animam. Hoc etiā vult S. Tho. parte 3. q. 45. ar. 3. Dicerēs, quid loquebantur? Dicit Luc. 9. de excessu quē cōpleturus erat in Hierusalē. Primò de excessu amoris, de quo Io. 15. Maiorē charitatē nemo habet, quā vt animā suā ponat quis pro amicis suis. Similiter de excessu amoris ipsius patris, de quo Io. 3. Sic Deus dilexit mūdū vt filiū suū traderet vnigenitū. Secūdo loquebātur de excessu passionis: sic q̄ passio eius excederet omnē passionē. Thre. 1. O vos omnes qui trāsitis per viā, videte si est dolor similis sicut dolor meus. Tertiò de excessu humilitatis. De quo Phil. 2. Exinaniuit

naniuit semetipsum formā serui accipiēs. Quartò de excessu iniquitatis: quā Iudæi excefferūt mensurā patrū: quia patres occiderūt pphetas, ipsi vero dominū prophetarū. Ideo Cyrillus dicit, ipsi loquebātur de mysterio passionis & mortis in cruce, nō Christo reuelādo quasi nesciret: sed gratias ei agebāt quasi vero deo: quia in eo implētur verba prophetarū quę dixerūt de eo. Et gauisi sunt prophetę vidētes humanitatē eius. Effrem dicit: Eū adorabāt & gratias agebant de sua benedicta incarnatione, attamen compatiēbantur q̄ gloriosa eius facies debebat conspui & flagellari. Aug. de quinque hęcresib. Quid sunt Moyses & Helias nisi lex & prophetę? loquebantur cū illo vt ostenderet se illum quem lex & prophetę prädixerūt. Itē quare vnus viuus, alter mortuus apparuit? Respōdetur primò secundū Hier. vt significarent Christū moriturum & iterū victurū. Secūdo vt ostendatur si volumus participes fieri glorię resurrectionis, vt simus mortui mūdo & viuamus Christo. Ad Col. 3. Mortui estis, & vita vestra abscondita est in Christo. Tertiò vt ostēdatur q̄ esset profuturus tā viuus quā mortuis. Sed dicerēs, quare apparuerūt illi prophetę & non alij? Responderetur secundū Chryl. Primò ideo quia homines dicebāt Christū esse Heliā, vel Ieremiā, vel vnum ex prophetis. Vt ergo ostēderet q̄ ipse esset dominus prophetarum: capita prophetarum secum adduxit: vt statim videretur differentia seruorum & domini. Secūdo quia Iudæi accusauerūt eum de trāsgressionē legis, & q̄ sibi vsurparet diuinū honorē: vt ergo ostēdatur ab vtraq; occasione innoxius, ideo Moysen latorem legis & Heliā æmulatorem Dei voluit sibi affluere. Tertia causa vt ostēderet se habere potestatem vitę & mortis. Ideo Heliā viuēte & Moysen mortuum adduxit. Quarta causa vt audiētes discipuli eos loquētes de Christi passione, intelligerēt q̄ expediebat Christū mori. Quinta causa quia istis duobus prophetis prius reuelata fuit gloria dñi in monte Sinai ipsi Moysi, & in monte Oreb Helię. Vt igitur essent testes idonei q̄ hęc gloria esset à diuinitate: ideo eos adducit. Sextā rationē ponit Amb. dicēs: Nō plus trāsfiguratus est, sed solū corā pphetis & apostolis, vt veritas diuinitatis autoritate apostolica & pphetica cōfirmaretur. Ideo dicit Hier. q̄ scribis & phariseis de celo signa petentib. dare noluit: hic verò vt apostolorū augeat fidē dar signū de celo & de terra. Isa. 7. Pete tibi signū à deo tuo in profundū in-

ferni, s. de anima Moyſi: ſive in excelſum ſupra, ſ. de Helia. Tunc ſubdit: *Tunc reſpondens Petrus ait ad Ieſum: quia ſeruētor aliis. Domine bonum eſt nos hīc eſſe.* Aug. in lib. de quinq; heretiſibus exclamat contra Petrum apoſtolū dicens: Quid dicis ſancte Petre: mūdus perit, & tu ſecretū petis: vides tot gentes in vnum cōueniſſe, & tu requiē quæris? vides tenebras mundi, & lumē abſcōdis? Nemo accendit lucernā & ponit eam ſub modio, ſed ſuper candelabrū vt luceat omnib; qui in domo ſunt. Ita domus totus eſt mūdus: lucerna verbi dei incarnatio. Candelabrū, crucis eſt lignum: lucerna in cādelabro lucens, eſt Chriſtus in cruce pendēs. Tu Petre vis lucernam abſcondere, hīc in monte permanere, vis totū mundū deſerere. Chryſ. Petrus voluit manere, quia audiuit Moyſen & Heliam loquentes q̄ oportet Chriſtū Hieroſolymā & ad mortē ire: & ſciebat Iudæos Chriſto inſidiari; & adhuc timet pro Chriſto. Sed poſt increpationē nō audeat apertē dicere rufus, propitius eſto tibi, ne iterū audiret: Va de poſt me ſathana, ideo occultē per alia ſigna inſinuat: ga enim videbat multā quietē & ſolitudinem, cogitauit cōuenientem ibi eſſe ſtationē ex loci diſpoſitione, quod ſignificat, dicens: *Bonum eſt nos hīc eſſe.* Voluit etiam ſemper hīc eſſe, ideo meminit tabernaculorū dicens: *Si vñ faciamus hīc tria tabernacula.* Cogitauit etiam ſi hoc fieret, non aſcenderet Hieroſolymā, & ſi non aſcenderet Chriſtus non moreretur. Cogitauit etiam ſi Iudæi obſediſſent eos, tunc ei adhareret Moyſes qui Pharaonem deuicit, & Helias qui ignē de cœlo deſcēdere fecit 4. Reg. 1. Et ſic nullus perſecutorum eos lædere poſſet. Vel ſecundum Remigium: Petrus viſa domini maiestate & duorum ſeruorū, tunc adeo delectatus eſt, vt cuncta temporalia obliuioni traderet: & ibi in perpetuum manere vellet. Si autem tunc Petrus ſic accenſus eſt, quanta erit ſuauitas & dulcedo videre regē in decore ſuo, & intereſſe choris angelorū & omnium ſanctorū? De quo Pſal. 132. Ecce quā bonū & quā iucundum habitare fratres in vnum. Ideo ſubdit: *Domine bonum eſt nos hīc eſſe: ſi vñ non abſolutē, quia timet reprehensionē. Faciamus hīc tria tabernacula, tibi vñ, Moyſi vñ, & Helia vñ, quāſi diceret: Hic moremur: te cōtemplabimur, quo habito nullo alio indigemus. Sufficit enim nobis domine videre te. Sufficit, in quā, tanta tua dulcedine ſatiari. Vnam ſtillam dulcedinis iſte guſtauit, & omnem aliā dulcedinem ſaſtidiuit. Quid putas*

cum

eum diſturū fuiſſe, ſi illam dulcedinis multitudinē diuinitatis ſuæ guſtaſſet, quā præparauit Deus diligētibus ſe. Ideo Aug. in 5. ſoliloquiorū: Tantā dulcedinē Petrus guſtauit, & omnium inferiorū oblitus clamauit: Bonū eſt nos hīc eſſe. & non fecit mentionem de tabernaculo ſuo: quia deſiderabat Chriſto cōmorari. Ideo Hier. inuehitur cōtra Petrū dicens: Erras Petre, ſicut alius euāgelista teſtatur Mar. 9. Neſciebat qd diceret. Reuera neſciebat, ſed errauit, ſicut dicit Remigius quia voluit vt regnū cœlorū conſtitueretur in terris, quod dominus promiſerat dare in cœlis. Errauit etiā, quia oblitus eſt ſe, & ſocios ſuos eſſe mortales, & abſq; guſtu mortis voluit ire ad æternā fecilitatē. Errauit quia Moyſes & Helias nō indigēt tabernaculis talibus, ſ. de ramis palmarum ſeu arborū vt voluit Petrus. Et ſic Chriſtus potuit illi dicere: O Simon quid dicis? ſi maſerimus hic, verba prophetarum q̄ adimplebit: ſcilicet, Foderūt manus meas & pedes meos, dinumerauerūt omnia oſſa mea. Quomodo adimplebitur, Diuiſerunt ſibi veſtimēta mea? Cui erit aſcribendū, Dederunt in eſcam meā, fel? Cui contingeret: Qui inter mortuos eſt liber? Quis ſoluet ea ſi hīc maſerimus, quæ tibi dixi, quomodo ſient? Quis erit paſtor eccleſiæ & clauēs regni cœlorū quas accepitſti cui debētur? Ergo Petrus ita erat gauitſus, vt omnia eſſet oblitus, ſimiliter & ſui & quid comederet in monte nō perpendit quādo dixit: *Faciamus hīc tria tabernacula: Moyſi vñ, &c.* Sed diceret, quomodo Petrus cognouit Moyſen & Heliam, cum prius eos nō viderat? Reſpōdetur, ſicut lux Solis habet facere omnes colores cognoscibiles: ita claritas glorificationis habet hunc effectum vt ducat in notitiam omnium cognoscibiliū: & ſic in patria omnes ſe cognoscūt. Tūc ſubdit: *Abuc eo loquēte, ſcilicet Petro.* Ambr. Interrumpuntur verba Petri, & reſponſionem nō meretur: quia non ſciebat quid diceret. Sed diceret, quare dominus Petro non reſpondit? Ambroſ. Petrus ex ſeruore deuotionis loquebatur, oſtendens ergo dominus non eſſe improbum, ſed inordinatum quod concupiuerat, ideo nō merebatur audire reſponſum. Vel poteſt dici: Dominus eius ignorantia nō verbo, ſed factō arguebat. Ideo ſubdit: *Et ecce nubes lucida obumbravit eos, quāſi diceret: Ecce tabernaculū ſine ſaſtidio: Et fuit ſpiritus ſanctus in nube: Et ecce vox de nube dicens: Hic eſt filius meus dilectus: non adoptiuus, ſed per naturam: in quo mihi bene complacuit, iſſum audire, ſ. tanquam ido-*

neum

neum præceptorē, quasi diceret: Ille est filius, alij sunt ser-
 ui, & in illo figite vobis tabernaculū, s. per charitatē. Ideo
 dicit, ipsum audite. Hoc clamat mater, Ioan. 2. Omnia quæ
 dixerit vobis facite. Hoc clamat Legislatoꝝ, Deut. 18. Pro-
 pheta m fuscitabit vobis dominus, quem audietis sicut me,
 & omni qui non audierit prophetam, ego vltor existā. Hoc
 clamat Dei filius. Isa. 55. Audite audientes me, & comedite
 bonum, &c. Hoc clamat pater hic in textu: Ipsum audite.
 Remig. Recedent typi legales & vmbꝝ prophetarū, & so-
 lum sequimini Euangelij lumen. Ecce Christus quadrupli-
 ces habet testes suæ claritatis. Primo de cælo, s. vocem sui
 patris, de paradiso Eliam, de inferno Moysen, de mundo
 Apostolos. Nota, attestatio patris facta est tam in baptismo
 quàm in trāsfiguratione. In baptismo ad designādum quod
 est dator gratiæ. In transfiguratione, ad designādum quod
 est dator gloriæ. Aug. de quinq; hæresib. dicit: Vbi estis qui
 aduersamini filio? Pagani negant Deum habere filiū. Iudæi
 negāt filium incarnatū. Respicite, intrate scholam Dei, au-
 dite vocē patris: Hic est filius meus dilectus. O Iudæi inite
 consilium si increduli filio fuistis & eum occidistis, & eius
 sanguinē effudistis: nolite desperare, sed credētes baptisimū
 suscipite & bibite sanguinē quē fudistis. Nō horreatis, effu-
 sus est sanguis medici: & facta medicina phrenetici, nō du-
 bitetis: sed gustate & videte: quoniam suavis est dominus.
 Per hæc verba, *Hic est filius meus dilectus.* &c. obstruētū est os lo-
 quentiū iniqua. Audi Manichæe quid phātsma somnariis
 cum audis de nube: Hic est filius meus dilectus: Audi de cæ-
 lo patrē, de terra filiū. Sabelliane noli diuidere æqualitatē,
 quia qualis pater talis filius, &c. Tunc sequitur: *Audietes di-*
scipuli ceciderūt in facie suā. Hier. Quia humana fragilitas aspe-
 ctū gloriæ sustinere nō potest: sed sicut stellę obscurātur in
 ortu solis: ita à voce patris prophetæ fugerunt, & apostoli
 ceciderūt: quia vox patris erat quasi tonitruū mirabile, ita
 vt erit terra cōtremuit. Etiā ideo ad designādum q̄ in iudi-
 cio erit decorus & terribilis. Chry. Multa cōcurrēbant quæ
 timorē concutiebat, s. mōs altus, locus occultus & secretus,
 magnitudo luminis, vox patris, quæ secūdum Effrem quasi
 tonitruum sonabāt. *Tunc accessit Iesus & tetigit eos, dicens: Surgite*
& nolite timere. Accessit tanquam pius consolator & adiutor
 vt timorē fugaret: corpora leuaret. Ecce confortat eos.
Et leuantes oculos neminem viderunt nisi Iesum. Hieron. Ad vocem
 patris

patris fugerunt prophetæ, quia si perstitissent, dubiū fuisset
 an de altero eorū vel de Christo hæc verba intelligi debe-
 rēt. Hic est filius meus. Dixi tertio tāgitur quomodo secre-
 rē fuit occultata, dicēs: *Et descendentibus illis de monte præcepit illis*
Iesus, dicens: Nemini dixeritis visionē hanc donec filius hominis à mortuis
resurgat. Nota, Christus inhibuit in populo prædicari istā cla-
 ritatē propter quatuor. Primo secundū Hier. ne esset incre-
 dibile propter rei magnitudinē. Secundo secundum Theo-
 philum, ne scandalizarentur qui postea viderent eum cru-
 cifigi. Tertio secundum Remig. quia si maiestas fuisset di-
 uulgata in populis, plurimi impedissent passionem eius re-
 sistendo principibus sacerdotū. Et sic redēptio humani ge-
 neris retardaretur. Quarto secundū Damasc. quia alij im-
 perfecti discipuli fuissent cōtristati, q̄ talem visionē etiam
 nō vidissent, & Iudas magis incitatus ad proditiōē Salua-
 toris fuisset. Si volumus videre claritatē Christi, tunc debe-
 mus ascēdere in montē, hoc est suscipere pœnitentiā. Vnde
 Isa. 2. Venite ascēdamus in montē domini Dei nostri: & do-
 cebit nos viam suam, s. per quam poterimus venire ad cla-
 rificationem. Figuratur Exo. 19. Moyses non vidit clarita-
 tem domini in valle, sed in mōte. Spiritualiter, per Moysen
 intelligitur quilibet fidelis, qui est sumptus ex aquis ba-
 ptisimatis: talis nō potest videre claritatem Christi in valle
 peccatorū, sed in mōte pœnitētię. Nota, pœnitentia dicitur
 mōs, propter proprietatē montis. Primò, mons cito illumina-
 tur à sole: sic homo citius illuminatur in mōte pœnitenti-
 tiæ quàm in valle peccati. De quo Aug. Pœnitentia est cla-
 uis aperiēs portas paradisi. Secūdo, in mōte homo est prop-
 ter cælo quàm in valle. Et sic homo in pœnitentia. Iſido.
 lib. 2. de sum. bo. cap. 12. Pœnitentia est medicamētum vul-
 neris, spes salutis. Chryf. Nihil nos ita glutinat Deo, sicut
 pœnitentia vera. Matt. 3. Pœnitentiā agite, appropinquabit
 enim regnū cælorum. Tertio, propter ascendendi difficul-
 tatem, & sic in pœnitentia est difficultas. Matt. 7. Arcta est
 via, quæ ducit ad regnum cælorum. & Matth. 16. Qui vult
 venire post me abneget semetipsum, & tollat crucē suā, s.
 pœnitentiæ, & sequatur me. Item si in hoc mōte pœnitētiæ
 volumus videre claritatē Christi: tunc debemus tres apo-
 stolos assumere sicut Christus fecit, s. Petrum, Iacobum &
 Ioannem. Primò, Petrum qui interpretatur agnoscens: &
 sic homo debet agnoscere primo pictatē Dei. Ad Ro. 2.

Ignoras quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit? Secundo, debet agnoscere tempus: quoniam solum in hoc tempore est remissio peccatorum. Apoc. 10. Iuravit angelus quod post hoc tempus non erit tempus, scilicet penitentiae. Tertio, debet agnoscere locum. Psal. Converteretur populus meus hic non in caelo: quia ibi non est dolor. Nec in inferno. Psal. 6. In inferno quis consitebitur tibi: quasi diceret, nullus: quia ibi non est misericordia. Quarto, debet agnoscere peccatum, Aug. Si homo cognoscit, Deus ignoscit. Secundo, debemus assumere Iacobum, qui interpretatur luctator vel supplantator, concupiscentiam & delectationem supplantantes. Sic fecit Apost. Phil. 3. Omnia arbitratus sum ut stercorea. Figuratur Gen. 27. Iacob supplantavit Esau binis vicibus, scilicet in paterna benedictione, & in primogenitorum emptione. Spiritualiter, per Iacob intelligitur penitentes: hic debet supplantare Esau, qui interpretatur prophanus, id est peccatum, dupliciter, scilicet in affectu & effectu. Psal. 17. Supplantasti insurgentes in me subter me. Tertio, debemus assumere Ioannem, qui interpretatur in quo est gratia dei, scilicet triplex. Primo, charitas spiritualis: secundo, puritas intellectualis: tertio, castitas virginalis, Io. 19. Hic est discipulus quem diligebat Iesus. Et sic nos debemus habere charitatem, ut nihil diligamus ultra Deum. Matt. 10. Qui amat patrem vel matrem plus quam me, non est me dignus. Secundo, in Ioanne puritas intellectualis: & sic nos. Psal. Quis ascendet in montem domini? &c. Et Mat. 5. Beati mundo corde, scilicet in affectu. Exemplum in caeco nato. Io. 9. qui dum lutum habuit super oculos, nihil vidit, sed postquam lauit oculos, clarificatus est visus: Sic nos lauvare debemus affectum, tunc videbimus clarificationem Dei. Etiam requiritur puritas in effectu. Psal. Secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. Alius sensus moralis: Tres discipuli viderunt claritatem, scilicet Petrus, Iacob, & Ioan. Sic Spiritualiter qui vult videre gloriam Dei, oportet quod sit unus ex istis. Oportet autem esse Petrum. Petrus interpretatur agnoscens: & pertinet ad incipientes, qui debent se cognoscere quantum demeruerunt peccatis suis: ut quemadmodum peccaverunt, ita acriter poeniteant. Item aliqui sunt, qui tantummodo loquuntur de Deo, & non agunt opera deifica: & hoc non sufficit. Vnde Aug. Deum agnoscere, veraciter est Deum diligere. Idem Aug. Deus creavit hominem rationalem, ut eum cognosceret, & cognoscendo diligeret. Vnde 1. Io. 2. Qui dicit se nosse Deum & mandata eius non custodit, mendax est. Secundus fuit Iacobus qui interpre-

interpretatur supplantans: in quo denotatur proficietes, quia illi debent supplantare omnia vitia, & se ornare virtutibus, & hoc duobus modis, videlicet vitia evitando per fugam, secundo per resistentiam. Primo ut vitet originem peccatorum & occasionem peccati. Secundo per resistentiam in animo: ut si homo vexatur tribulationibus exterioribus, quod patietur illas homo sustineat, & asserat illud se meruisse peccatis, quia proficietes plus vexantur quam incipientes: quia diabolus nititur eos summo conatu impedire. Hoc figuratur Mat. 13. in tritico & zizania, ubi dicitur quod venit diabolus, & seminavit zizania in medio tritici, &c. Vnde nulla est virtus sine labore. Ideo proficietes significatur per Iacobum qui interpretatur supplantator: eo quod debet utiliter supplantare vitia. Tertio discipulus fuit Ioannes qui interpretatur Dei gratia: in quo significatur perfecti, qui semper debent esse in gratia Dei: quia sicut Ioannes habuit speciale prerogativam a Christo: sic adhuc & ipsi perfecti specialiter diliguntur a domino dilectione spirituali. Vnde Greg. Summum bonum in hac vita est, vita contemplativa.

DOMINICA REMINISCERE,

ENARRATIO XXI.

DE EVANGELIO.

*Miserere mei fili David: filia mea male a demonio vexatur.**Matth. 15. Marci 7.*

Quado paterfamilias habet incompotum & malum hospitum qui velit sibi nocere, & si propria virtute non valet eum expellere: tunc inuocat advocatum & iudicem. Spiritualiter, & sic quilibet nostrum est paterfamilias domus conscientiae suae. Et si in illa malum habet hospitum, id est diabolum sibi nocere volentem, scilicet per peccata: tunc debet inuocare iudicem viuorum & mortuorum, scilicet Christum. Et hoc facit ecclesia sancta in introitu missae, scilicet Reminiscere miserationum tuarum domine, &c. quae a seculo sunt, scilicet filios Israel eripiendo de manu Aegyptiorum. Et in collecta: Deus qui nos conspicias omni virtute destitui, interius & exterius custodi. Et hoc hortatur Apostolus 1. Thess. 4. in epistola, ut familiam diaboli non dimittamus regnare in domo conscientiae, cum dicit: Haec est voluntas Dei, sanctificatio vestra, ut abstineatis vos a fornicatione: ut unusquisque vestrum studeat vas suum possidere in sanctificatione & honore. Non in passione desiderij, sicut gentes quae ignorant Deum. Non enim vocavit nos in immunditiam, sed in sanctificationem. Et sic fecit haec mulier

mulier volens domū filiae suae mūdare, nō potuit dāmonem expellere. Idcirco inuocauit aduocatū & iudicē, dicēs: *Miserere mei fili David.* Aliud Thema: *Nō est bonū sumere panē filiorū, & mittere canibus ad manducandum.* Matt. 15. Plin. dicit q̄ semen coriandri hominibus est medicina & cibus: sed canibus est mors. Spiritualiter sic verbum Dei est semen. Isa. 1. Nisi dñs exercitiū reliquisset nobis semē, quasi Sodoma fuissēmus. Quod homini est cibus, quia pascit electos. Deut. 6. Nō in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore domini. Et medicina. Vnde Sap. 16. Sermo tuus sanat omnia. Sed canibus, i. reprobis est mors: quia verbū Dei iudicabit reprobos dignos morte, & reprobi dicuntur canes. Sunt enim multi peccatores qui cōparātur canibus. Primi detractores: nā sicut canis latrādo & mordēdo fugat aliquē de domo corporali: sic & tales peccatores expellūt verbum dei per detractionē. Ecc. 10. Si serpens mordeat in silentio, nihil eo minus habet qui occultē detrahit. Secūdi sunt auari: nā sicut canis quantūcunq; comedit semper famefcit: & sic auarus. Eccl. 5. nō impletur pecunia. Psal. 58. Famē patietur vt canes. Mat. 15. Fallacia diuitiarū suffocat verbum & sine fructu efficitur. Tertij sunt luxuriosi: nam sicut caro canis immunda est: & sic luxuriosi. Eccl. 21. Audiuit luxuriosus & displicebit ei, & proiciet illud post dorsum suum. Quartij sunt recidiuantes. Prou. 26. Sicut canis qui reuertitur ad vomitum, sic stultus reiterat stultitiā suam. Et talibus non est bonum dare verbum Dei propter immunditiam: tamen dignos se faciunt per pœnitentiā, vt hęc mulier. Ideo epist. 1. Theff. 4. Hęc est voluntas Dei, sanctificatio vestra. In summa Euang. tria inuuntur. Primò, huius mulieris deuota deprecatio, ibi: *Miserere mei.* Secundo, à Christo despēda obiurgatio, ibi: *Non est bonū sumere panē filiorū, &c.* Tertio, Christi pia exauditio, ibi: *O mulier, &c.* De primo dicitur in illo tēpore, s. cum Christus docuit q̄ manducare illotjs manib. nō esset peccatū. Egress⁹ Iesus, s. à terra Genezareth, relinquit obstinatos Iudæos, secessit in partes Tyri & Sidonis. Vnde Chry. In hoc fecit sicut bonus venator: q̄ dū in vno loco nō capit, in aliū se trāsferit: & sic ipse dum in terra Iudæorū per rete verbi Dei capere nō posset: in terrā Gentiliū se trāsferbat. Vnde secundū Remig. Tyrus & Sidon fuerunt ciuitates Gentilium: quia Tyrus metropolis Chananzorū, Sidon verò terminus eorū Chananzorū ad partem Aquilonarem.

Nam

Nā Iudæi nō potuerunt totaliter expellere gētiles de terra sua. Itē causam egressionis dicit Chryf. Cum vidit q̄ escam verbi dei Iudæi abominabātur, corporale suam præsentiam voluit eis retrahere transferēs se ad gentiles. Sed diceres, tamen docuit discipulos. Matt. 10. In viā gentium ne abieritis. Respondet Chryf. Non erat abnoxius præcepto. Luc. 6. Dñs filius hominis est & sabbathi. Vel sic intelligitur, ne abieritis, s. ad prædicandū. Et Marci 7. dicitur, Occultabat seipsum. Ergo inhiibat inuitationē, sed non receptionem si per se venirent, & sic recepit tres magos tanquam primitias gentiū. Sequitur, *E: ecce mulier Chananzæ,* s. natione. Notandum, Chanaan filius fuit Cham filij Noë, qui patrem derisit. Vnde terra ista dicitur Chananzæ: quia ipse primò eā inhabitauit. *A filiis illi egressi,* audiuit q̄ Iesus fecerat miracula. Chryf. Chananzæ expulsi de terra promissionis, ne peruerterent Iudæos, inuenti sunt prudētiores Iudæis, quia Iudæi Christum expellebant, hęc autē Chananzæ egreditur vt eum suscipiat. Origenes, O mira res & noua cogitatio, mirabile negotiū, Iudæi fugiunt, Chananzæ sequitur, domestici derelinquunt, alienigenæ appropinquant. Sed dices, Cur non attulit filiā? Responderet secundum Chryf. Egressa non attulit filiā sed fidem, cogitans intrā se, Ad quē vado, omnia nouit, absentia videt tanquā præsentia, omnipotens est. Igitur si voluerit poterit filiam meā sanare, quia vbique prærens est. Nec rogauit vt ad eam veniret vt regulus. Ioā. 4. dicens, Descende priusquā moriatur filius meus. Ratio Bedæ. Quia solo verbo. confidit salutem posse dare. Igitur eius præsentiam non requirit. *Clamabat dicens: Miserere mei domine fili David.* Glof. Ista Chananzæ confitetur Christū deum cū dicit, Dñe, & hominem ibi, Fili David. Audiuit enim Christū promissum descēdere de stirpe Davidis. quasi diceret, David in misericordia cōsecutus est regnum, & sic tua misericordia sup omnia opera tua, ergo miserere mei. David psallendo fugauit diabolū vexantem regem Saul, & sic in prædicādo in psalterio decē chordarū expellis demonia. David dimissis ouiculis patris iuit & liberauit fratres in Israël de manu Goliath, & sic tu relictis nonaginta nouē ouibus patris tui, i. nouē choris angelorū venisti ouē errantē querere. *Et ecce filia mea,* etiā est ouicula errās & rapta à lupo, i. diabolo, ergo miserere mei, filia mea malē à dāmonio vexatur. Hic detegit vulnera medico & magnitudinem.

Quadrag. Thef.

K

nē morbi cūm dicitur à *demonio*, & qualitatem cūm dicitur *vexatur malè*. Nota, diabolus hominē vexare potest, ex se autē vincere nō potest nisi volentē: vt patet per beatū Ambr. in lib. de beata vita, & habetur 15. q. 1. ca. non est, dicentem; Nemo nostrū teneretur ad culpā, nisi propria voluntate se deflexerit: voluntariū militē sibi elegit Christus: voluntarium seruū sibi auctionatur diabolus: neminem iugo seruitutis astrictū possidet, nisi se ei prius peccatorū zre vēdiderit. Nā licet ex permissiōe diuina habeat potestātē in corpus: nō tamen in animā, vt patet Iob 1. & 2. Similiter de S. Anthonio. Vnde triplices peccatores specialiter vexat diabolus, scilicet superbos. Iob 41. Ipse est rex super omnes filios superbiæ. Apoc. 9. Habebat super se regē angelū abyssi. Similiter auaros & luxuriosos. Vnde 1. Io. 2. Omne quod est in mūdo aut est concupiscentia oculorū: aut est superbia vitæ. Clamabat miserere mei, quasi dicat, Non ex meis actibus seu iustitia sed de tua misericordia, quia carnē suscepisti, ego clamo ad te. Origen. Ecce quāta huius mulieris fiducia, licet Cherubim in conspectu eius tremuit in cælo: hæc mulier nō formidat cūm in terra clamat: Miserere, quia misericordiam quero, dolorē suffero, quia filiā à dæmonio vexatā habeo. O noli spernere me peccatricē quia quid faciā nescio, quo fugiam ignoro. Nā tu solus consolator & adiutor in tribulatione. Ideoq; obsecro, me aspice dñe, me exaudi, vide diu turna vulnera mea, ipsa patitur & ego deficio. Non possum diu ab ea discedere, non habeo liuorē exterius, sed pugnatorem interius. Quotidie vulnus meū crescit & opprobriū, nunc video curuū eius aspectū: nunc manibus crines sparsi, spumas de ore fundi. Audio eius luctum, hæc flebilis mater ego sum. Subdit: *Qui non respondit ei verbū*. Origenes, Vi de & mirum & inauditum negotium, hæc flebilis mater petiit & obsecrat & lamentū suū producit in clamorē, & consolator omnium lugentium non respondit ei verbū, latet fons vitæ, summus medicus occultat medicinā, quare? vt tēpore suo daret. Et propterea non respōdet, non propter indignationē, sed vt dicit Hieron. vt constantiam probaret & probatam manifestaret. Sed diceret, quare tacet pius medicus, cūm dicitur Ps. 9. Desiderium pauperū exaudiuit dñs, ideo

pra

preparationem cordis eorū audiuit auris tua. Responder Beda: Tacet non quod despiciat preces miserorū, sed vt perseverantiā eorū demonstrat. Secundo non responder dicit Hieron. vt desiderium eius, scilicet Chanaanæ magis accēdat. Prou. 13. Spes quæ differtur, affigit animā. Tertio vt ipsa discipulorū animos excitaret: atq; vt ipsi exinde ad intercedēdum pro ea plus mouerentur, nobis in exemplum vt ad sanctos dei conuertamur iugiter, eorum auxiliū implorando. Iob 5. Ad aliquem sanctorum conuertere. Bernar. Si hic mortales existentes pro peccatoribus orauerunt, quantō magis nunc cūm immortales sunt? quia beatitudo in patria charitatem non minuit, sed auget. Et accedentes discipuli rogauerunt eū dicentes. Hier. Discipuli ignari mysterij diuini & misericordia moti dixerunt: *Domine domine eam*, quam tenes non exaudiendo: *quia clamat post nos*, præ angustia quæ eam tenet puniendo, *quia clamat post nos*, affectuose, quia compassi non audentes dicere, da ei gratiam. Et ex illo habetur quod Christus fuit in via. Sed Marcus dicit hoc factum esse in domo. August. dicit, quod venit in domum in mente rogans & affectans, & non audebat loqui, sed Christus exiens domum, ipsa secura clamauit post Christum & discipulos. Sequitur, *Ipse respondens ait*, Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, id est ad Iudæos. Origen. O domine quid est hoc verbum, quæ est ista excusatio? Nunquid es homo factus, vt aut vnū angulum saluares plebis Iudaicæ, & integrum mundum relinques? videlicet Pontum, Asiam, Aegyptum, Ciliciam, Capadociam, & cæteras partes, & de Ierusalem tantum curas, nōne vides iniuriam patris tui in falsis simulachris? An nō prophetæ vulgauerunt, scilicet David. Ps. 2. Postula à me & dabo tibi gentes, &c. Isa. 11. Egre dietur virga de radice Iesse, & dominabitur omnibus gentibus. Et Iacob, Ipse erit expectatio gentium. Gen. 49. & Malach. 1. Ab ortu solis vsque ad occasum magnum est nomen meū in gentibus. Et Ps. 46. Omnes gentes plaudite manibus. Matth. 8. Ite, & docete omnes gentes. Et nunc hæc misera gentilis rogat & obsecrat profilia, & tu dicis, Non sum missus nisi ad oues, &c. Venit Centurio rogans, dedisti veniam & dixisti, Veniam & curabo seruum tuum, paralyticum curasti, leprosos mundasti, mortuos suscitasti, & solam hanc mulierem miseram Chanaanæ respicis deprecautem. Vnde Chryostomus in homilia dicit: Ideo noluit eam exaudire in momento, ne It-

K 2

dæi occasione accepta dicerent: Non credimus tibi, quia soluisſti legē quæ præcepit abſtinere à Chananæis: & tu fabulaſti cū eis. Ergo poteſt dicere Chriſtus. O Iudæi, ecce te-
neo legē: hæc nō ſine cauſa clamat & obſecrat, & tamē non exauditur: quia ad Iudæos ſum miſſus, vt dicitur Ro. 15. Di-
co Chriſtū miniſtrū fuiſſe circuncionis, i. Iudæorū, Subdit:
*At illa venit, ſ. propius, quia antea à lōgē clamauit: & adora-
uit eū, ſ. vt deū creatorē cœli & terræ. Interius enim ſpiritus,
didicerat, Dñm deum tuū adorabis, &c. Et adhuc nō deſpe-
ravit, ſed ait: Domine adiuua me. Ecce fidelis mater dolorē ſi-
liæ cōputat quaſi propriū. Origenes: Ecce prudentia femi-
næ, nō à ſeductore, nō à falſis vatibus poſtulabat auxilium
vt quidā heu faciūt. Cōtra quos Leuit. 19. Nō declinetis ad
magos nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini, ne polluamini
ab eis. Et ibidē 20. c. Anima quæ declinauerit ad magos &
ariolos, & fornicata fuerit cū eis, ponā faciē meā cōtra eā,
& interficiā eā de medio populi ſui. Sic mortu⁹ eſt Saul p-
pter iniquitates ſuas. 1. Paral. 10. eo q̄ cōſuluit Pythoniſſam
quæ debebat ſuſcitare Samuēlē: vt habetur 1. Reg. 28. Pf. 59.
In deo faciemus virtutē, & ipſe ad nihilū deducet inimicos
noſtros. Et ergo hæc dixit: Domine adiuua me. quaſi diceret: Tu
es potēs iuuare me. Sequitur: Qui reſpōdens ait. Hic tāgitur ſe-
cūdū principale in quo, vt dixi, ſubiūgitur à Chriſto deſpe-
ctā obiurgatio, dicēs: Non eſt bonū ſumere panē filiorū, i. euange-
liū & miracula. Eccl. 15. Cibabit illū dñs pane vitæ & intel-
lectus. Et filij Iudæi ſunt quia in culturā vnus dei nutriti.
Iſa. 1. Filios enutriui & exaltaui: ipſi autē ſpreuerūt me. Et
mittere canibus ad mē ducendū. Rabanus: Gentiles propter idolo-
latriā dicuntur canes. Sicut enim canes comedūt multa ca-
dauera ſic Gentiles habuerūt pluralitatē deorū. Chry. Ecce
patiēs mulier nec cōtradidere auſa eſt: nec dolet de inimi-
corū laudib⁹: nec moleſtata eſt in pprio cōuitio. Nota, gen-
tiles ante conuerſionē dicebātur canes. Primo ratione im-
mūditia. Secūdo ratiōe idololatrię. Tertio ratiōe ſcūitię in
ſanctos. Apoc. 22. Foris canes & venefici, &c. Sed modō mu-
tatio mirabilis qui olim canes fuerūt: nūc Chriſtiani & ſi-
lij dei ſunt. Io. 1. Dedit eis poteſtatē filios dei fieri. Et qui ſi-
lij dei fuerunt, nūc canes appellātur. Et etiā ex triplici pro-
prietate canū quā ponit Auicēna in 4. canone. Si homo co-
mederet de felle canis ad quantitātē vnus lentis, moritur.
Sic Chriſtus gultaui fel amaritudinis Iudæorū. Matth. 27.
Dede*

Dederunt ei vinū bibere felle mixtū. Ideo Pf. 20. Circūde-
derūt me canes multi. Deut. 32. Fel draconū vinū eorum, &
venenū aſpidum inſanabile. Secundo ſecundū Caſſiod. Ca-
nes latrāt cōtra hos quibus inuidēt. Et ſic Iudæi cōtra Chri-
ſtū. Io. 18. Si non eſſet hic malefactor nō tibi tradidiſſemus
eū. Tertio ſic dicit Auicēna: Canes verſi in rabiē proprios
dominos non cognofcunt, & ſic Iudæi, Io. 19. Non habemus
regē niſi Cæſarē. Deut. 32. Oblitus es dñi creatoris tui. Et ſe-
quitur. *At illa dicit, Etiam domine. Nam & catelli edūt de micis quæ
cadunt de menſa dominorum ſuorum.* Chryſ. O mira patientia &
humilitas, medicus dicit, nō eſt bonū, ipſa confirmat vtiq̄.
Ipſe Iudæos filios vocat, hæc dominos, quaſi diceret: Tu
me vocas canem, ego te dominū, tu mihi cōuitiaris, ego te
glorifico. Et ſi ſum canis, tunc tu dominus meus, quaſi dice-
ret, Canis fidelis eſt dño, & ſic ego tibi, quia à te nō rece-
dam. Item canis ſi expellitur per vnū oſtium, per aliud in-
trat. Et ſic ego quamuis multoties repulſa, tamē adhuc con-
fugio ad te. Si ergo ſum canis, nutri me vt canem qui edit
de micis. Et ſic præſta mihi minimā ſcintillā tuæ gratiæ, nā
panem filiorū non merui, nec ad menſam tecum ſedere di-
gna ſum. Dixi tertio tangitur pia exauditio, ibi, *Tunc reſpon-
dens Ieſus ait: O mulier magna eſt fides tua.* Reuera magna, maior
q̄ Archiſynagogi. Matt. 9. qui dicit: Veni impone manū tuā
ſuper filiam meā & viuet. Hæc autē credidit Chriſtum in
abſentia poſſe ſanare filiā. Maior quàm Marthæ. Io. 11. Dñe
ſi fuiſſes hic, frater meus nō fuiſſet mortuus, &c. O magna
fides, non vidit mortuos ſuſcitatos, leproſos mundatos, nec
prophetas audiuit, nec ſcripturas legit. *Fiat tibi ſicut vis.* qua-
ſi diceret, Tua voluntas curat tuā filiā, eſto medica, iuxta
voluntatē tuā fiat tibi. Et in hoc verbo fiat, creauit deus cœ-
lū & terrā. O ſi volumus exaudiri, debemus habere proprie-
tates eiſdem mulieris. Primo, ſicut ipſa egreſſa eſt ſinibus
Chananæorū, ſic & tu de cōſuetudine peccati. Gen. 12. Egre-
dere de terra tua, i. de deſiderio terreno. Primo propter ſa-
mē. Aggæi 1. Comediſti & non eſtiſ ſaturati. Hierony. Vo-
luptas carnalis non ſatiat, & habetur. Lucæ 15. de filio pro-
digo. Secundo propter guerram. Et ſic Pfal. 10. Qui diligit
iniquitatem odit animā. Tob. 12. Qui faciunt iniquitatē ho-
ſtes ſunt animæ ſuæ. Et ſic faciunt guerrā cū Deo, quod eſt
difficile. Act. 9. Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.
Et ſic etiā cum Deo. Iſa. 59. Iniquitates veſtræ diſiſerunt

inter vos & deū vestrū. Tertio propter crudelitatem domino-
rum, s. peccatorū. Io. 8. Qui facit peccatum, seruus est pecca-
ti. Sic filij Israel de Aegypto. Item etiā egredi debemus de
finibus, i. occasione peccati, s. vitādo locū vt pater Gen.
39. de Ioseph qui non intrauit commodum domine. Dan. 13.
Ecce ostia pomerij clausa, &c. Tempus etiam & personam.
Gen. 19. Loth egressus de Sodomis, &c. Eccl. 13. c. Qui tangit
picē, inquinabitur ab ea. Eccl. 9. Cum saltatrice ne assiduus
esto. Item propriæ miseræ confessio filiam vexatam liberat.
Pl. 31. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meā do-
mino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Confitere quōd
Mammon te vexat, i. v. s. iura, & A smodeus, i. luxuria. Prouer.
28. Qui abscondit scelera sua non dirigitur, qui autē con-
fessus fuerit ea, misericordiam consequetur. Et sic tu. Secū-
do compassio filiz 2. ad Tim. 2. Si sustinebimus, conregnā-
bimus. Mar. 5. Beati misericordes, &c. Tertio magnitudo fi-
dei. Mar. 9. Omnia possibile sunt credenti. Ad Heb 4. A dea-
mus cum fiducia ad thronū gratiæ eius, vt misericordiā cō-
sequamur. Quarto humilitas orationis Eccl. 25. Oratio hu-
miliantis se, nubes penetrabit. Quinto perseverantia, nō se-
mel vel bis petere debemus, sed in omni tempore. Ideo dic-
cit Hier. Non incipisse sed perfecisse virtutis est. Et Irido.
Tunc placet deo nostra opera, quādo quod incipimus im-
plemus. Remig. Non inchoantibus, sed perseverantibus præ-
mium attribuitur. Moraliter, mulier est ratio superior siue
synderesis, filia eius est voluntas vel conscientia quæ vexa-
tur à dæmonio per diuersas tentationes. Rabanus: Si quis
habet conscientiam alicuius vitij sordē pollutā, habet fi-
liam à dæmonio malè vexatā. Vnde Aug. quærit quæ est ma-
ior pœna quā anima misera potest pati in mundo. Respon-
det idē super super Pl. Deus noster refugium & virtus. Inter
omnes tribulationes & turbationes animæ humanæ, nulla
est maior pœna quā conscientia delictis plenatibi sunt tribula-
tiones & turbationes. Ratio Irid. lib. 2. de summo bono, quæ
ybicunq; homo abierit, reatus suæ conscientiæ illū de dere-
linquit. Omnia potest homo fugere præter cor suū, à seipso
enim nō potest recedere. Greg. Quid prodest si omnes homi-
nes te excusant, & sola conscientia accusat? quia iā habes in-
fernū in te. Sap. 17. Timida nequitia dat testimoniū cōdēna-
tioni, Quid facies? vide exemplū in muliere Chanana: ipsa
enim mox ad medicū cucurrit. Et sic etiā tu. Eccl. 5. Ne tar-
des

des cōverti ad dominū, ne differas de die in diem vt faciūt
pigri dicentes, Cras, nam crastina dies nō est nostra: sed præ-
sens. Greg. Qui pœnitenti veniā spondit, diem crastinū nō
promisit. Impedit diabolus hominē, sicut tigridem venator
ponens speculum in via, sic diabolus obicit obstacula. Ber.
Qui hodie nō aptus est, cras minus aptus erit. Secūdo ipsa
de finibus illis egressa est, s. Tyri & Sidonis, i. à peccatis car-
nalibus & spiritalibus, & à finibus, i. circumstantiis. Genesis
39. sicut Loth de Sodomis. Et clamabat: Misere mei: quia filia si.
conscientia à dæmonio, i. à peccato male vexatur: quia rationis
lumen obnubilat, quia animæ pulchritudinem scædat, & cō-
scientiæ integritatem vulnerat. Sed diceret, quare mortale
peccatum dicitur esse dæmonium? Respondetur primò, pro-
pter grauitatem peccati, quia tantæ grauitatis est peccatū,
vt spiritum omni aère leuiorem in plumbi vertit grauita-
tem. Psal. 37. Sicut onus graue grauata sunt super me. Isa.
14. c. Quomodo cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris?
Secundo propter deformitatem, est enim tantæ deformi-
tatis, quæ conqueritur. Pl. 52. Abominabiles facti sunt in ini-
quitate. suis. Et Thren. 4. Quomodo obscuratum est aurum,
mutatus est color optimus. Ergo dicere debemus cum mu-
liere presententi, Misere mei domine fili Dauid. Necessariū
est peccatrici animæ cogitare de Dei misericordia ne despe-
ret. Nam multa faciunt peccatorem desperare. Primum est
peccatorum magnitudo. Et sic desperauit Cain. Gen. 4. Ma-
ior est iniquitas mea quā vt veniam merear. Contra quē
Bern. ait, Mentiris Cain, maior est Dei misericordia quā
quæuis nostra miseria. Psal. 35. Misericordia tua magna est
super me. Idem Pl. 18. Emundabor à delicto maximo. Nun-
quid magnū est filium Dei vulnerare vt fecit Longinus? &
tamen sibi est dimissum. Aug. Quid conuerso non ignosci-
tur, cum effusori sanguinis ignoscebatur? Bern. Misericor-
dia Dei est tam magna, quæ omnis nostra malitia est, sicut re-
spectu totius maris vna gutta. Secundum est peccatorum
multitudo. Prouer. 18. Peccator dum in profundum venerit
peccatorum, contēnit. Et sic Iudas qui prius occidit patrē
& matrem, & post hoc Christum tradidit. Sed recordare mi-
sericordiæ Dei quæ multiplicior est, Psal. 32. Misericordia
domini plena est terra. Recordare illud Matth. 18. quæ seruo
nequam dimisit decem millia talentorum. Recordare 2. Pa-
ralipom. vlt. Manassis qui ait: Peccaui super numerum arc-

næmaris. Recordare Magdalena, de qua Greg. Septem da-
monia habuit, i. vniuersis vitiis plena fuit. Attamen Luc. 7.
dicitur: Dimissa sunt ei peccata multa. Tertium est peccato-
rum turpitudine talis quæ etiam homo plerumque verecundatur
illa confiteri. De quibus ad Ephesios 4. Desperantes tradi-
derunt semetipsos in ignominiam impudicitiam, & operationem
immunditiam omnis. Nam quæ in occulto fiunt turpe dicere
est. Sed reminiscere misericordiam Dei. Isa. 1. Si fuerint pec-
cata vestra vt coccinum quasi nix dealbabuntur: & si fuerint
rubea vt vermiculus, velut lana dealbabuntur. Quartum est
diuturnitas temporis quæ homo diu iacuit in peccatis. Et sic
Pharao desperauit. Exo. 3. Sed contra hoc est misericordia
Dei quæ prompta est omni hora dimittere. Ezech. 18. In qua-
cunque hora peccator ingemuerit, &c. Aug. Ne temporis diu-
turnitas, nec vitæ breuitas, nec criminis qualitas vel quanti-
tas excludit a venia, si fuerit contritio perfecta & vera. Quin-
tum est reiteratio peccatorum. Multi enim dum se vident re-
cediuaire in peccatis, desperant, cogitantes illud ad Heb. 6. Im-
possibile est eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam
donum cælestis, & participes facti sunt spiritus sancti, &c. rur-
sum renouari ad penitentiam. Sed contra hoc recordare il-
lius misericordiam. Matt. 18. Non dico tibi septies, sed potius
septuagies septies, i. toties quoties, &c. Exemplum, Iacobus
de Vitriaco dicit: Quædam iuuenula occidit patrem & ma-
trem vt patet in sermonibus de tempore, in sermone huius
dominicæ. Ideo Glossa super Iosue 2. Paratus est Deus vt sal-
uet per clementiam quos non potest saluare per iustitiam.

DE EODEM, ENARRATIO XXII.

Miserere mei fili David. Matth. 15. & Mar. 7

Cum omni tempore pater misericordiarum miserator &
misericors dominus suam misericordiam paratus sit im-
pendere: non est mirum quin ipso tempore quo misereri su-
bito paratus est, & solet eius misericordia implorari: & ipsi
cuius misericordia plena est terra misericordiam petenti-
bus misericordiam beneficium debeat impartiri. Isidorus: Gra-
tia & misericordia Dei donum est per quod bonam voluntatis
est exitus, imo non respicit quales ante vixerimus, sed qua-
les circa finem vitæ erimus. Ille qui nos malos tolerat, non
dubium est quin conuersis clementer ignoscat. Sed inter mi-
sericordiam eius implorantes tales inveniuntur, quibus non
merito debeat denegare. Inter alia autem quatuor genera
nominum

nominum possumus assignare, qui Dei misericordiam possint
impetrare, videlicet Deum timentes, peccata sua humiliter
confitentes: de seipsis opera penitentiam iustitiam facientes:
& misericordiam proximis impendentes. Primi sunt Deum
timentes. Psal. 102. Quomodo miseretur pater filiorum, mi-
serus est dominus timentibus se. Attende quæ pater filium er-
rantem castigat & corripit. Psal. 88. Si iustitias meas propheta-
uerint, & mandata mea non custodierint, visitabo in vir-
ga iniquitates eorum, & in verberibus peccata: misericordiam
autem meam non dispergam ab ea. Et Habacuc 3. Cum ira
tus fueris, misericordiam memor eris. Bern. O bone Iesu, sen-
tio te iratum, spero te propitium, quia cum iratus fueris mise-
ricordiam recordaberis. Cunctis est hoc dicere: Hic vix, hic
seca vt misericordia consequatur. Psal. 102. Misericordia do-
mini ab æterno, & usque in æternum super timentes eum. Sed
tales qui sic timent Deum, misericordia eius indigni non
sunt, sed in futuro filium cum patre & spiritu sancto videbunt.
Ostendet semetipsum nobis filium sicut pollicitus est nobis,
non tantum in forma serui, sed etiam in forma Dei. Ostendet
nobis patrem & filium, & spiritum sanctum, sine quorum visione
nobis non sufficeret. Vnde Bein. In veritate didici nil ita ef-
ficax esse ad misericordiam Dei inueniendam, retinendam, &
recuperandam, quam si omni tempore inueniaris non so-
lum alta sapere, sed timere. Secundi sunt peccata sua humili-
ter confitentes. Prou. 28. Qui abscondit scelera sua non dirige-
tur, sed ad dominum, ad quem dirigitur verus confitens. Psal.
118. Confitebor tibi in directione cordis. Quod fit quando pen-
nitens illum solum attendit in confessione cui soli peccauit.
Iob 31. Si abscondi quasi homo vulnus peccati meum. Cum
enim peccatum sit sicut vulnus: vulnus peccati ostende coram
medico, scilicet sacerdote, vt dicit Greg. Si medicum expectas, oportet
vt vulnus detegas. Vulnere enim clauso plus cruciant,
sed dum putredo quæ intra latet eicitur, dolor ad sanandum
aperitur. Vnde dominus Luc. 15. Ite ostendite vos sacerdotibus.
Vbi ostendit quæ confessio debet esse accelerata: ibi, Ite
aperta, ibi, ostendite: de peccatis propriis, ibi, vos legitima, ibi,
sacerdotibus. Sequitur enim ibidem. Prou. 28. Qui autem con-
fessus fuerit & reliquerit ea, scilicet peccata, misericordiam conse-
quetur. Quantum autem misericordia Dei valeat peccatori-
bus cum confitentur, ostendit Bern. dicens: O res confusa, o res
monstruosa, peccator desperans de Dei misericordia, cum

omnia peccata originalia & venialia & mortalia ab origine
mūdi cōmissa sunt, quasi vna gutta aquæ cōtra pelagus to-
tius maris. Ecce quāta meretur qui humiliter cōstitetur.
Terrij sunt de se per pōnitentiæ opera iustitiam facientes.
Tob. 13. Facite iustitiā coram domino, credentes q̄ ipse fa-
ciet vobiscum misericordiā suam. Qualis autem sit iustitia
quam facere debemus vt misericordiā consequamur, bea-
tus Bern. designat, dicens, Iustitia, est animi nobilitas vni-
cuiq; tribuens propriam dignitatem: sibi metip̄i sanctimo-
niam, superiori reuerentiam, populo cōcordiam, inferiori
disciplinam, misero compassionem, & inimicis patientiam.
Et talibus ita iustitiam faciētibus dominus misericordiam
suam consolabiliter ostēdet. Vnde Aug. Felix homo cui do-
minus misericordiam suam ostēdet: ipse est qui superbit
non potest: quicquid enim ipse habet, ab illo habet, qui est
omne bonum nostrū: & cū viderit homo q̄ quicquid bo-
ni habet, non à se habere, sed à Deo suo, videt, quia totum
quod in ipso laudatur, de dei misericordia est, nō de meri-
tis suis, & vidēdo illa non superbit, superbiendo nō extollit
se, extollendo nō cadit, non cadēdo stat, stando in hærēdo, in-
hærēdo manet, perfruitur, & laudatur in domino Deo suo.
Quomodo autem veram iustitiam facere debeamus dicit
Apost. Rom. 6. Sicut exhibuistis membra vestra seruire im-
munditiæ & iniquitati: ita nunc ea exhibete seruire iustitiæ
in sanctificationē. Quartij sunt misericordiam proximis im-
pendentes. Eccl. 4. In iudicando esto pupillis misericors vt
pater: & sequitur: Et eris velut filius altissimi obediēs & mi-
serebitur tui. Gl. iure vicissitudinis. Qualē enim vis inueni-
re Deū, talē te inueniat proximus. 2. Reg. 1. Dixit Dauid ad
viros Iabes: Benedicti vos à domino qui fecistis misericor-
diā hanc cū domino meo Saul, & sepelivistis eū, & nūc qui-
dē retribuet vobis dominus misericordiā & veritatē. Matt.
5. Beati misericordes, quoniā ipsi misericordiā cōsequētur.
Ber. Beati illi qui in misericordia subveniūt miseris: quoniā
ita repēdetur eis, vt per misericordiā Dei ab omni miseria
liberentur. Quibus autē specialiter misericordia debeat ex-
hiberi, B. Ambr. ostēdit, dicens: Grandis culpæ est si fidelis
egeat, & ei misericordiā non exhibeas: Nam & iusto miseri-
cordia debetur. Vbi verò nō manifestatur persona, cogno-
scitur tamē tēpus vrgēs: largius se misericordia perfundere
debet. Itē Amb. Est etiā probāda liberalitas vt si proximos
sang

sanguinis tui egere videas vel cognoscas, illis tu ipse sube-
nias q̄b^o pl^o est pudor deposcere sumptū ab aliis. Itē nota q̄
quatuor sunt genera hominū, q̄ Dei misericordia meritis
suis exigētib^o nō sunt digni, videlicet luxuriosi carnis im-
mūditā se & aures, avari & cupidi immisericordes apud p̄xi-
mos existētes, supbi & elati de malis suis se iactātes, duri &
indeuoti pōnitere nolētes Primi sunt luxuriosi carnis im-
mūditā se & aures. De q̄b^o dicitur Iob 24. Ocul^o adulteri ob-
seruat caliginē, dicēs: Nō me videbit ocul^o & operiet vul-
tū suū: & pfodit in tenebris domos sicut in die cōdixerant
sibi: & ignorauerūt lucē, si subito apparuerit aurora arbi-
trātur vmbra mortis. Et sequitur: Ad nimium calorē transibit
ab aquis niuiū: & vsq; ad inferos peccatū illius, obliuiscat-
ur eius misericordia, dulcedo illius vermes, & non sit sine
recordatione. Et q̄ de luxurioso p̄dicta intelligantur, in-
nuitur vbi dicitur: Dulcedo illius vermes. potest etiā vermis
nomine carnis vocari, qui luxurioso & cuiuslibet dedito car-
ni dulcedo est. Et subdit glo. Ecce quā cæcus est qui vermes
ornat. Vnde dicit Greg. De luxuria cæcitas mētis, incōside-
ratio, incōstātia, p̄cipitatio, amor sine odiū, affectus p̄æ-
sentis seculi, horror & despectio futuri seculi generatur. Se-
cūdi sunt avari, cupidi immisericordes erga p̄ximos existē-
tes. Attēde q̄ de opib^o misericordiæ specialiter mētio fiet
in iudicio, q̄n dicit iudex: Esurivi & non dedistis mihi mā-
ducare, &c. Et ideo P sal. 111. In cūdus homo qui miseretur &
cōmodat, disponit sermones suos in iudicio. Et dicitur aua-
ro: Iudiciū sine misericordia fiet illi qui nō fecit miseri-
cordiam. Quomodo immisericordes sint avari Aug. de verbis
dñi dicit: Inexplicabilis est sola auaritia diuitū: semp rapis
& nūquā satiatur: nec Deum timet, nec homines reueretur,
nec matri parcat, nec patrē agnoscat, nec fratri obrepat, nec
amico fidē seruat, viduā opprimit pupillorū res inuadit, li-
beros in seruitutē reuocat, testimoniū falsū p̄fert, res defū-
cti mortui occupat. Nōne ipsi q̄ hoc faciūt moriūtur, & i-
deo omnes avari qui hoc faciūt in die iudicij nullā miseri-
cordiā cōsequētur. Et ideo P sal. 40. Beat^o qui intelligit sup
egenū & pauperē. &c. Qui enim misericorditer miseretur
paupis, beat^o erit. Pro. 22. Qui sequitur misericordiam, in-
ueniet vitā, iustitiā & gloriā Ber. Verē beatus qui intelligit
super egenū & pauperē, & nō super cupidū: sed super pau-
perem qui inuitē & verecūde accipit: & accipiēs glorificat
patrem

patrē suū qui in cœlis est. Tertij sunt superbi de malis suis se iactātes quod pessimū est. Sed exiguo & humili cōceditur misericordia. Sap. 6. Præ supbia corū nō est miserus totā gētē & excellentē in peccatis suis. Et gl. id est nō est miserus: quia supbiūt in peccatis suis & contēnūt iudiciū Dei. Et meritō sicut dicit Isid. Sicut supbia est origo omniū virtiorū: ita misericordia est origo omniū virtutū. Ipsa verō in peccatis prima: sed misericordia postrema. Quarti sunt duri & indeuoti de peccatis penitere nolētes, quod satis patet Ezec. 9. vbi dicitur: Signa Tau, sup frōtes virorū gemētū & dolētū, &c. Signū salutis poni præcipitur, s. quod habet similitudinē crucis, & significat pœnitētiā. De hac cruce dicit Aug. q̄ vita Christiani hominis si secūdū Euangeliū viuūt, crux & martyriū est. Qui autē hoc signū nō habēt sine misericordia puniri vidētur. Vnde sicut ibi dicitur: Signa Tau super frōtes virorū gemētū & dolētū, sup cūctis abominationib⁹ quæ sūt in medio eius, & seq̄tur: Transite p̄ ciuitates sequētes eū & pcutite: non parcat oculus vester neq; misereamini senē & adolescētulū: virginē ac mulierē, interficite vsq; ad internecionē: omne autē sup quē videritis Tau, nō occidatis, & à sanctuario meo incipite. i. à sacerdotibus & electis meis qui seruitores dñi esse debēt, & qui ad custodiam sanctuarij sunt deputati. Et quōd senem non excusat ratio senectutis: nec adolescentem ratio ætatis. Si tamē peruenerit ad annos discretionis: nec virginem ratio integritatis, nec mulierē ratio sexus. Quia secūdū Hie. ibidē, p̄ hoc datur intelligi, quōd nullus peccatorū nisi in cruce & in signaculo Christi potest saluari, quia inquit, Omnes isti pereunt, si absq; Christi signaculo se aliqd esse credunt.

DE EODEM. ENARRATIO XXIII.

Sanata est filia eius ex illa hora. Matth. 15. & Marc. 7.

Sciendū pro doctrina. Per hanc mulierē debemus intelligere peccatorē. Et meritō: quia initiū peccati mulier. Eccl. 25. A muliere initiū factū est peccati. Qui habet filiā vnica infirmā, id est animā languentē in peccatis: & vexatā à dæmonio, id est peccato. Et multis modis sanatur infirmitas corporalis: sic & spiritalis. Primo sanatur quis sudore cōtritionis prauū humorē peccati expellētis. Nā volēs habere sudorē corporalē primo tegit se lecto, secūdo apponit se igni. Et sic tu age spiritaliter vt possis habere sudorē cōtritionis: tege te lecto mortis. Eccl. 41. cap. O mors quā

amara

amara est memoria tua. & Eccl. 7. ca. Memorare nouissima tua & in aternū nō peccabis, quasi dicat, dolebis cum vera contritione. Secūdo appone te igni, id est recordare iudicij & aternæ dānationis in meditatione. Vnde Psal. 38. In meditatione mea ardescit ignis. Ex quo causatur sudor cōtritionis lachrymarū. Quid est lachryma cōtritionis, nisi quidam sudor cōtritionis quo repellitur ægritudo mētis & sanatur: Vnde Psal. 146. Qui sanat cōtritos corde, &c. Ex hoc sudore lachrymarū sanatus est Ezechias rex, 4. Reg. 20. Cui ægrotati ad mortē nūtiatū est quōd disponderet domū suā, quia moreretur: qui conuertit faciē suā ad parietē, & fleuit amarē: sed per Isaiā missum à domino reuocata est nūciatio dicēs: Vidi lachrymam tuā & sanauit te. Et spiritaliter per Ezechia intelligitur quilibet peccator qui est rex operū suorū. Si infirmatur in peccato: debet se cōuertere ad parietē, id est ad recordationē peccatorū quæ diuidunt peccatorē à Deo, vt paries vicinos segregat. Vnde Isa. 59. Iniquitates vestræ diuiserūt inter vos & Deū, &c. Et postquā cōuerterit se ad parietē, id est recordatur peccatorū suorū debet flere, & sic sanabitur. Et sic sanata est Maria Magdalena quæ vexabatur à septē dæmonibus, vbi per lachrymas quibus lauit domini pedes sanata est, Lucæ septimo. Secūdo sanatur quis corporaliter minutione, vbi emittitur malus sanguis. Et sic si vis sanari spiritaliter debes emittere in confessione malū sanguinē, id est peccatū. Vnde Psal. 50. Libera me de sanguinibus. Glosa, id est de peccatis. Vnde sicut malus sanguis corrūpit corpus: & sic peccatū corrūpit animā. Vena autē per quā debet exire iste sanguis peccati, est os pœnitētis. Prou. 10. Vena vitæ est os iusti, nā per os tāquā per venā debet emitti sanguis peccati. Sed heu, aliqui emittūt bonū sanguinē, & malū abscondūt, hoc est q̄ se excusant in confessione, sicut pharisæus, Luc. 18. Ieiunabis in sabbatho, &c. Non sum sicut cæteri hominū. Tales nō sanātur: sed debilitātur. Nā iste descendit in domū suam iniustificatus. Sed aliqui nimis diu tardāt cū minutione, & sic diuersas incurrūt infirmitates. Et sic spiritaliter est cū cōfessione. Vnde Greg. Peccatū quod per pœnitētiā non abluatur, mox suo pondere ad aliud trahit. Vnde cū infirmitas obrinetur, tunc sanitas protrahitur. Prou. 28. Qui abscondit scelera sua, nō dirigitur: sed qui cōfessus fuerit & reliquerit ea, misericordiā cōsequetur, vt dicit Dauid. Psal.

31. Iniustitiam meam non abscondi, &c. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, &c. Tertio sanatur quis per dietam ieiunij. Eccle. 37. In multis escis erit infirmitas, &c. Et qui abstinens est adiiciet vitam. Vnde regula medicinalis: Abstinencia est optima medicina. Nam volens expugnare castrum facit hoc per famem, & sic tu. Castrum enim repletum cibariis difficile expugnatur. Et sic anima repleta peccatis difficile curatur. Eccl. 37. Propter crapulam multi perierunt. Ad hoc sonat illud proverbium: Ainus repletus cupit choream. 1. Cor. 10. Omnis qui in agone contendit ab omnibus se abstinere. Quarto sanatur quis per incisionem, ut in membris corruptis quae alia inficiunt. Et sic a pravo consortio. Psal. 17. Cum sancto sanctus eris, &c. Figuratur Marc. 7. in surdo & muto qui eiectus de turris sanabatur. Et Mat. 9. in filia principis cum eiecta esset turba de domo, eam sanauit Prou. 1. Prohibe pedem tuum a semitis impiorum. Quinto sanatur quis per combustionem ferri, i. verbi Dei. Psal. 118. Ignitum eloquium tuum vehementer, &c. Iere. 33. Nunquid non verba mea sunt quasi ignis ardens? Sapi. 16. capit. Non herba neque malagma, sed sermo tuus domine sanat omnia Prouer. 4. Filii ausculta sermones meos, &c. vita enim est inuenientibus ea, &c. vniuersae carni sanitas. Psal. 16. Misit verbum suum & sanauit eos, &c.

DE EODEM, ENARRATIO XXIIII.

Dimitte eam, quia clamat post nos. Matth. 15

Clamor orationis optimus est nuntius ad aures Dei. Psal. 17. Clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius. Voces valentiores apud serenissimas aures Dei faciunt non verba nostra, sed desideria. Sunt autem quatuor quae faciunt hominem clamare, aqua, ignis, gladius, bestia. Sic & nos clamare debemus propter aquam & tempestatem spiritualem, propter ignem aeternalem, propter gladium iudiciale, propter bestiam infernalem, scilicet diabolum. De primo Ionae 1. Mare ibat & intumescebat super eos, & clamauerunt ad Deum, & dixerunt: Quasumus domine ne pereamus in anima viri istius, &c. Quid est fluxus praesentis miseriae, nisi mare vel aqua, vbi tempestatibus re:ationum & tribulationum anima periclitatur, imò peccando submergitur. Ideo in orationibus sic clamandum est quasi homo iam submergi timeret, sicut de Petro dicitur Matthaei 14. Cum coepisset mergi clamauit dicens: Domine saluum me fac. Et Matthaei 8. capit. Domine salua nos, perimus

perimus. Viratum dictum est: Qui nescit orare, ascendat mare. Et certe periculosus mare est in quo anima, quam in quo corpus submergitur. Et ideo magis clamandum est. Psal. 68. Veni in altitudinem maris: & tempestas demersit me, laboravi clamans raucae, fractae sunt fauces meae. Vnde dicit August. Vt liberemur, clamemus ne forte in pressuris consentiamus iniquitati, & irrecuperabiliter absorbeamur. De secundo Iohannis primo capit. Ad te domine clamabo: quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis. Speciosa deserti, id est huius mundi sunt nobilitas, potentia, gloria, iuuentus, pulchritudo & huiusmodi. O quot nobiles & potentes & gulosos & iuuenes & pulchras mulieres & viros iam comedit ignis inferni per duo vel tria, vel quatuor, vel quinque vel sex millia annorum. Et non solum tales, imò omnia ligna regionis, id est quoslibet alios peccatores. Deuterono. 32. Ignis succensus est in furore meo & ardebit usque ad inferni nouissima. Ideo clamandum est in oratione. Vnde verus apud Poëtam:

Tum tua res agitur, paries cum proximus ardet.

Iam enim si proximus paries, scilicet maritus, vel vxor, vel pater vel mater, vel frater, vel soror, vel alius proximus tuus forte per annum, vel per quatuor, triginta vel quadraginta annos non times, nonne clamas? & forte pro eisdem bonis ardet pater tuus quae tu habes, & pro eisdem tu cum eo ardebis. Nonne clamas? Flamma vero succendens ligna est illa de qua Lucae 16. Crucior in hac flamma. Clama miser peccator & aquam lachrymarum funde, ut ignem non solum gehennae sed & culpae tibi extinguas. Isido. Dei seruies quoties aliquo tangitur vitio, toties ad orationem se fulcit: quia frequens oratio vitiorum impugnationem extinguit. De tertio dicit Ezech. 21. Iste exacutus est gladius, & iste limatus est, in manu interficientis Christi. Clama & vlula fili hominis, &c. Iste gladius est sententia damnationis: quae non solum acutus, sed exacutus est, ut per ipsum non solum corpus, sed etiam anima feriat: limatus & splendens est, ut ab omnibus videatur. In manu interficientis est, ut promptus habeatur. Deuteronom. 32. Si acuerio ut fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea, reddam ultionem hostibus meis, & his qui oderunt me, retribuam. Promptus enim est, non solum in iudicio

in iudicio, sed etiā in morte peccatoris. Vnde omni hora timēdus est. Ideo in oratione clamādū est, ac si iā gladio perfodi deberes. Iere. 26. Ululate pastores & clamate & affigite vos cineres: quia cōpleti sunt dies vt interficiamini. Clamate in cinere futuros vos cineres cōsiderātes. Hoc etiā dicitur Ionā 3. q̄ rex Niniue sedit in cinere: & homines & iumenta nihil gustātes saccis operiebātur, vt clamaret ad dominū in fortitudine. De quāto Psal. 56. Clamabo ad dñm altissimi q̄ bene fecit mihi, &c. Et sequitur ibidē: Et eripuit animā meā de medio catulorū leonū, &c. O si te iā leo vel vrsus vel lupus, vel serpens inuaderet, quomodo clamares: quāto magis clamādū est, cōtra diabolū leone fortiorē. 1. Pet. 5. Tāquā leo rugiēs circuit, querēs quē deuoret. Necessarius autē est clamor orationis cōtra diabolū. Ideo Chrysost. Oratio iugis infirmitas est hostis: ipse cōtra se tela ministrat qui hostē precū inflātia nō fatigat. Vnde & Tobias clamauit cū eū inuaderet piscis, id est diabolus, vt dicitur Tob. 4. Expauescēs Tobias clamauit voce magna, dicens: Domine inuadit me piscis. Sic clamat quē piscis iste inuadit, id est diabolus tentādo: multo magis clament qui in ventre huius piscis sunt, malē, scilicet viuendo. Ionā 2. Clamaui ad deum de tribulatione mea, & exaudiuit me de ventre inferni: clamaui & exaudiisti vocem meam.

DE EODEM, ENARRATIO XXV.

Dimitte eam, quia clamabat post nos. Matth. 15.

Ecce mulier ista multū clamando multos mouit ad intercedendū. Nos quoque orādo multū clamabimus, si multitudinē impedimentorū, inimicorū, intercessorum, necessariorū consideramus. Clamare ergo debemus vt impedimenta deponamus: vt inimicos confundamus: vt intercessores moueamus: vt necessaria obtineamus. De primo habetur Luc. 18. Qui praeibat increpabat eū vt taceret, &c. Turbā increpātes sunt cogitationes & phantasiae orationes impediētes. Magis autem impedit clamorem orationis elongatio clamātis. Tāto autem homo à Deo longius, quāto in vitis profundius. Et ideo in persona profundi peccatoris ait. Psal. 58. Infixus sum in limo, & non est substantia: laboraui clamans, &c. Aug. debet vnusquisque nostrum videre in quo profundo sit de quo clamat ad dominum. Clamauit enim de profundo Ionas in ventre ceti. Meli⁹ est nūc poenitēdo clamare de profundo peccati salu-

briter

briter. Psal. 129. De profundis clamaui ad te dñe, &c. q̄ de profundo inferni inutiliter: sicut diues in inferno sepultus. Lu. 16. clamās dixit, Pater Abraham mitte Lazarū, &c. De secūdo dicitur 1. Mach. 4. Ne timueritis multitudinē eorū ne forte formidetis, vsque clamemus in caelū & miserebitur nostri dñs, &c. Et valde clamādū est, propter tentationis impetū & formidinē, & propter tentantiū multitudinē. Non enim habes tot capillos in capite, quot anima inimicos. Vnde Psal. Laboraui clamans rauce, &c. vsquequo multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderūt me gratis? Si enim le- gio dæmonū vexauit vnū hominē corporaliter, sicut dicitur Luc. 8. quid ergo erit animæ quā plures persequuntur? Clamore ergo orationis fugandi sunt. Legitur enim Iudic. 7. q̄ per tubas sonantes & per fractas lagenas hostes fugabantur. In confractiōne lagenarū datur intelligi mortificatio corporū. In tubis verō orationes significātur. Tuba em̄ in vno sine flatū recipit, & in alio sonū reddit: sic & orationis flatus fit in mundo, sed sonus auditur in caelis. Gregor. Magna virtus orationis quæ effusa in terris in celo operatur. Sic ergo oratione & mortificatione confunditur diabolus. Matth. 17. Hoc genus nō eiicitur nisi per orationē & ieiuniū. De tertio dicitur q̄ Chananea tam diu clamauit donec apostolos intercessores habuit. Hoc etiā figuratum est Hester 4. vbi dicitur q̄ scindens Mardocheus vestimēta sua indutus est sacco spargens cinerē capiti, & in platea medietatis ciuitatis voce magna clamaui: & hoc eiulatu vsq; ad fores palatij venit, sic nostra vestis veteris consuetudinis debet scindi: & post hoc sacco poenitētiæ nos debemus indui, & cinerē memoriæ mortis mēte spargi. Ecc. 15. In medio ecclesie aperuit os eius, &c. vsq; ad fores palatij celestis regni. Tāto debet clamare anima tua, vt angeli, virgines, martyres, apostoli audiāt, & etiā dño dicant, Dimitte eā quia clamauit post nos. Et forte secūda Hester, i. Maria mouebitur ad intercedendū si audit clamorē tuū. Ber. Mariā cogita, Mariam inuoca, non recedat ab ore tuo, non recedat à corde tuo: & vt impetres orationis suffragiū, non deseras conuersatiōis exemplū. De quarto nota, q̄ clamare debemus sicut mendicus de subuentione. Psal. 33. Iste pauper clamauit ad dñm: & de omnibus tribulationibus saluauit eū. Et Psal. 9. Non est oblitus clamorem pauperū. Et sicut infirmus pro sanatione. Psal. 29. Domine Deus clamaui ad te & sanasti me. Sicut

Quadrag. Theol.

L

cæcus pro illuminatione. Luc. 18. Cæcus autē multo magis clamauit: Fili David miserere mei. Et sicut dæmoniacus pro liberatione, sic hæc Chananaea clamauit. Et sicut tribulatus pro cōsolatione. Ps. 106. Clamauerunt ad dñm cū tribularentur, & de necessitatibus eorū eripuit eos. Et sicut mortuus pro euasione. Dan. 13. Exclamauit voce magna Susanna & dixit, Dñe Deus eterne, &c. Ciama ergo miser peccator pro tantis necessitatibus ad Deū. Sed certe sicut lingua serpentis sibilare potest, clamare autem non potest, ita lingua venenata orationis non clamor orantis, sed sibilus serpentis apud Deum. Hier. Nescio qua conscientia ea lingua quis deum rogat, qua mentitur aut maledicit aut detrahit, nam labia, scilicet sanctā tantum exaudit Deus.

DE EODEM. ENAR. XXVI. DE EPISTOLA.

Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra. Scribitur prima ad Thess. 4.
Crudelis hostis capta ciuitate vi ipsam destruit & oēs munitiones ipsius ne amplius resistere valeat. Spiritua liter, Diabolus est crudelissimus hostis, nam si contra animam potest habere victoriā, ad illū intrans omnes virtutes surripit & exterminat muros, i. sensus & cogitationes, vt bruta infernalina ingredi & egredi valeant, & ibidē pascantur. Figuratur 4. Reg. 25. vbi legitur: Nabuzardan princeps exercitus Babylonis, vi obtenta Ierusalem expoliavit templum, & abstulit inde candelabrū luminis, altare aureū, mensam propositionis, coronā faciei, vasa templi, & vasa incensii, & vasa sacrificij, & vestes sacerdotales. Et postmodum omni spurcicia templū repleuit. Spiritualiter, sic diabolus vincens animā intrat templum cordis, & primo extinguit candelabrum luminis, i. excæcat iudiciū rationis. Secundo subtrahit altare aureū, i. charitatē. Tertio mensam propositionis euertit, per quam verba dei & prædicationes designantur, quia verbum dei spiritualis cibus est animæ. Quarto remouet coronā faciei templi, i. auferit verecundiam peccandi. Quinto destruit vasa incensii, i. deuotas orationes. Sexto vastat vasa sacrificij, i. puertit cor & oculos, ne ibi videatur lachrymarum contritio per quā Deo fit sacrificium acceptum. Vltimo lacerat vestem sacerdotalem, i. vestem innocentie per prauam voluntatem. His igitur expoliatus homo qui prius erat templum dei, efficitur stabulum brutorum, i. dæmonum & omnium vitiorum. Vnde Aug. in soliloquijs: Ipsi, inquit, videntes me sine te despexerunt me, diui

diuiferunt sibi vestimenta mea quibus honoraueras me, fecerunt sibi viam per me, sub pedibus suis conculcauerunt me, & polluerunt tēplum sanctū tuū, s. per prauā voluntatē. Cui resistere debemus & implere voluntatē Dei, de qua dicit thema, *Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra.* In summa epistolæ duo innuuntur. Primo docet nos tenere veritatis viā, ibi, *Rogamus.* Secundo docet nos habere mentis mūditiā. De primo dicitur: *Frates rogamus & obsecramus vos.* Apost. scripsit illam epist. Thessalonicensibus: & Thessalonica erat ciuitas metropolis in Macedonia, quæ est quedā pars Græciæ. Et apostolus multum laborauit cum lociis suis ad conuersionem eorum, s. cum Siluano & Timotheo. Ideo hortatur ne falsos apostolos suscipiat in domino Iesu per amore eius: *vt quæ admodum accepistis à nobis, s. verbo & exēplo, quomodo oportet vos ambulare: s. in via morū, & viuere spiritualiter, & placere Deo, s. per bona opera.* De quo dicit magister in gl. Ille Deo placet qui fidem reā quā habet, executione virtutū & perfectæ operationis decorat. *Sic & ambulatis & abus deus magis, i. magis ac magis crescatis in bonis operibus:* quæ secundum Greg. In via Dei non progredi est regredi. Vnde B. Aug. dicit, Summa perfectio Christianæ religionis est, vt quantumcunq; homo in hac vita proficiat, semper deficere se putet. Cuius causam assignat Leo papa dicens, Nam qui æstimat se ad hoc peruenisse quod cupit, non quæ sita reperit, sed in acquisitione deficit. Ex hoc patet error illorum qui dicunt, q̄ homo in presenti vita potest tantum culmen perfectionis attingere quod amplius in gratia & charitate proficere non potest, quod reprobat in clemētina de Her. ca. ad nostrum. Sed dices, an progredi sit homini necessarium ad salutem? Respondetur quod non, quia tunc multi homines non saluarentur qui semper in vno statu sunt bonæ consuetudinis: puta qui in eisdē orationibus & elemosynis vitā continuant. Sed continuus profectus necessarius est homini quantum ad desiderū, non autē quantum ad opera exteriora. Quod sic patet: Quilibet enim in hac vita quā tumcunq; sanctus dicere debet cum propheta, Nunc cepi. Luc. 17. Si feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite serui inutiles sumus. Greg. Hæc perfectorum summa est iustitia vt se nunquā perfectos credant, ne ibi dissidendi incidant in periculū, vbi proficiēdi deponāt appetitū. Ideo abūdetis magis scilicet in desiderio, non autem oportet in operis

exercitio. Subdit. *Scitis enim quae praecepta dederim vobis.* Hugo, Si deficiant vires ad opus, attamen voluntatem & affectum adhibeamus. In summa epistola duo innuuntur. Primo docet nos habere metis munditiam, ibi, *Haec est voluntas Dei sanctificatio vestra.* Secundo prohibet tria vitia, ibi, *ut abstineatis a fornicatione.* &c. De primo dicit, *Haec est voluntas Dei sanctificatio vestra.* i. munditia. Leu. 11. Sancti estote, i. mundi, quoniam ego sanctus sum. Psal. 100. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabit. Quod autem non vult immundos in ministerio suo habere, patet in Oza, 2. Reg. 6. qui cum tenere vellet arcam domini dum declinaret de curru cecidit & expiravit, dicitur Iudaei quia ea nocte cum uxore sua dormierat: Idcirco opus est habere conscientiam mundam. Nam dicitur Eccles. 10. Sicut princeps populi, sic etiam ministri eius. Sed princeps noster candor est lucis aeternae, idcirco voluntas eius requirit in nobis sanctitatem. Nam anima nostra est templum dei, & nisi templum istud mundum sit, dominus in eo non habitat. 1. ad Corin. 3. Nescitis quia templum dei estis vos, & spiritus habitat in vobis? Si quis autem templum dei violauerit, disperdet illum dominus. Bernardus. Balsamus est gratia dei, ideo vas purum requirit. Sap. 1. Non habitat in corpore subdito peccatis. Sciendum tamen quod conscientiam nostram mundare debemus tribus modis. Primo per verbum dei. Ioan. 15. Iam vos mundi estis propter sermonem meum quem locutus sum vobis. Et ideo sacra scriptura significatur per labrum, de quo Exo. 38. quod habebat specula exterius, in quibus qui intrabant in tabernaculum immunditiam suam videre poterant, & intus aqua qua lauebantur. Ideo Io. 17. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Saepe enim contingit quod peccator audit unum verbum in sermone de quo tantam capit contritionem, quod si haberet mille peccata mortalia dominus dimitteret sibi omnia. Exemplum legitur, Paulus i. eremita vidit homines intrantes ecclesiam, inter quos vidit unum nigrum & tenebrosum sicut carbo, & daemones ducebant eum catenatum & vinctum gaudentes, & saltantes, & angeli sequebantur tristes & flentes. Cumque daret se ad orationem & staret pro eo quod viderat, surgens ab oratione vidit eum clarum & pulchrum & solutum, & angelos circa eum letantes & daemones remotos, confusos & flentes. Et reuelatum est ei ab angelo quod ille peccator verbo Dei in ecclesia auditu contritus est, & per consequens mundatus ab omni peccato. Secundo mundatur per confessionem. Vnde 1. Io. 1. Si confit

confiteamur peccata nostra, fidelis est, & iustus ut remittat nobis ea, & emundet nos ab omni iniquitate, & sic per confessionem peccati expellitur diabolus iuxta illud Lu. 11. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quae possidet, si autem fortior eo superueniens vicerit eum, inuersa arma eius auferet, &c. Quod figuratur 1. Mach. 4. Iudas mundauit templum a gentibus inquinatum. Spiritualmente, Iudas confitens interpretatur. Nam ubi frequens confessio, ibi decor & pulchritudo. Tertio mundatur per eleemosynarum largitionem. Luc. 11. Date eleemosynam, & omnia munda vobis erunt. Et Augustinus. Misericordiae medicina tollit peccata maxima. Exemplum in Petro Telonario, require in Vitis patrum. Item sciendum praeter hanc voluntatem adhuc multiplex est voluntas dei. Prima est, ut a peccato conuertamur. Eze. 18. Numquid voluntatis meae est mors impij dicit dominus, non sed magis ut conuertatur & viuat, quasi diceret, Nolo mortem peccatoris, sed volo magis ut conuertatur & viuat. Augustinus. Erubescat humana pigritia, plus vult ille misereri, quam nos a miseria liberari. Ergo deus peccata hominum dissimulat propter poenitentiam. Quia voluntas dei est, ut peccator conuertatur & viuat, & ideo expectat. Vnde Graecus. Quisquid viuit & delinquit, idcirco miseratio diuina eum tolerat ut ab iniquitate se conuertat. Vnde Bernardus. Miseratio tua domine quo poterit explicari sermone? quam benignus, quam liberalis, quam gratuitus fueris, ego peccabam & tu dissimulabas, ego a sceleribus non continebam, & tu a verberibus continebas: ego prolongaui multo tempore iniquitatem, & tu domine prolongabas tuam pietatem. Secunda voluntas dei est, ut in bono proficiamus. Vnde Augustinus dicit, Summa perfectio Christianae religionis est, ut quantum homo in hac proficiat, intantum se deficere putare debeat. Et ratio huius est, quia status praesentis vitae est quaedam via qua ad patriam pergimus, ut dicit Graecus. sed via nunquam perficitur nisi ad pro termino. Hinc est quod torus terminus praesentis vitae debet esse in proficiendo & non deficiendo. Ad quod hortamur, 1. Petri. 2. Sic est voluntas dei ut benefacientes sitis, i. ut bona opera faciatis. Illa enim duo sibi inuicem commitari debent, scilicet ut malum relinquamus & bonum faciamus. Vnde Psal. 36. Declina a malo, & fac bonum. Et Isa. 1. Quiescite peruersum agere, & discite benefacere. Quia non sufficit ad vitam aeternam ut malum relinquamus, nisi etiam bonum faciamus, ut patet de seruo inutili, Mat. 25. cui dictum est. Inutile seruum eicite in tenebras exteriores, &c.

Tertia voluntas dei est vt misericordes simus. Mat. 9. Misere cordiã volo & nõ sacrificiũ. Prou. 31. Facere misericordiam & iudiciũ magis placet deo q̃ sacrificiũ. Et si homo non haberet in eleemosynarũ largitione, sufficeret in proximorum cõpassione, vt Iob, qui cum omnia sua perdidisset, & nõ haberet vnde pauperibus subueniret, cõpatiebatur eis & flebat, Iob 30. Flebã quondã super eo, qui afflictus erat & cõpatiebatur anima mea pauperi. Ideo cõmendauit eum dñs dicens Iob primo: Nunquid considerasti seruũ meũ Iob q̃ non sit ei similis in terra? Greg. Plus est compassio q̃ datum. Nunquã enim qui verè comparitur, quod necessarium est proximo negat. Qui enim de corde comparitur pauperi de seipso dat nõ de suis bonis. Gre. Exteriora largiẽs rẽ extra seipsum prãbet, qui autẽ fletũ ex cõpassione prãbet proximo suo, aliquid de seipso dat. Quarta voluntas dei est vt in bonis operibus perseueremus, Io. 16. Hęc est voluntas eius qui misit me patris, vt omne quod dedit mihi nõ perdã ex eo. Sola perseuerãtia facit vt homo nõ tardet. Vnde Mat. 10. Qui perseuerauerit vsq; in finẽ hic saluus erit. Ihd. Tũc placeat Deo opera nostra, quando bonũ quod inchoamus sine perseueranti implemus. Itẽ sciendum qui impleuerit istas voluntates dñi multas recipiet utilitates. Prima utilitas, q̃ amicus dei efficitur. Seneca, Idẽ velle idẽ nolle, vera amicitia est. Secũda in suis orationibus exauditur. Ioã. 9. Si quis Dei cultor est & voluntatem eius facit, hunc deus exaudit. Sicut patet in apostolis & aliis sanctis. Ideo 2. Mach. 1. Det vobis cor omnibus vt colatis eum, & faciatis eius voluntatẽ. Et statim sequitur, Exaudiat orationes vestras & reconcilietur vobis, nec vos deserat in tẽpore malo. Si ergo fecerimus eius voluntatẽ nos ad eũ conuertẽdo, ipse exaudiet nostras oratiões culpã remittẽdo, sicut patet in filio pdigo. Lu. 15. q̃ reuersus ad patrẽ rogauit vt reciperet eũ in filium. 1. Io. 5. Quodcũq; petieritis secũdũ eius voluntatem exaudiet vos. Et Gre. Quid mirũ si postulãtes tardẽ exaudimur: q̃ prẽcipientẽ dãm audim⁹ tardẽ aut nullo modo. Tertia utilitas, in pace eius cõformatur. Lu. 2. c. In terra pax hominib⁹ bonẽ voluntatis. Nã q̃ nõ cõformat voluntatẽ suã voluntati dei: pacẽ perfẽctã nõ habet. Iob 6. Quis restitit ei & pacem habuit: quasi diceret, nullus. Sed q̃ omnia vult quẽ deus vult, pacẽ habere potest. Sicut enim deus omnia quẽcũq; voluit fecit: sic quasi omnia sũt quẽ talis vult, vt legitur in exẽplo
secun

secũdũ quod quidã respõdit quibusdã admirãtib⁹ de fertilitate agrorũ & vinearũ suarũ. Nõ mirũ, inquit, cum semper habeã tale tẽpus quale volo. Et cum mirarentur super eius respõsione & quærerẽt virũ, vtrũ haberet alterius modi tẽpus, quã alij homines, respõdit: Nunquã volo tempus aliud esse nisi quale deus vult: & tale necessariũ est. Quarta est remuneratio ad suã voluntatẽ. Dicit enim Deus seruientibus sibi: Si serueris mihi ad meã voluntatẽ, remunerabo te ad tuam voluntatẽ. Mat. 7. c. Nõ omnis qui dicit mihi domine domine, &c. sed qui facit voluntatẽ patris mei, &c. Psal. 79. Tenuisti manum dexterã meã & in voluntate tua deduxisti me: & eũ gloria suscepisti me. Ille verò qui vult facere voluntatẽ suã sibiip̃sũ seruire videtur. Nõ ergo à Deo mercedem requirit, sed à seipso. Vnde Osee 10. Confusio Effraim capiet: & cõfundetur Israel in voluntate sua. Dixi secũdũ prohibet tria vitia. Primò luxuriam, dicens: *Abstineam⁹ vos à fornicatione.* Quod potest intelligi de carnali vel spiritali fornicatione. Fornicatio spiritalis est omne peccatũ mortale. Aug. Omnis anima autẽ est Christi spõsa aut diaboli adultera: vã animã quẽ spõsum legitimũ & speciosum forma prẽfiliis hominũ nobilissimũ & ditissimũ reliquit pro adultero leproso vilissimo, turpissimo & pauperrimo diabolo. Sed fornicationẽ carnalẽ etiã prohibet: cum subdit. *Vnusquisque sicut vas suum possidere in sanctificationẽ.* i. in macerationem, itaq; nõ lasciuat. Pro quo sciendũ, duobus modis homo maculatur luxuriã vitio. Primò circa vsum illiciti sicut est in fornicatione. Secũdò circa immoderatum vel inordinatum vsum liciti, sicut est in propria vxore. Et idcirco primo phibet fornicationẽ cum dicit: *Abstineam⁹ vos à fornicatione.* Fornicatio est omnis vsum carnalis cõmixtionis prãter legitimũ cõcubitum. Vnde fornicari est foras nidũ cadere. Nidus cõiugatorũ est matrimoniũ, à quo mox vt cadit homo, deuoratur à diabolo. Vnde Prou. 27. Sicut auis transgrediẽs denudo suo: sic vir qui reliquit locũ suũ. Vitãda autẽ est fornicatio propter tria. Primò propter lucrũ diaboli. Secũdo propter cõtempũ dei. Tertiò propter immunditiã sui: in nullo peccato tantũ lucratur diabolus & pro tã vili foro, sicut in illo qui hic binos & binos deuorat. Prou. 6. Pretiũ scorti vix vnus est panis: q̃ a fatua mulier illo pretio dat corpus fornicatori: & animã diabolo, cui non daret forulares suos dudũ ruptos, nec solũ animã suã tradit diabolo, sed etiã illius

miseri qui commiserunt ei. Vnde sequitur ulterius in textu iſ allegato: Mulier autē viri pretioſam animā capit. Item in nullo peccato cōtēnitur deus tantū, & pro tam vili re. Quia miser homo delectationē turpiū & viliū membrorū p̄ponit deliciis paradisi. Vnde Eccl. 11. Audiuit luxuriosus verbū & displicebat ei, & proiecit illud post dorsum suū. Et dominus Ezech. 23. Proieci ſi me post corpus tuū. Itē in nullo peccato sordēdatur tantū homo & tā turpi ſorde ſicut in fornicatione: q̄a nō ſolū animā maculat, ſed & corpus cōtaminat. Vnde 1. ad Cor. 6. Omne peccatū quodeūq; fecerit homo extra corpus est: qui autē fornicatur, in corpus suū peccat. Vbi dicit glosa: In fornicationis opere ſic totus homo abſorbetur à carne, vt iā dici nō poſſit ipſe carnalis: ſed ſimul totus homo dicitur caro. Itē propter p̄cā inflictā. Inn. in lib. de vilitate humanæ cōditionis: Luxuria omnem gratiam corrūpit, omnē ſenſum cōfundit, omnē ordinem ſoluit. Vnde fornicatio dicitur quaſi formæ necatio. Quia ſicut le proſus eiicitur à ciuitate & post mortē ruguriū eius cōburitur igne: ſic luxuriosus eiicitur ab electorū cōſortio, & corpus & anima æterno traditur incendio: nā ſicut hic aſit in culpa: ita ibi ſemper ardebit in p̄cā. Fornicatores em̄ magis ardebūt ſicut pater 1. Pet. 2. Nouit dñs pios de tētatione eripere: iniquos verò in die iudicij cruciādos reſeruare. Magis autē eos qui post carnē in cōcupiſcētia immūditia ambulat. Propter hoc Iſid. ait. Omnibus peccatis fornicatio maior est, fornicatio vniuerſa accēdit mala, vnde melius est mori quā fornicari. Secūdo prohibet immūditia in propria vxore, cū dicit: *Et ſciat unusquisq; vas ſuum*, i. vxorē ſuā poſſidere, quia mulier debet eſſe ſubiecta viro nō ecōuerſo. Vnde dominus Gen. 3. Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Et assignantur quinque rationes illius ſubiectionis ante peccatū, tres autē post peccatū. Prima ratio ante peccatum est, quia creata est post virū, aut quia vir p̄cipuus est, q̄a primus: Secūda quia propter virū creata est. Tertia quia de viro. De his habetur 1. Cor. 11. Quarta quia adducta ad virū non ecōuerſo. Quinta quia impoſuit ei nomen. Tres rationes post peccatū ſunt quia molliter locuta est cū ſerpēte, q̄a primo comedit de pomo vetito & porrexit ipſum viro, ſeducta est enim & ſeductit. Ideo in ſignū ſeductionis & ſubiectionis mulier velamē debet habere ſuper caput suū. 1. Cor. 11. Qualiter autē vir vxorem debeat poſſidere oſtēdit cū dicit:

ejt: In ſanctificationē abſtinēdo ab ea pro loco & tēpore ſicut apoſtolus docet 1. Cor. 7. Nolite fraudare inuicē niſi forte ex cōſenſu ad tēpus vt vacetis orationi, &c. Vnde Aug. Fruſtra veneratur Laurentium in craticula, qui volutatur in carnis laſcinia. Fruſtra veneratur feſtū Petri & Andree in cruce, qui amplexus exercet in voluptate. Vnde Vrias ait 2. Reg. 11. Arca dei habitat in papillione, & ſeruus dei mei manēt ſuper faciē terræ: & ego ingrediar in domū meā, vt comedā & bibā & dormiā cū vxore mea? Ideo ſubdit, *Et honore, ſ. mūdo ſecundū illud quod natura docet: nihil ſædum in vxore, ſi ordinatas delectationes quærere præter cōmunē modū quē ordinauit natura.* Vnde 1. Pet. 3. Viri ſimiliter cohabitātes ſecundū ſcientiā quaſi infirmiori vaſculo muliebri impartiētes honorē, tāquā cohæredib. gratiæ vitæ, vt nō impediat̄ orationes veſtræ. Itē nota q̄ actus cōiugalitatis multis ſit de cauſis. Aliquādo ſit cauſa prolis procreādæ ad cultum Dei: & ſic eſt meritorius. Aug. Cōiugalitatis cōcubitus generādi gratia nō habet culpā. Secūdo ſit cauſa vitādæ fornicationis in proximo: harū vna cauſa reſpicit ſeipſum, altera proximū. De primo 1. ad Cor. 7. Vxori vir debitū reddat, ſimiliter autē & vxor viro. Aug. Redde debitū, & pro ſanctificatione perfectā Deus tibi cōputabit. Si autē ſit cauſa vitandæ fornicationis in ſeipſo: tūc nō eſt meritorius boni, ſed vitatio mali. Veniale autē eſt propter bonum nuptiale. Alio modo ſit cauſa ſaturādæ libidinis, & ſic tūc eſt mortale. Vnde Philoſophus, Omnis vehemens amator propriæ vxoris adulter eſt. Hier. In matrimonio opera liberorum conſeſſa ſunt: voluptates autē quæ de meretriciū amplexibus capiuntur in vxore dānantur. Et hoc prohibet Apoſt. dicens: *Non in paſſione deſiderij ſicut & gentes quæ ignorant Deū.* Tob. 6. Hi qui cōiugiū ita ſuſcipiūt, vt Deū à ſua mēte excutiāt, & ſuę libidini ita vacent ſicut equus & mulus quib. nō eſt intellectus, habet poteſtatē dæmon ſuper eos. Tūc prohibet avariā dicens: *Et ne quis ſupergrediatur proximū, ſ. conculcando & aſſigendo ipſum ſicut milites, qui homines ſuis grauib. exactionib. opprimūt & aſſigunt, ſicut ſæpe ſit q̄ quicquid pauper per laborē & ſudorē acquiſiuit per annū ipſi nobiles in vna veſte vel in vno paleſtredo expendant, vel in vno prædio immoderatē cōſumāt: ſiue canib. & auibus ſuis diſtribuāt.* Ezech. 19. Factus eſt leo, & didicit capere prædā, & homines dēuorare: habent etiam leuculos ſuos, ſ. miniſtrales &

haliuos, qui ad modū sanguifuge sanguinē pauperū fugūt, & in finū dominorū euomunt. Mich. 7. Princeps postulat & iudex in iudicando est. Cōtra hos etiā clamat dominus Isa. 3. Quare attrēitis populum meū & facies pauperum cōmolitis? quia propter oppressiōnē pauperum tēdebat viuere sapientem, qui ait Eccl. 4. Verti me ad alia quæ sub sole gerūt, & vidi calumnias & lachrymas innocentium & confortem neminem: nec posse resistere corū violentiæ cōfectorum auxilio destitutos: & laudavi magis mortuos quā viuentes, &c. A talibus nec elemosynam debemus accipere. Vnde Hier. ait super Isa. 1. Principes tui socij furū, &c. Nos quoq; cauere debemus, ne ab illis accipiamus munera, qui de lachrymis pauperum congregant sibi diuitias. Tūc prohibet dolosam fraudē quæ species furti est, dicens: *Neque circumueniat in negotio fratrem suum*, sicut mercatores & artifices, qui in stateris, pōderibus & mensuris, & mēdaciis iniquis, per mendacia & iniurias multos homines decipiūt, cū tamen dñs præcepit Leu. 19. Statera iusta, & æqua sint pondera: iustus sit modius, æquūque sextarius. Item mentiuntur quādo asserūt rem vilē vel corruptā esse pretiosam & bonā: & exercent pro magna parte quicquid doli vel fraudis potest excogitari. Cōtra quos ait Isa. 5. c. Vx qui dicitis malum bonū, & bonū malū: sicut venditores ponētes tenebras lucē, & lucē tenebras: sicut illi qui tenebrosa loca eligūt, in quibus vendūt pānos vt defectus minimē appareant. Ideo meritō tanquam filij tenebrarum proiiciuntur in tenebras exteriores, ponentes amarū in dulce & dulce in amarum, sicut caupones. Ne ista leuia videantur, subdit: *Quoniam vindex est dominus*. Ad Rom. 12. Mihi vindictā & ego retribuam. Et Ps. 74. Cū accepero tēpus, ego iniustitias iudicabo. Eccl. 5. Deus enim vindicās vindicabit. Ber. Quid faciet de iniustitiis, ex quo ipsas iniustitias iudicabit? Luc. 6. Eadem mensura qua mēsi fueritis remetietur vobis. Basī. Qua mēsurā vnusquisq; peccat aut bene agit, præmiū habebit. Deu. 15. Secundum mensurā delicti, erit plagarū modus. Apoc. 18. Quantum glorificauit se & in deliciis fuit, tantū date illi tormentum & luctum. Sed heu quidam illud non timent. Eccl. 8. Quia non profertur contra malos cito sententia, absq; vllō timore filij hominum perpetrant mala. Eccl. 5. Ne dixeris peccavi, & quid mihi accidit triste? Deus enim patiens est reductor. Deut. 32. Mca est vitio & ego retribuam in tēpore. Sed

quia

quia non profertur cito contra malos sententia non timetur. Contra quod Aug. Lento gradu diuina procedit firmitas, sed tarditatem compensat continuitas. Subdit in textu, dicens: *Non vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem*. Ecce causa disponens ad virtutes est munditia cordis. Proverb. 22. Qui diligit cordis mūditiā, habebit amicum regem. Philoso. 4. de animalibus: Vas venenaticum si proiicitur in aquam pisces non intrant, si autem mundum fuerit, intrant. Spiritualiter, & sic virtutes. Exod. 7. Pisces mortui in flumine sanguinis, id est peccati. Psal. Libera me de sanguinibus, id est peccatis, &c.

DE ANIMABVS, ENARRATIO XXVII.

EXTRAORDINARIA.

O mors quā amara est memoria tua. Ecclesiast. 4.

HVgo in didascalicon lib. 4. dicit, quod candela cineribus applicata & intincta citius & facilius inflammatur. Spiritualiter. Per candelam intelligitur mens humana cineri amaritudinis immerfa, talis melius inflammatur & accenditur in charitate diuina. De quo Grego. loquitur sic dicens: Se sollicitat in bono opere, qui semper cogitat de extremo fine. Nam sicut cineres sunt amari saporis, ratione cuius perturbant gustantem: sic & memoria mortis contristat hominem, de quo thema: *O mors quā amara est memoria tua, &c.* Pro quo sciendū, quadruplex est mors. Prima mors naturæ, secunda culpæ, tertia gloriæ, quarta gehennæ. Et cuiuslibet mortis memoria est amara. Prima est mors naturæ, scilicet qua priuatur homo vita naturali. De qua Hebr. 9. Staturum est omnibus hominibus mori. Et hæc est amara tribus de causis. Primò, quia inuitabilis. 2. Reg. 14. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur. Nam sicut in aqua non videtur vestigium navis transeuntis: sic nec hominis hodie mortui & heri viuētis. Nam contra hanc mortē nō iuuat fortitudo: nec nobilitas, nec diuitiæ, nec scientiæ. Non fortitudo. 1. Reg. 2. Non in fortitudine sua roborabitur vir. Non nobilitas. Psal. Quæ utilitas in sanguine meo dum descendero in corruptionem? Non diuitiæ. Psal. Dormierunt somnū suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Non scientiæ. Eccl. 2. Moritur doctus pariter & indoctus. Et cognouit Dauid, dicens: Quis est homo qui viuet & non videbit mortem? quasi diceret, nullus. Ecclesiast. 4. 1. Omnia quæ de terra sunt in terram reuertentur.

Ideo

Ideo hortamur Eccl. 14. Ante obitū tuum operare iustitiam, Secundo hæc mors naturæ est amara: quia nihil deportamus. Iob 1. Nudus egressus sum de utero matris, nudus reuertar illuc. Et Bern. Mundus inexorabilem sibi constituit ianitorem, quia nihil sinit deportari. i. ad Tim. 6. Nihil inulimus in hunc mundum, nec aliquid deportabimus. Tertio est amara, quia velox. Eccl. 14. Memor esto quoniā mors non tardat. Reuera, quia quotidie appropinquat. August. Vita nostra nihil aliud est nisi cursus ad mortem. Et Luc. 3. Iam enim securis ad radicem arboris posita est, i. ad vitam hominis. Nam omni hora & die deponitur quædam particula, ideo stultum est sperare in longitudinem dierū: sicut fecit diues, de quo Luc. 12. cui dictum est: Stulte hac nocte morieris, &c. Ecce promisit sibi annos plurimos, & non habuit noctem plenam, sic & nos. Greg. Qui pœnitentiā veniā spondit, diem crastinum nō promisit. Quarto est amara, quia dubia. Primo quo ad tempus. Matth. 25. Nescitis diem neque horam. Secūdo est dubia quo ad statum. Eccl. 9. Nescit homo finem suum. Tertio est dubia quo ad locum. Bern. Certum est q̄ moriemur, incertum autem vbi, quomodo & quando: nam mors vbiq; te expectat: si prudēs es vbiq; expecta eam. Ideo Eccl. 11. Si homo multis annis vixerit, meminisse debet tenebrosi temporis, i. mortis in qua occidet lux gratiæ. Secunda est mors culpæ, s. quando homo facit peccatum mortale, De qua Psal. Parauit in eo vasa mortis, i. per peccatū. Et hoc dupliciter. Primo consentiendo Matt. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscēdum eam, iam mechatus est, scilicet in peruersa voluntate. Nam sicut bona voluntas remuneratur: sic & mala punitur. Greg. Non est vacua manus à munere quando arca cordis est plena bona voluntate: & sic e contra: Non est vacua manus à pœna, vbi est voluntas mala. Nam cogitatio mala sine consensu est venialis. Vnde Aug. Non sentit qui nō consentit. Secundo moritur homo peccatum perpetrādo. Iac. 1. Peccatum cū consummatum fuerit generat mortem, s. culpæ. Et hæc mors est amara. Nam sicut mortuus est frigidus: sic & peccator in mortali sine igne diuini amoris est. Etiam sicut mortuus non comedit nec bibit: sic & peccator in mortali nō fit particeps bonorū. Eccl. 9. Qui in vno offendit, perdit multa bona. Item sicut mortuus fœtet, sic & peccatores. Ps. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis

suis. Tertia est mors gloriæ, s. vbi homo moritur mundo & peccato & viuuit Christo. ad Gal. 3. Mortificate mēbra vestra quæ sunt super terrā. Non dicit mēbra vestra quæ sunt sub terra vt in morte: nā tunc non sunt apta ad mortificationē, sed ad putrefactionē. Non quæ sunt in terra, vt in senectute, sed quæ sunt super terrā, id est iuuentute: tunc membra sunt apta ad mortificandū ne vitia in eis regnēt, ad Ro. 6. Non regnet peccatū in vestro mortali corpore, vt obedientis concupiscentiis eius. Et sic peccata sunt mortificāda. Et tūc viuificāt merita. Ad Rom. 8. Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Et ad Colos. 3. Mortui estis, & vita vestra abscondita est in Christo. Nā sicut mortu⁹ priuatur sensib⁹, sic & boni abstinēt sensus innoxios. Et hoc docuit Isid. Mori oportet in carne mūdo, ne moriamur in anima Christo. Hęc mors est amara ipsi mūdani. Mat. 7. Arcta est via que ducit ad vitā, &c. Dulcis verò bonis & electis. Psal. Pretiosa in conspectu dñi mors sanctorum eius. Quarta est mors gehennæ, de qua Ezech. 24. Nō plāges neque plorabis, neque fluent lachrymæ tuæ: ingemisce tacens, luctum mortuorū non facies. Ratio: quia ibi non est spes redēptionis. Iob 7. Qui descendit ad inferos non ascendet neque reuertetur vltra in domum suam: nec eum cognoscet amplius locus eius. Aug. Mors æterna est quæ nullo sine clauditur: nulla accedit cōsolatio: nulla recedit desperatio. Et Io. Luet omnia quæ fecit, nec tamen cōsumetur, quia ibi erit mors sine morte, æternitas sine fine. Tali morte mortuus est diues. Luc. 16. & sepultus est in inferno: vt ferrū à fabro in igne. Et hæc est amara, imò amarissima. Psal. Mors peccatorū pessima. Et horū mortuorum hodie nō fit mētio nec memoria. August. Si scirem patrem meū vel matrem in inferno, nollem plus orare quā pro diabolo pro eis. Sed primorum mortuorum qui tantū mortui sunt morte naturæ sit memoria. De quibus 2. Machab. 12. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur.

FER. II. POST REMINISCERE, ENAR. XXVIII.

Querētis me, & in peccato vestro moriemini. Ioannis 8.

Videmus quòd capti multa patiuntur detrimenta. Primo famem, secundo tristantur frequenter, tertio non habent requiem, & si habent dominum gratiosum, ille liberat eos. Spiritualiter, & sic animæ fideles sunt captæ in purgatorio. Primo patiūtur famem, scilicet bonorum operum

rum. Psal. 58. Famem patientur vt canes. Nā nihil habēt nisi quod eis pręstamus: quia sunt extra statum promerēdi. Secundo tristantur & cum tristitia capiunt cibum, id est opera: quia non exeūt nisi satisfaciant. Psal. 79. Cibabis nos pane lachrymarum. Tertio requiem non habēt, ergo clamant ad fideles amicos. Et sic facit ecclesia in officio missa: Redime me & miserere mei, &c. Et in collecta: Pręsta quęsumus omnipotēs Deus, vt familia quę affligēdo ab alimentis abstineret: seclādo iustitiā mens ā culpa ieiunet. Et figuratur in epist. Daniel. 9. qui orauit: Domine Deus qui eduxisti populum tuū de terra Aegypti in manu forri: peccauimus domine, iniquitatē fecimus in omnē iustitiā tuā, auertatur obsecro ira tua, &c. & exaudi Deus noster orationem serui tui & preces eius, &c. Et quia videmus si vincit habet gratiosum dominum exaudiet eum, si nō permittit eū mori in vinculis. Et sic fecit Iesus Iudæis dicēs: *Querētis me, & in peccatis vestris moriemini.* In summa euangelij quatuor innuūt. Primo vilis delicti castigatio, ibi: *Ego vado & querētis me.* Secundo subtilis peccati meditatio, ibi: *Si enim non crederitis.* Tertio fidelis dicti demonstratio, ibi: *Dixit eis Iesus.* Principium qui & loquor vobis. Quarto vilis fidei modificatio, ibi: *Cum exaltaueritis.* De primo dicit, In illo tempore, scilicet cum fuerat Iesus in tēplo in Hierusalem, & ait: *Ego sum lux mūdi.* Tunc scribę dixerunt: *Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum.* Et respondit Iesus: *In lege vestra scriptum est: Duorum hominum testimonium est verum. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me qui misit me pater.* Dicebant ergo ei: *Vbi est pater tuus?* Respondit: *Neque mescitis: neque patrem meum scitis. Si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis.* Tunc inter cetera ait: *Ego vado ad patrem, scilicet per passionem.* Pręnūtiat mortem suam esse voluntariam: quia per se vadit non ab alio ductus. Ioan. 10. Nemo tollet ā me animam meam. Nā dicitur Ioan. 7. *Querēbant eum Iudæi apprehendere, & nemo misit in illum manus: quia nondum venit hora eius.* Ideo bene dicit: *Ego vado, quasi diceret: Frustra me persequimini, ego enim elegi tempus quando pro humani generis salute mori debeam: & querētis me, scilicet persequendo in membris. & non ex amore sed ex odio.* Et in peccato vestro moriemini, id est si perseverabitis vsque ad mortem in ipso moriemini. Nota secundum quod sunt diuersi homines, sic & diuersimodē seu diuersis temporibus queritur Iesus. Primo aliqui

mo aliqui querunt eum mane, & sic inuenitur faciliter. Et sic istę mulieres in die Paschę. Marc. vlt. Et valde manē vna sabbathorum, &c. Sic & tu in iuuentute. Prouer. 8. Qui manē vigilauerit ad me, inueniet me. Secundo aliqui querunt eam vesperi, & inuenitur difficulter, sicut dicitur Luc. 24. de duobus discipulis euntibus in Emaus, qui dixerunt: Mane nobiscum domine, quoniam adueesperaſcit. Et tamē dominus durē reprehendit eos. Et sic aliqui in senectute. Psal. 21. Aruit tanquam testa virtus mea, quia obstinati raro cōſtētur. Ideo sequitur: Et lingua mea adhęsit faucibus meis. Et sic quandoque moriuntur sine confessione, ex quo sequitur: Et in puluere mortis deduxisti me. Tertio aliqui querūt eū sero, & est dubitabile an inueniatur. Io. 20. Cū esset sero, &c. Iesus venit, & tamen dubitauerūt, quia spiritum esse crediderunt. Et sic aliqui in morte volunt eū querere. Vnde Aug. Pœnitētia sera rarō vera. Si vis agere pœnitentiā quando peccare non potes, tunc peccata te dimittūt, & tu nō ca. tene certū, & dimitte incertū. Quarto aliqui in nocte, & sic milites custodiētes sepulchrū querētes in nocte non inuenerūt. Et sic aliqui in peccato noctis nō inueniūt. Cant. 3. In lectulo meo quęsiui per noctē, & nō inueni. Reuera non inueni miseratorē post mortē: quia sic est in mundo, non vt glorificatorē: quia sic est in cęlo: sed vt iustitię exactorē. Isa. 52. *Querite dominū dum inueniri potest, &c.* Ergo subdit: *In peccatis vestris moriemini.* Nota, quidam moriuntur pro peccatis, & sic tantum vnus est mortuus, scilicet Christus. 1. Pet. 2. Christus mortuus est p peccatis nostris: iustus pro iniustis. Et hęc mors est amara. Thre. 1. O vos omnes qui transitis per viam, &c. Et Sap. 1. Morte turpissima condēnemus eū. Aliqui verō moriuntur peccato, & sic tantum boni. 1. Pet. 2. Peccatis mortui, iustitię viuamus. Aliqui propter peccatum, & sic nos omnes. Rom. 5. Per peccatum intrauit mors in mundū. Aliqui in peccato & sic Iudæi, de quibus hic in textu dicitur: *Moriemini in peccatis vestris.* Eccl. 41. O mors quā amara est memoria tua. Tūc subdit: *Quō ego vado vos non potestis venire:* quia iā mortui erāt in peccatis & in statu dānationis: ideo ad gloriā patris ad quam iuit saluator per mortē, nunquā venire poterāt. Remig. Nō poterāt venire, quia noluerunt in eū credere, nec eum diligere: illa est enim via ad eū. Sciendū q̄ multipliciter impediuntur aliqui ā deo, q̄ nō possunt venire quō Christ⁹ vadit. Primi

Primi sunt ignorates viâ. Psal. Nô est timor Dei ante oculos corû: viâ pacis nô cognouerunt. Et hæc est via pœnitentiæ, p̄ quâ puenitur ad pacē æternitatis. De qua Exod. 5. Ibimus viâ triu dierû in solitudine. Tres dies sunt tres partes pœnitentiæ: sine quib⁹ nemo pueniet ad Christû. Luc. 13. Nisi pœnitentiâ egeritis, omnes simul pibitis. Secûdi ratione cõtrarietatis, & sic impediuntur peccatores. Et de hoc loquitur Psal. Nô habitabit in medio domus tuæ qui facit superbîâ, sed solum qui peccato caret & est innocens. Psal. Domine qs habitabit in tabernaculo tuo: Innocēs manib⁹, &c. Tertij ratione imperfectionis vel indispositionis. Hoc modo impediuntur iusti quamdiu sunt in corpore. 2. ad Corinth. 5. Quâdiu sumus in corpore pegrinamus à dño. Talibus em̄ dicit dñs simpliciter, Quò ego vado, vos non, &c. sed addit determinationem tēporis. Io. 13. Quò ego vado nô potestis me modò sequi. Sequitur malus Iudæorû intellectus circa prædicta. Dicebāt ergo Iudæi: Nūquid interficiet semetipsum, quia dicit: Quò ego vado vos non potestis venire? Quæ quidē opinio secundū Aug. stulta est: nam poterāt seiplos interficere, & venire ad mortē. Nô ergo mors erat terminus quò itur⁹ erat, sed via qua ibat ad patrē. Vnde nô dixit q̄ nô possent ire ad mortē, sed per mortē nô poterāt ire ad locū quo Christus exaltabitur per mortē ad dexterā patris. Vel secundum Orig. Iudæi habuerunt ex Isa. 53. quòd Christus esset voluntariè moriturus. Dicit enim ibi pro eo qui tradidit animā suam in mortē. Et ideo ex hoc habuerunt aliquam suspicionem quòd Iesus Christus esset. Ex hoc ergo quod dixit: Quò ego vado, introduxerunt hanc opinionē quòd ipse semetipsum voluntariè morti traderet. Contumeliosè tamen hæc proferunt dicentes: Nūquid interficiet, &c. Aliàs dixissent: Nūquid anima cum ipsi placuerit, egredietur relicto corpore, quod nos non possumus facere? Sequitur iam illud quod eis dominus ad hoc respondit conuincendo eos quòd verba sua non intelligebant. Vos de deorsum estis, ego de superius sum: vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. Non ergo est mirum quòd maiores vestri falsum habuerunt intellectum, quia de mundo fuerunt & animales: animalis autem homo non sapit ea quæ Dei sunt. August. Si non credideritis quia ego sum Christus, quia ego sum filius Dei, non credetis quia ego sum verbum patris, quia ego sum conditor mûdi, quia ego sum hominis creator, hominis & redēptor.

Ni

Nisi hæc omnia credideritis moriemini in peccatis. Ideo Iudæi dicebant Christo: Tu qui es? quasi dicerent ironicè, vt sciamus te & non moriamur in peccato. Sciendū q̄ litera illa intelligi potest de Christo filio dei & de Christo homine. Nā Christus secundū q̄ filius dei est, est de superius. Io. 16. Exiui à patre, & veni in mundum. Et similiter non est de hoc mûdo sensibili qui cõsentit in rebus sensibilibus, quia præcedit mundū, sicut causa effectū. Io. 1. Omnia per ipsum facta sunt, & mundus per ipsum factus est. Si autem homo Christus est de superius propter virtutē firmatiuā quæ fuit virtus spiritus, quantū ad animā, corpus eius bene est pars vniuersi. Et sic est de mundo quantū ad substantiā: nô tamē quantū ad peccati deordinationē, quæ deordinatio nomine mundi in sacra scriptura sæpius intelligitur. Vnde nullum habuit affectū ad hunc mundū & ad hæc mundana, sed ad superiora vbi iā eius animus conuersabatur. ad Phil. 3. Nostra conuersatio in cœlis est. Matth. 6. Vbi est thesaurus tuus, &c. Iudæi verò sic erāt de mûdo, quia habuerunt affectū ad terrena. Vnde ergo cõcludit: Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris. Circa quod sciendū, q̄ vnūquodq; in suo genere de inferioribus si sibi relinquuntur naturalia, deorsum tēdit, sicut omnia graua, & nihil naturaliter tēdit sursum nisi quod à superioribus habet originē, sicut ignis & huiusmodi leuia. Sicut ergo est in rebus corporalibus, sic in spiritualib⁹, quod innuitur Io. 3. De cœlo descēdit, secūdu hoc sensus literæ ille est, Hæc est causa quare nô potestis venire quò ego vado, quia cum sitis deorsum quantū in vobis est, nô potestis ascēdere, & ideo dixi, quia moriemini in peccatis vestris, supra dixit in peccato vestro singulariter, quia principale peccatū eorū fuit persecutio Christi & mēbrorū eius. Sed adhuc sequebātur multa alia peccata, propter hoc replicauit in plurali, dicēs, In peccatis vestris moriemini. Dixi secūdo tangitur subtilis peccati medicatio, cū subdit, Si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro, quasi dicat, Nati estis in peccato originali à quo nô potestis absolui nisi per fidē meram, quia nisi credideritis quia ego sum moriemini in peccato. Et sic remediū quo peccatū eorū curari potuit fuit fides. Dixit autem Christus notanter: quia ego sum, & nô dixit, quia ego sum Christus, vel filius dei, vel quē propheta prædixerunt, vt ostenderet se esse illum qui olim Moyfi dixerat, Ego sum qui sum. Eodem

Quadrag. Thef.

M

enim verbo essentia: vsus est loquens ad Iudæos, dicēs: Quia ego sum, quasi diceret: Ego qui tūc veni per angelū vt mitterē Moysen ad populū meū: ego ipse per meipsum veni ad liberandū genus humanū. Illi autē in stultitia sua persecutores, & subtilitatē verborū nō intelligētes, dixerūt quod sequitur, *Tu quis es? s. vt credamus. Quod cognoscens quondā Sapiens aiebat: pauper locutus est, & dicit ei, Tu quis es? Eandē quæstionē fecerūt olim Scribæ & pharisæi Ioāni Baptista. Io. 5. Dixi tertio ostēditur fidelis dicti demonstratio cū subditur: Dixit autē Iesus, principiu qui & loquor vobis. Fidele quippe dictū fuit q̄ remediū contra peccatū persecutionis fuerit fides. Et ad hoc sunt rationes inducentes. Prima est nature subtilitas, quæ innuitur cū dicitur, Principiū, &c. Vbi sciendū q̄ pater dicitur principiū filij per generationē. Io. 1. In principio erat verbū, &c. Filius autē dicitur principiū cū patre, spiritus sanctus per inspirationē. Et tres personæ simul sunt principiū creaturæ per creationē. Psal. In principio, i. filio tu dñe, s. pater terram fundasti. Similiter & filius dicitur principiū respectu totius creaturæ. Nam hoc quod est per essentiam tale est principiū & causa eorū quæ sunt per participationem. Ipse autē est per essentiā, oēs verò creaturæ per participationē. Igitur est omnium creaturarum principiū. Ps. Tecum principium, i. filius. Sed quia Christus non habet in se diuinā naturā solū, sed etiam humanam: ideo addidit, *qui & loquor vobis*, quasi dicat, Ego sum deus p̄pter vos factus homo, ad hoc descēdi, vt vobis loqui possem per susceptā formā serui. Heb. 1. Multipharie multisq; modis olim loquens deus patribus in prophetis, nouissime autē diebus istis locutus est nobis in filio, &c. Io. 1. Vnigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit. Secunda ratio inducens ad credendū eum esse Christū, est iudiciaria potestas. De qua sequitur, *Multa habeo vobis loqui & iudicare*, quia ego habeo autoritatē vos iudicādi. Sed sciendū q̄ aliud est loqui vobis, aliud loqui de vobis. Loqui vobis est loqui ad vtilitatē vestrā. Sic loquitur nobis Christus dum viuimus prædicando, inspirando & huiusmodi. Loqui de vobis est non ad vestrā vtilitatē, sed ad iustitiā ostendendā, & hoc modo loquetur in iudicio futuro, & sic accipitur hic, *Multa habeo adhuc vobis loqui*. Sed quod dicitur Io. 3. Non enim misit deus filiū suum in mundum vt iudicet, intelligitur de iudicio in primo suo aduentu. Ratio tertia inducens est veritas æterna,*

na, de

na, de qua modo subditur, Sed qui misit me verax est, & ego quæ audiui ab eo hæc loquor in mundo, quasi dicat secundum Chry. Dico q̄ habeo de vobis iudicare, sed hoc differo, nō ex potentia sed ex obedientia voluntatis paternæ. Nā qui misit me verax est. Vnde cū promisit mittere saluatōrē & propugnatorē, misit me nunc ad saluandū. Ego quia non loquor nisi quæ audiui ab eo, ideo loquor vobis saluatoria. Vel sic. *Qui misit me verax est*. Ego autē loquor consona ei, ideo loquor vera. Ideo debetis mihi credere. Veritatem enim dico vobis, quia filius sum veritatis. Sciendū etiā q̄ audire eū à patre, nihil aliud est q̄ ipsum esse à patre, quia ab illo habet audientia à quo habet essentia. Et attendendum q̄ omnem gloriam dat deo patri vnicus filius, vt nos etiā instruat exēplo suo, quia si ipse qui est coæternus filius, omnē gloria dat ei à quo est, multo magis nos deū glorificare in operibus debemus cū serui eius simus. *Et non cognouerunt quia pater eius dicebat deū*, hoc addit euangelista vt ostendat cæcitatē eorum, nondū habebāt oculos cordis apertos, quibus & filij æqualitatē intelligerent, quia carnales erant. Veruntamen multi Iudæorū in morte eius crediderunt videntes miracula quæ fiebant, vt habetur Luc. 23. Similiter ad prædicationē apostolorū post mortem eius. Dixi quarto tangitur vtilis fidei modificatio, cū sequitur, *Cū exaltaueritis filiū hominis, tunc cognoscetis quis ego sum*. Vbi sciendū, modus siue modificatio quæ peruenitur ad fidē quæ remediū dictū est contra peccatū persecutionis, dicitur fore filij hominis exaltatio siue crucifixio, quæ per Iudæos crudeliter assistentes facta est. Et tunc multi de Iudæis crediderunt eum Christū esse, non solū per gloriam resurrectionis suæ, sed etiā secundū Chry. per pōnā capriuitatis & destructionis Iudæorū. Vel vt dictū est, multi Iudæorū videntes signa in passione dñi facta perfecte crediderūt. Iuxta illud Ioannis 12. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Ideo secundum Aug. Crucis commemorat passionem, vt det spēm peccatoribus. vt s. nemo desperet in quocūque etiā scelere & malo sit constitutus, ex quo ipsi crucifigentes Christum per sanguinē eius liberantur à peccatis. Et à me facio nihil, sicut me docuit pater ita loquor, &c. In duobus assignat originē suā à Patre. Primo in his quæ facit, ideo dicit, A me facio nihil. Io. 5. Non potest filius à se facere quicquam, ab illo enim sibi est operatio à

M 2

quo sibi est generatio. Secūdo in his quæ dicit, sicut docuit, id est tradidit mihi scientiã generãdo me sciente, quia cū sit simplex natura veritatis, hoc est filio esse quod nosse. Ioan. 17. Mea doctrina non est mea, quasi dicat sicut esse non habeo à me sed à patre, sic etiam doctrinam siue scientiam. Et ne intelligatur quòd sit missus à patre quasi ab eo distinctus, ideo addit docendo eius inseparabilitatem à patre. Et qui misit me, scilicet secundum nūmanitatem, mecum est, scilicet secundum diuinitatem, & non reliquit me solū. Simul enim sunt inseparati pater & filius. Primo essentia unitatem. Ioan. 9. Ego in patre, & pater in me est. Secūdo per amoris coniunctionem. Ioan. Pater diligit filium, &c. Et licet sic sint simul, tamen solus filius missus est: hoc est solus incarnatus est, sicut solus passus est. Missio enim eius incarnatio est, ad Gal. 4. At ubi venit plenitudo temporis misit deus filiū suū, &c. Et ut aliquo vtar exemplo perpēde. Sicut aliqua arbor radium solis in se suscipiēs ferro inciditur, cum tamen radius solis, nec incidi possit, nec ab arbore separari, ita deus pater & ipsa in Christo diuinitas pati non potuit, sed sola Christi humanitas passibilis fuit, quamuis pater misit filium, tamen non recessit à filio, nec ē conuerso. Ideo sequitur. *Et non reliquit me solum, quia quæ placita sunt ei facio semper.* Per hoc tamen quòd ea quæ patri placita fuerunt fecit, non ponitur pro causa meritoria, sed pro signo. Signum autem quòd pater est cum filio, est illud quòd filius facit quæ patri placent. Ideo bene dicitur Prouerb. 8. Cum eo eram cuncta componens. Hæc illo loquente multi crediderunt in eum. Ecce effectus doctrinæ Christi quæ est conuersio multorum ad fidem. Ideo fides tantum ex auditu: auditus autem per verbum dei. Meliores fuerunt hi multis modernis Christianis qui nequaquã auditis de Christo prædicationibus credere curant. Ideo dāna buntur, quia qui non crediderit condemnabitur, &c.

FERIA III. ENARRATIO XXIX.

Vnus est enim magister vester Christus, Marci 12.

Luce 20. Matthæi 23.

Consuetudo & proprietas boni scholaris est, ut querat magistrū illuminatū & vt sit ei obediēs. Spiritualiter. & sic nos habemus magistrū Christū. Col. 2. Oēs thesauri, &c. Verè illuminatus, ergo introitus querit talē cū cātar, Tibi dixit cor meū exquisiuit te facies mea, faciē tuam dñe requira

quiram. Ps. Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo, &c. Ergo in timore tene mādāta eius. Et hoc perit in collecta: Perfice quæsumus domine in nobis benignus obseruantia subsidium: vt qui te autore faciēda cognouimus: te operante impleamus: Et hoc fecit Helias, vt patet in epistola: qui fuit obediens vadens ad mulierem Sareptanam. Similiter & mulier quæ habuit modicū farina & modicum olei æquē bene propter obedientiam Dei diuisit Helix, & non fuit diminuta farina, nec oleum. 3. Reg. 17. Ecce quā pius magister qui discipulos suos non finit pati defectum, de quo thema, *Vnus est enim magister vester Christus.* In summa euangelij duo innuūtur. Primo ponit excessum prælatorum. Secundo subdit informationem subditorum ibi: *Vos autē nolite vocari rabbi, &c.* De primo dicitur. In illo tempore, sicut Christus interrogauit Iudæos de Christo cuius filius sit: ipsi non potentes respondere: & sic resutati, ait discipulis suis & turbis quomodo prælati excederent in tribus. Primo quod subditos verbis & exemplis nō instruūt. Secundo quòd subditos fortia onera imponunt & sibi leuia. Tertio quod de potestate sibi collata superbiunt. De primo: *super cathedrā Moysi.* Gl. i. doctrinā quam Moyses docuit. *Sederunt scribae & pharisæi,* quasi in magno honore, sed non in opere. Christ. Videte quomodo sedeat: quia nō cathedra facit sacerdotem: sed sacerdos cathedrā: nō locus sanctificat hominē, sed homo locum. Subdit: *Omnia quæcunque dixerint vobis,* i. ad utilitatem vestram: *seruate,* s. corde: & facite, s. opere: *secundū verba opera eorum nolite facere.* Ber. Multi multa sciunt, seiplos nesciūt, alios docēt, & seiplos negligūt. Gl. interlinearis: Doctrinā serua, vitā eorū vita, quia opera eorū mala. Chryl. su per Mar. ponit tria exēpla. Primū. terra fert aurū pretiosum quæ tamē est vilis & calcatur pedibus, & aurū eligitur terra relinquitur. Et sic vos doctrinā recipite, mores relinquitte, & nō contēnite propter immūdā eorū vitā. Et verbū dei dicitur aurū, quia incorruptibile, & sic verba Dei seruat hominē à putrefactione peccati. Ps. In corde meo abscondi eloquia tua vt nō peccem tibi. Secūdu exēplū. Herba amara multoties fert florē delectabilē: & apic dimittit herbam & colligit florē. Sic licet prælatus amarus in rācore: tñ florem verbi dei pponit: quia sicut flos pducit fructū sic & verbū dei. Iac. 1. Voluntariē nos genuit verbo veritatis. Tertiu exēplū. Rosa de spina oritur, sic & prælatus licet auarus. Luc. 8. Di-

uitiæ spinæ sunt, tñ rosam verbi dei serua. Et verbū dei dicitur rosæ ratione dulcis odoris. Psal. Quam dulcisa faucibus meis, &c. Quartū sicut margarita pretiosa inuenitur in conchis marinis, &c. & sic verbū dei Mat. 7. Nolite margaritas proicere, &c. ergo verbū dei non est spernendū à malo sacerdote. Quintū exēplū, sicut vnus nō spernit nuntiū dñi licet veniat scissis vestimētis, quia nō accipit eū propter se, sed propter dñm, sic & tu malū sacerdotem qui missus est à deo. ad Ro. 10. Quomodo prædicabūt nisi mittātur, & portent memoriā dei? Ps. 67. Dñs dat verbū euāgelizātibus virtute multa. Ezech. 3. Nolūt audire te, quia nolunt audire me. Omnis quippe domus Israël attrita fronte est, & duro corde. Ergo sunt audiēdi. Subdit rationē: *Dicunt & non faciunt, i. nō cōcordat verbis doctrinæ vita eorū.* Chry. Pacē aliis dat & ipsimet nō habēt. Fidē prædicāt, & infideliter agūt. Veritatē laudant, & mendacia diligunt. Auaritiā castigāt, cupiditatē exercēt. Similes sunt manibus in via, causa panis in ecclesia, fabris arcæ Noë. Consideremus prædicatores, doctores, magistros, sacerdotes, religiosos, iudices, iuratos cives, imò oēs Christicolos, vtrū nō verificetur de iis hoc: *dicunt & non faciunt.* Ps. 11. Quoniā defecit sanctus, diminutæ sunt veritates à filiis hominū, vana locuti sunt vnusquisq; ad proximum suū, labia dolosa in corde. scū os aliud loquit, cor aliud machinatur. ad Ro. 2. In quo alterū iudicas teipsum condēnas. Sicut cādela aliis lucēs seipsam consumens, sic prælati alios verbo Christi viuificant & seipsos mortificant. Alios saluāt, seipsos dānant, sicut dicitur Christo Mat. 27. irrisorie: Alios saluos fecit, seipsum nō potest saluū facere. vnde Aug. Bene docere & malè agere, est lingua propria se condēnare. In quibus impletur illud Ge. 27. Vox quidē Iacob, i. supplātatoris, manus, i. opera Esau, i. veritatis. Ergo versus prælatus verbo & opere debet docere. A. & 1. Cæpit Iesus factete & docere. Vnde dum vox vitæ non discordat, dulcis est symphonia, s. prædicatoris. Et Mat. 5. Qui fecerit & docuerit, hic magnus erit in regno cœlorū. Sed heu plures sic dicunt cōtra docētes. Tamen hoc delictum committit prælatus noster, non est hoc aduertendum, sed in propria virtute vel conscientia confidendū est, quia de prælatis dicitur ad Ro. 2. Qui ergo alium doces teipsum non doces. Qui prædicas non furandum. furaris, non mœchandū, mœcharis, &c. existimas quòd fugias iudiciū dei? quasi dicat nul-

lo modo, quia quantò gradus altior, tantò casus profundior. Secundus excessus erat qd subditis fortia onera imponunt & sibi leuia. Ideo subdit: *Alligant hominibus onera graua & importabilia, s. onera legis, de quibus A. & 15. Dixit Petrus; Vt qd vultis imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neq; nos neq; patres nostri portare potuimus: vt fuerūt onera decimarum.* Vnde Mat. 23. Vx vobis scribæ & pharisæi, qui decimatis mentā, &c. Er relinquitis quæ grauiora sunt, legis iudiciū & misericordiam & fidem. Et hoc fecerunt vt allicerent ad dandum decimas. Isti figurantur per Roboam 3. Reg. 12. Pater meus cæcidit vos flagellis, ego autem cādā vos scorpionibus: quod tamen nō debet fieri. Tribus enim de causis secundum Chryf. pœnitentia grauis non est imponenda. Primo propter maius periculum: quia sæpe talis homo potentiā sibi datam proiicit, & tanquam desperatus ad peccatum redit, vt pater in exemplo: Si fascem super adolescentē posueris importabilem: aut proiicit aut succumbit. Secūda ratio. Chryf. propter vitandum Dei iudiciū. Nam melius est reddere rationem de misericordia quàm de crudelitate. Iac. 2. Iudiciū sine misericordia fiet illi qui nō facit misericordiam. Ergo misericors confessor potest dicere illud Ps. 39. Non abscondi misericordiam tuam à concilio multo. Tu autē domine ne longè facias misericordias tuas à me, &c. Ac si diceret: Sicut feci aliis, sic fac & mihi. Tertia propter liberalem dominū, secundū Chryf. Vbi enim paterfamilias largus est dispensator, non debet esse auarus minister. Ideo Chryf. Circa vitam tuā esto austerus: circa aliorū benignus. Audiant te homines parua mandantem & graua facientem, Ad Gal. 6. Fratres si homo præoccupatus fuerit in aliquo delicto, vos qui estis spirituales, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Et subdit: Alter alterius onera portate, &c. Et sic adimplebitis legem Christi. Vnde versus:

Confessor mitis, affabilis, atque benignus,

Sit sapiens, iustus, sit dulcis, compatiensque,

Vt non ipso suum, commissūque crimina prodāt.

Debet nanq; esse Samaritanus, de quo Luc. 10. Vnde versus:

Infundat oleum mulcens vinūque flagella.

Nunc virgam patris: nunc porrigat vbera matris.

Exemplo patris qui occurrit filio prodigo. Luc. 15. Tertius excessus erat quod de potestate superbierat & de opere. Ideo subdit: *Omnia opera faciunt vt videantur ab hominibus, id est*

gloriam hominū quærūt. *Dilatant autem phylacteria sua*, i. chartas decalogi. Ideo Hier. dicit: Phylateriū dicitur à phylasæi, i. seruare, & theron quod est lex quasi conseruatoria legis, quia scribebant decalogū in magnis scedulis fronti impositis, vt præ cæteris religiosiores apparerent, malè interpretantes illud Deut. 6. Ligabis ea quasi signum in manibus tuis, & erunt semper ante oculos tuos, cum spiritualiter manus sit operatio & oculi sint ipsa meditatio: *Et magnificant fimbrias*. Licet enim omnes Iudæi in quatuor angulis palliorum portabant iuxta præceptū Moyſi, Num. 15. & Deut. 22. pharisæi tamen ferebant grâdes fimbrias & spinas ligabāt in eis quæ eos cundo vel sedendo pungerent, vt sic recolerēt beneficia Dei, & hoc torum faciebāt ad ostentationem. Sicut adhuc aliqui gerentes habitū vilem ad hominū laudem. De quibus Matt. 7. Attendite à falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimētis ouium, intrinsecus autē sunt lupi rapaces. Nam dicitur Eccl. 19. Est qui nequiter se humiliat & interiora eius plena sunt dolo. Tunc subdit de eorū superbia cordis, *Amant enim primos recubitus in cœnâ*: vt sic principales videātur: *Primas cathedras in synagogis & salutationes in foro*. Nam homines tripliciter conueniunt, vel ad tractandum carnalia sicut in cœnis: vel spiritualia sicut in synagogis: vel etiam temporalia sicut in foro. Et omnibus his volebāt pharisæi principatum habere, & gloriā in publico quærere sibi exhiberi. Ideo subdit: *Et vocari ab hominibus rabbi*. Chryſ. Vocari volunt non esse: nomen appetunt & officiū negligunt. Nam desiderare scientiā & actum docendi non est malum, sed meritorium, sed desiderare nomen tantum, hoc est malum & superbiæ peccatum. Si tantum desideretur nomen & autoritas magisterij, & ad hoc quæ scientia iam habita aliquis possit melius vti nō est malum, sed est bonum: quia bonus doctor debet inquirere illa quæ faciūt efficaciam suæ doctrinæ. Dixi secundo subdit informationem subditum dicens: *Vos autem nolite vocari rabbi*, i. nolite appetere scientiam ratione vanæ laudis. Jac. 3. Nolite plures magistri fieri, i. nolite vobis ascribere vel aliis attribuere autoritatē scientiæ: quia homines docent ministerio: Deus autem infundit lumen sapientiæ. Ideo sequitur: *Vnus est enim magister*. scilicet autoritate, scilicet qui illuminat hominē interius: quod alius non potest. Ps. 70. Deus docuisti me à iuuentute mea, &c. Vnde Chryſ. Si autem homo hominem erudiret, omnes homines

discerent,

discerent, quia doctores habent: nunc autē quia non homo docet sed Deus, ideo multi docentur sed pauci discunt. Hæc ille. *Omnes enim fratres estis*. Vbi dissuadet appetitū laudis ratione potestatis. Nullus enim debet sibi vsurpare potestatem super alium nisi vocatus tanquā Aaron: quia omnes æquales sumus fratres ab vno, scilicet Deo facti: & ab vno, scilicet Adā geniti: ad vnā hæreditatē vocati, scilicet regnum cælorum. *Et patrem nolite vocare super terrā*. *Vnus est enim pater vester qui in cælis est*. q. d. Autoritatē generandi, siue carnaliter, siue spiritualiter, nolite alicui terreno patri ascribere: sed deo. Malac. 2. Nūquid non est vnus pater omnium nostrorum? Vnde Chryſ. super Matt. In mundo enim quāuis homo hominē generat, tamē vnus est pater qui omnes creauit. Non enim initiū vitæ hominis ex parentibus: sed transitū vitæ per eos accepimus. Hęc ille. *Nec vocemini magistri: quia magister vester vnus est Christus*. Sed diceres, ex quo opera trinitatis sunt indiuisa, vt dicit Aug. de trinitate lib. 1. & Christus dixit Matt. 10. Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Cur magisteriū hęc specialiter attribuitur Christo, & non patri vel spiritui sancto? Respondetur, quia Christus est Dei virtus & Sapiētia. 1. Cor. 1. Itē in Christo thesauri sunt omnes sapiētiæ & scientiæ. Col. 2. Item Christus est fons sapientiæ & verbum Dei in excelsis. Eccl. 1. Item Christus ideo est missus in mundū vt esset hominibus magisteriū & adiutoriū, vt dicit Aug. licet hæc omnia attribuuntur trinitati: tamen Christo specialiter. Nota, magister appellatur qui erudit exēplo. Rabbi verò dicitur qui erudit verbo. Tunc subdit: *Qui maior est vestrū erit minimus vester*: hoc est, qui vult alios præuenire regēdo, debet illos præuenire obsequēdo. Eccl. 32. Reſtorē te posuerūt, noli extolli, sed esto in illis quasi vnus ex illis. Origenes: Qui proponit verba diuina, sciētiq; fructificat, nequaquā se magistrū sed ministrum fateatur. Ideo subdit: *Qui autē se exaltauerit humiliabitur*, i. pro honore habebit dedecus, pro laude habebit infamiā. Remig. Omnes qui se de suis meritis extollūt, apud deū exaltātur. Et qui se in beneficiis humiliāt, apud deū exaltātur. Pro quo sciēdū, triplex est superbia. Prima in affectu: & illā habuit Lucifer in cælo, Isa. 14. In cœlū cōscendā, sup astra dei exaltabo solii meū. Et hæc orta est in cælo & impugnat homines cœlestes: sicut discipulos Iesu. Luc. 22. Facta est cōtētio inter eos, quos eorū maior videretur esse. Secūda in intel-

M 5

lectu, s. in appetitu sciētiā. Et oriebatur in paradiso in primis parentib. Gen. 3. Eritis sicut dii sciētes bonū & malum. Heu multi vexantur tali superbia: de quib. Isa. 5. Vē vobis q sapiētes estis in oculis vestris, & corā vobismetipsis prudētes. Tales nō appetūt sciētiā Dei sed mūdi. Hier. 4. Sapiētes sunt vt faciāt mala: bene autē facere nescierūt. Et 1. Cor. 3. Sapiētia huius mūdi stultitia est apud deū. Tertia in actu, & hęc est dispersa in toto mūdo, vt vnus alterū opprimat: dicitur illud Sap. 2. Opprimamus pauperē iustū: & nō parcamus viduz, &c. sit fortitudo nostra lex iniustitiā nostrā. Ab hoc peccato debemus cauere: q̄a est maximum. Psal. 18. Emūdabor à delicto maximo. Nā est corona aliorū omniū. Isa. 28. Vē coronę superbię. Nā est regina aliorū vitiōrū. Nā sicut regina non ambulat solitariē sed cū societate: sic superbia. Eccl. 10. Initiū omnis peccati superbia: qui tenuerit illā implebitur maledictis, s. vitiis. Gl. interlinearis: De superbia nascūtur hereses, scismata, detractiones, inuidię, vrbositates, iactātiā, cōtētiōnes, & huiusmodi quę ex cupiditate pcedūt: Secūdo regina requirit magnas expēsas, & sic superbię nō sufficiunt principatus, ducatus, & episcopatus. Vnde Eccl. 21. Domus quę nimis locuples est annihilabitur superbia. Tertio regina est caput regionis. Et sic superbia aliorū peccatorū. Eccl. 25. Nō est caput nequius super caput colubri. i. superbiā. Vnde Chryf. Tolle hoc vitiū: quia si nō velint homines apparere hominib sine labore, omnia vitia refecātur. Figuratur Exo. 12. Dū primogenita Pharaonis moriebātur, filij Israel liberati sunt. Et 1. Reg. 17. Goliath in frōte percussus à Dauid mortuus est, & filij Israel saluati sunt. Et sic per abiectiōnē superbiā fugatur diabolus, & saluabitur fidelis populus. Itē superbia est vitāda, ideo q̄a signū dānationis. Greg. Evidentissimū signū reprobōrū est superbia, electōrū humilitas. nā videmus sub cuius principis vexillo homo militat, illius dicitur esse miles. Et sic homo repertus sub vexillo humilitatis, est miles dei. Repertus verō sub vexillo superbię, est miles diaboli. Iob 41. Rex est super oēs filios superbiā. Itē superbia est vitāda, q̄a superbus peccat in se nō cognoscēs qd sit, cūm em sit cinis & puluis tēdit sursum quasi elementū ignis. Peccat in proximū per discordiā. Prou. 13. Inter superbos semp iurgia sunt. Peccat in Deū, q̄a reputat omnia habere à se & nō à deo, nō attendēs illud 1. Cor. 4. Quid habes quod nō accepisti? Ideo Ecc. 10. Odibilis

coram

corā deo & hominibus est superbia. Ideo dicit: *Qui se exaltat, humiliabitur*, s. per descēsum ad inferos. Pl. 100. Nō habitabis in medio domus meę, faciēs superbiā. Et ecōtra: *Qui se humiliat exaltabitur*. Iob 22. Qui humiliatus fuerit erit in gloria.

FERIA IIII. ENARRATIO XXX.

Nescitis quid petatis. Matth. 20. Marc. 10.

Commune est prouerbiū, qui cū brachio incuruato ante conspectū magnorū accedit: ille citius intromittitur & in precib. suis exauditur. Spiritualiter: Si volumus exaudiri & intromitti in curiam regis cęlestis, nunc in hoc sacro tempore debemus accedere ad Deum per inclinationē brachij, i. per orationis humilitatē. Eccl. 35. Oratio humiliātis se, nubes penetrat. Figuratur 3. Reg. 10. Regina Saba attulit aurū & argentū. Et sic tu aurū dilectionis & argentum castitatis. Sine his enim homo nō intromittitur neq; exauditur. Deu. 16. Non appareas in cōspectu dei tui vacuus. Ergo tali dicitur: *Nescitis quid petatis*. Ergo ecclesia sancta hodie incuruat, i. humiliat se in introitu, dicens: Ne derelinquas me, &c. Collecta, Populū tuū quęsumus dñe propitius respice, &c. In epistola Hester 13 quę orauit. Dñe deus miserere populo tuo, q̄a volūt nos inimici nostri perdere & hęreditatem tuā delere, ne despicias partē tuā quā redemisti tibi ex Aegypto. Si decreueris nos liberare, cōtinuo liberabimur. Ecce quā pulchrē orauit. Primō humiliāuit se. Secundō redēptionis recordata fuit. Tertiō in voluntate Dei omnino posuit. Hoc nō fecit hęc mulier cū filiis suis. Ideo à domino audiuit: *Nescitis quid petatis, potestis bibere, &c.* Aliud thema, Peregrinus cōstitutus in via extra propriā regionem habet desiderium ad patriā, & querit & interrogat de via. Moraliter. Sic nos. Psal. 38. Aduena ego sum apud te & peregrinus, &c. Animus noster non est quietus in via. Aug. Fecisti nos ad te, inquietū est cor nostrū donec requiescat in te. Idcirco debemus querere & petere viā quę ducit ad patriā, vt possimus habere saluum conductum. Hoc facit ecclesia in introitu, dicens: Ne derelinquas me domine. Et Pl. 6. Domine ne in furore tuo arguas me. Hunc Pl. secundū Greg. fecit Dauid pro seipso recordando propria peccata quę fecit, scilicet adulterium, homicidium, & numerando populum. 2. Reg. 24. Timēs ne in memoria incideret in peccata, rogauit pro saluo cōductu. Et sic ecclesia facit in collecta orans: Populū tuū quęsumus domine propitius respice, & quos ab

escis

ecclis carnalibus præcipis abstinere: à noxiis quoque vitis
 cessare concede. Et sic in epist. Heft. 13. Domine Deus mise-
 rere populo tuo, &c. Et sic nos petere debemus vt dominus
 assistat nobis, ne erremus à via patriæ. Sed via ducés ad pa-
 triã, s. Hierusalẽ quæ sursum est, est tribulatio & passio. Act.
 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare, &c. Idcirco
 dicit: *Potestis bibere calicem, &c.* In sum. euang. duo innun-
 tur. Primò, acerba passionis reuelatio. Secundo, fatuq; petiti-
 nis correctio, vel sic: In sum. euag. duo dñs in sinuat. Primò,
 eius passionẽ prædicat ibi: *Ascendens Hierosolyam.* Secundo,
 indiscretè petentes redarguit ibi: *Nescitis quid petatis.* De primo
 dicit, In illo tempore, s. cum venisset de Galilæa, venit trans
 Iordanẽ in fines Iudææ: & ibi multos curauit. *Post hæc ascendit
 Hierosolyam:* quia in alto est sita: *assumpsit discipulos suos secreta,*
 scilicet ne alios scãdalizaret. Vbi nota, dicit secretè ad de-
 signandũ q̄ istis in tribulationibus positus reuelatur secreta.
 Vnde Ezech. eiusdẽ c. 1. iuxta flumen Chobor, quod inter-
 pretatur grauedo, apertũ est cõlũ & vidit visionẽ Dei. Act. 7.
 Stephanus percussus lapidibus. Et Ioãnes in Pathmo insula
 vidit ostiũ apertũ in cõelo, Apoc. 4. Itẽ ad designandũ quòd
 secreta non debẽt omnibus manifestari. Eccl. 8. Non omni
 homini manifesta cor tuũ, ne fortè inferat tibi falsam gra-
 tiam & cõuitietur tibi. Ecc. 6. Multi pacifici sunt tibi: confi-
 liarius autè vnus sit tibi de mille. Reuelauit ascendentibus
 ad designandũ illud Act. 14. Per multas tribulationes opor-
 tet nos intrare in regnũ cõelõrũ. Nota secundũ S. Tho. Ho-
 mo nõ debet de facili recipere secretũ aliquod extra cõfesi-
 onem, & præcipuè quando dicit: Dico tibi tanquã sacerdo-
 ti, vel sicut in confessione. Et cum aliquis promittit tale se-
 cretũ se velle tenere, ex illa promissione tenetur illud se-
 cretum celare ac si in cõfessione haberet. Et trãsgressor re-
 uelans tale secretũ peccat mortaliter. Et si illa secreta quæ
 sunt pro bono particulari sunt celãda: multò magis illa ar-
 cana cõsilia quæ sũt pro bono cõmuni, quia Christus mys-
 teriũ mortis in secreto discipulis nũtiauit, ne alij scãdali-
 zarentur: & ne diuulgata impedirẽtur. 1. Cor. 2. Si enim co-
 gnouissent, nõquã dominũ gloriæ crucifixissent. Et ait illis
 prædicando passionẽ suã Et hoc ideo secundũ Greg. Iacula
 præuisa minus feriunt, ideo prædicat: *Ecce ascendimus Hieroso-
 lyam.* Quia appropinquauit hora passionis, ergo etiã vo-
 luit appropinquare loco passionis, s. Hierusalem: quia ille

locus

locus fuit oblationis. Sed Iudæorũ oblatio nõ potuit delere
 peccata. P. sal. Holocaustũ pro peccato non postulasti, tũc di-
 xi, ecce venio: nam erat agnus Dei. Io. 1. *Et filius hominis tradetur
 principibus sacerdotum.* Et dicit filius hominis: quia secundũ
 quòd homo, Christus passus est. Figuratur Genes. 22. Isaac
 immolatus, sed aries inter vepres occisus, i. homo sub co-
 rona spinea Sed diceres, Cur nõ dicit se filiũ Dei cũ à parte
 digniori debeat fieri denominatio? Respõdet Remig. quòd
 Christus secundũ illam naturã nominat se secundũ quam
 pati poterat. Secundo, ad designandum q̄ pro nobis factus
 est homo. Tertio, se humiliat vt nos exaltaret. Sed diceres,
 Cur Christus toties discipulis passionẽ suã prænũtiauit? Res-
 põdetur primò vt daret intelligere q̄ non ex necessitate,
 sed propria volũtate pateretur. De quò Aug. 4. de Tri. ca. 13.
 ponẽs differentiã inter mortẽ Christi & nostrã, dicit: *Mors
 corporis nostri est à spiritu deserui. Ratio, quia spiritus vo-
 lens deseruit Deum: deseruit verò corpus inuitus.* Secundo,
 sicut Deũ deseruit, quia voluit: sic & corpus deseruit etiã si
 noluerit: Christus autè ad mortẽ accessit, quia eam voluit,
 &c. Isa. 53. Oblatus est, quia voluit. Ioã. 10. Potestatem habeo
 ponẽdi eam, & potestatem habeo iterũ sumendi eam. Secun-
 dò, secundũ Hier. nobis in exẽplum ne obliuisceremur pas-
 sionis eius: sed iugiter meditationem mortis eius habere-
 mus. Eccl. 29. Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris: dedit
 enim pro te animã suam. Sed heu multi secundũ P. sal. 105.
 Obliti sunt Deũ qui saluauit eos. Tertio, ne scãdalizarentur
 discipuli si subito aduenerit. Sed diceres, Cur prænũtiauit
 passionẽ ascẽdentibus, cum dicit: *Ecce ascendimus?* Respõde-
 tur ad designandũ q̄ passiones faciũt nos ascẽdere ad vitã
 æternã. Ratio, quia tribus modis in rebus naturalibus ali-
 qua ascẽdũt. Primò, naturaliter leuia. Philosoph. 4. Physic.
 Omne leue tẽdit sursum, vt patet in flãma, similiter in plu-
 ma: sic tribulationes naturales alleuiãt. Primò, exonerando
 ab onere peccati & nequitia: quia frequenter tribulationes
 faciũt hominẽ dimittere peccatũ & redire ad pœnitẽtiam.
 Sic canes mordaces faciũt lupũ dimittere ouẽ & fugere in
 syluam. Eccl. 11. Militia vnus horũ obliuionẽ facit luxuriæ
 magnæ. Heb. 12. Deponẽtes omne pondus & circũstans nos
 peccatũ: per patientiam curramus ad propositũ nobis certa-
 men. Secundo, alleuiat desiccãdo humorẽ concupiscentia.
 Sicut enim lignum viride alleuiatur cum desiccatur, vel

adur

aduritur in igne: sic caro igne tribulationis adusta animam
 nō grauat fur cōcupiscentia. Greg. Ideo cōcupiscentia pos-
 fedit cor Salomonis, quia ipsum nulla exterius exercuit
 disciplina tribulationis. Tertiō, alleuiat separādo à terre-
 stritate auaritiæ, sicut vapores à calore solis eduçti subtri-
 hiātur & alleuiātur: sic tribulatio soluit vinculū quo anima
 ligatur rebus terrenis, s. amore mundi. Sicut ignis fornacis
 Babylonis soluit vincula triū puerorū: sic & tribulatio mū-
 di vinculū terrenorū. Greg. Deus electis asperū facit iter in
 via ne obliuiscātur corū quę sunt in patria. Figuratur Gen.
 7. Aquę multiplicatę sunt & eleuauerūt aquā in sublime à
 terra. Secūdō, aliqua ascēdunt artificialiter: vt aquę in du-
 ctibus fontiu, quia quantū descēdit tantū ascēdit: & sic fa-
 cit ascēdere humilitas. Lu. 18. Qui se humiliat exaltabitur.
 Sed tribulationes maxime humiliāt. 2. Cor. 12. Ne magni-
 tudo reuelationū extollat me, datus est mihi stimulus car-
 nis meę angelus sathanę qui me colaphizet. Tertiō, aliqua
 ascēdunt violenter, sicut lapis proiectus in altū ascēdit ex
 violētia, quāuis sit cōtra naturam sui. Sic & tribulatio facit
 interdū hominē pigrū surgere à peccato, & per penitētiā
 ascēdere ad Deum: sicut asinus qui cecidit, verberibus per-
 cussus à terra surgit. Gre. Mala quę nos hīc premūt, ad deū
 ire cōpellūt. Nota Ber. dicit: Bonus miles nō sentit sua vul-
 nera cū vulnera regis intuetur. Amb. in exām. Culices non
 tangūt te si absynthiū cū oleo coquas & te vngās. Sic tribu-
 latio & penitētiā nō te tædet si absynthio passionis & oleo
 cōpassionis Christi fueris inūctus. Greg. Nil tā graue quod
 nō iustineatur dū passio Christi intuetur. Tūc subdit: *Et con-*
demnabunt cum morte, s. per falsos testes: Et tradent eū gentibus ad
illudendum. Vt sic hodierna die illudetur à multis. Nota, ali-
 quis illuditur ab aliquo tribus modis. Primō quādo aliquis
 alteri cōmittit aliqua bona quę postea vult rehābere, & ille
 reddere nō potest: talis illuditur. Et sic Christus cōmisit no-
 bis corpus & animā & diuitias tēporales. De anima quærit
 amorē. Luc. 10. Dilige dām Deū tuū ex toto corde tuo, & ex
 tota anima tua, &c. De corpore laborē ieiuniorū ad Ro. 12.
 Exhibete corpora vestra hostiā viuētē, &c. De diuitiis quæ-
 rite elemosynas dare pauperib. Apoc. 3. Ego sto ad ostiū &
 pulso, s. in persona pauperū. Sed heu de anima reddimus ei
 malas cogitationes. Isa. 5. Expectaui vt faceret vinas & fecit
 labruscas. Itē de corpore redditur ei fornicatio & ebrietas.

Item

Item de tēporalibus nil pauperib⁹ sed histrionibus: hi Chri-
 stū illudūt. Secūdō, illuditur quis quādo ei aliquid promit-
 titur & nō redditur: & sic Christo promissimus in baptismo
 seruare puritatē. Ps. 118. Iuravi & statui custodire iudicia iu-
 stitię tuę. Eccle. 5. Si quid vouisti Deo ne moreris reddere:
 displicet ei infidelis & stulta pmissio. Infidelis dicitur pro-
 missio, quādo vouetur in die necessitatis, & cessante neces-
 sitate mutatur propositū. Stulta pmissio est quę nō cedit ad
 honorē Dei, vt leuare festucā: vel etiā sit de bono tamē im-
 possibili, quod heu multi faciūt. Cōtra quos Psal. 75. Vouete
 & reddite dño Deo vestro. Tertiō, illuditur quis dū laborat
 sub spe lucri, & tamē nil reportat nisi malū. Et sic Christus
 sub spe laborauit circueundo vicos & plateas & ciuitates.
 Et de illo cōqueritur Psal. Pretiū meū cogitauerūt repelle-
 re, cucurri in siti: ore suo benedicebāt & corde suo maledi-
 cebāt, vt solēt illudi fatui. Ps. 34. Retribuerūt mihi mala p
 bonis. Et flagellabūt & crucifigēt eū. Nota hic, licet adhuc
 nō sit tēpus passionis: tamē legitur Euāg. hodie de passione
 dñi multis de causis propter hoc, vt ad sustinendū penitē-
 tiā homines fortius animētur. Nā penitētia continet in se
 tria. Primō, continet contritiōnē, & hoc adducit passio, s. in
 scissione petrarū, ad designandū q̄ passio dñi corda lapidea
 frāgit ad contritiōnē: vt patet in adamāte qui nec malleo,
 nec igne, sed sanguine hirci frāgitur. Secūdō cōtinet peni-
 tētia confessionē, & ad hoc inducit passio dñi. Figuratur Io.
 19. Tēpore mortis Christi monumenta aperta sunt. Spiritua-
 liter, monumentū est cor factū, peccatis plenū, in quo tot
 mortui quot peccata mortalia: hoc debet aperiri, & mor-
 tui, i. peccatores debēt resurgere. Ephe. 5. Exurge à mortuis
 & illuminabit te Christus. Tertiō ad penitētiā requiritur
 satisfactio, & cōsistit in trib⁹, s. ieiunio, oratione & eleemo-
 syna. Et hæc docētur in memoria passiois dñi. Primō, p me-
 moriā passionis, inducimur ad ieiunium. Nā homo cōsidera-
 re debet q̄ Christus ieiunauit & esuriit. Primō em esuriit,
 & nō habuit comedere nisi lapides. Mat. 4. Accedēs tētator
 dixit ei: Si filius Dei es, &c. Secūdō, nō habuit nisi folia fici.
 Mat. 21. Tertiō, sitiuit. Io. 19. Sitio. Et sic impletū est in eo il-
 lud Psal. 68. Dederūt in escā meā fel, &c. Secūdō, memoria
 passionis inducit nos ad orandum: quia Christus orauit in
 cruce. Luc. 23. Pater dimitte illis, &c. Et Hebr. 5. Oravit cum
 lachrymis, & exauditus est p sua reuerētia. Tertiō, inducit
 ad

ad dandū eleemosynas. Nam Christus tēpore passionis sue largē distribuit bona sua: nobis corpus & sanguinē, Ioanni matrē, latroni paradifum, peccatoribus veniā, patri spiritū. Deinde in discretē petētes arguit, dicēs: *Tunc accessit mater filiorum Zebedæi.* Naturale est, q̄ parētes optāt filiis bona, principaliter autē matres, & hoc duplici de causa. Primò, quia sunt certiores de filiis. Secundo, quia plures tribulationes habēt cū eis quā patres. *Adorans eum & petens aliquid ab eo,* scilicet in generali, vt concessione facta in generali minus posset sibi denegare in speciali. ait: *Quid vis?* Non vt inscius interrogat, sed vt petitio sua ostenderetur irrationabilis ex eius verbis. *Ait illi: Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo.* Hęc petitio processit ex hoc: quia apostoli existimabant Christū tēporaliter regnaturū in Israel, vt patet Act. 1. Domine, si in tēpore hoc restitues regnū Israel: Non mirū, quia adhuc erant carnales per spiritū sanctū nondū cōfirmati. Dixi secūdō innuitur fatūq̄ petitionis correctio. *Nescitis quid petatis.* Hic respōdet discipulis & nō matri: quia petitio orta est ex eis. q. d. insipienter petitis. Sciendū, multi errāt in petitione. Primò, petētes Deū, & cū hoc querēdo artes magicas: de quib. Isa. 16. Ingredietur ad sancta sua, vt obsecret & nō valebit. 4. Reg. 1. Nunquid nō est Deus in Israel, vt eatis ad cōsulēdū Beelzebub deum Accaron? Et 1. Paral. 10. Mortuus est Saul propter iniquitates suas. Sequitur: Et insuper pythoniſſam cōsuluit & non sperauit in domino, propter quod interfecit eum, & c. Iac. 1. Si quis indiget sciētia, postulet à Deo in fide nihil hēsitās. 1. Cor. 10. Nō idololatræ efficiamini, & c. Psal. 105. Immolauerunt filios suos & filias suas dæmoniis & nōn Deo. Vnde Dan. 14. Dixit Daniel regi de idolo Bel: Erras rex: iste enim est intrinsecus luteus, forinsecus æreus: neq; comedit aliquādo. Secūdō, petētes nociua, s. hic tēporalia: vel quæcunq; carni delectabilia. Pro. 1. Vsq̄ue quo paruuli diligitis infantia, & stulti ea quæ sibi sunt noxia petūt? Verē nociua adulter petit cū nequius videat. 1. Corint. 6. Fornicatores adulteri regnū Dei nō possidebūt. Aliqui petunt gladiū potentia. Eccl. 7. Noli querere ab homine ducatū: neq; à rege cathedram honoris. Aliqui laqueum auaritia. 1. ad Tim. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueū diaboli. Salomon petiuit liberari à tali laqueo. Prou. 30. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tantum vi-

ctui

ctui meo tribue necessaria. Matt. 6. Panē nostrum quotidiana, & c. Tertio petētes in peccato mortali. Pl. 65. Iniquitatē si aspexi in corde meo non exaudiet dñs. Ergo petētes sint sine peccato mortali. 1. Io. 3. Fiduciā talē habemus ad Deū, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, & c. Si cor plenū inuidia, manus auaritia, & sic de aliis, nō exaudiemur. Esa. 1. Cū multiplicaueritis orationes vestras nō exaudia, & c. Quarto contra voluntatē dei 1. Io. 5. Quæcunq; petierimus secundū voluntatē eius audit nos, s. ad salutē animæ. Nam docuit Lu. 11. & Mat. 7. Petite & accipietis. Idē de sum. bo. Sæpe deus non exaudit ad voluntatē, sed ad vtilitatē, vt patet de Pau. 2. Cor. 2. qui ter rogauit dñm, inauditus tamen mansit, quia rēratio carnis ad animæ salutē sibi vtilis fuit. Quinto nō habentes meritū. Et sic discipuli, quasi diceret eis dñs. Nō seminastis, & vultis metere. Pl. 125. Qui seminat in lachrymis, in exultatione metet. Itē denarius non datur nisi prius laboretur in vinea. Mat. 20. & 2. Tim. 2. nullus coronabitur, & c. Nec illi volūt habere brauiū. 1. ad Cor. 9. Sic currite vt cōprehendatis. Ideo Iac. 4. Petititis & nō accipitis quia malē petitis. Sexti qui petunt, & inimicis non dimittūt. Aug. Vnusquisq; talē indulgentiā accepturus est à deo qualē dederit proximo. Anasta. Si iniuriā nō dimittis, non orationem pro te facis, sed maledictionē super te inducis.

FERIA V. ENARRATIO XXXI.

Operamini non cibum qui perit, & c. Ioan. 6.

Licet omnia bona appetūtur à creatura, s. rationali, maxime tamē vita à qualibet etiā creatura sensibili desideratur. Inde est q̄ pisces cū sentiunt se capiendos, vt vitā conferuent in profundū aquarū se mergūt. Aues verò in altū aeris se leuāt, feræ siue bestia ad interiora deserti currūt. Inde etiā est q̄ dñs in veteri legē obseruatoribus præceptorum suorum pro maximo vitam pollicetur, dicens. Exo. 20. Honora patrem & matrem omni tempore vt longæuus sis super terram. Cū ergo hæc vita licet transitoria & caduca tamen diligatur, & etiā pro ea obseruanda multa interdum pericula homo incurrat, quantō magis vitam in æternum mansuram, & sine tædio feliciter duraturā debet meritō desiderare? Ad huiusmodi ergo vitam æternam promendam, acquirendam pariter & tenendam, vtile homini est cibum non corporalem, sed spirituale; qui non perit sed vitam præstat perfectā, summa inquirat diligentia. Ipsiq;

Quadrag. Theſ.

N

inuento vtiliter vtatur. De quo cibo saluator in hodierno euangelio tria tangere cōprobatur. Primū est cibi spiritua-
lis fructuositas, q̄ duratio probat æternalis, ibi. *Operamini nō cibū qui perit, sed qui permanet in vitā æternā.* Vbi sciendū q̄ vir-
tus huius cibi cōsideratur in hoc q̄ nō perit, quod sic ha-
bet videri. Corporalia enim sunt quædā similitudines spi-
ritualiū, vt potē ab eis creata & deriuata, & ideō imitantur
ipsa spiritualia aliquo modo. Sed corpus sustentatur cibo,
ergo illud quo sustentatur spiritus, dicitur eius cibus quic-
quid sit illud. Illud quo sustentatur corpus cū trāseat in cor-
poris naturā corruptibilē perit: sed cibus quo sustentatur spi-
ritus est incorruptibilis, q̄a nō mutatur in ipsum spiritum,
sed potius cōuerso spiritus in cibū. Vnde dictū est p̄ Aug.
Cibus sum grandīū, crede & māducabis me, non me muta-
bis in te, sed tu mutaberis in me. Ideo de tali cibo dicit hic
dñs, *Operamini. q. d. operando quærite vel operibus merea-
mini, nō cibū qui perit, s. corporalē.* Iuxta illud 1. Co. 6. *Esca
ventri, & vterer escis, &c.* Quia nō semper erit vsus ciborū,
sed illum cibū operamini, s. spiritualē qui permanet in vitā
æternā. Qui tāta virtute stomachū mētis semel accept⁹ cō-
fortat, vt satietatē perpetuā simul & immortalitē animæ
largiatur. Qui quidē cibus est ipse Deus inquantū est veritas
contēplanda, & bonitas amāda, quib⁹ reficitur spiritus.
Pro. 9. *Comedite panē meū, &c.* Eccl. 15. *Cibabit eū pane vitę
& intellectu.* Est etiā obseruātia mādatorū. Ideo Io. 4. *Meus
est cibus vt faciā voluntatē eius qui misit me vt perficiam
opus eius.* Et etiā verbū dei, quo anima mundanis cōcupi-
scētis fatigata reficitur. Mat. 4. *Nō in solo pane viuūt ho-
mo, sed in omni verbo, &c.* Est etiā lectio siue meditatio di-
uinarū scripturarū. Sed postremo perfectissimus atq; sem-
per exoptādus animabus est mysteriū corporis Christi, qui
ad æternā & beatā vitā refecto proficit. In illo sensu hic do-
minus cibum qui permanet in vitā æternā intelligi voluit.
De quo Io. 6. *Ego sum panis vitę.* Sequitur ibidē: *Et caro mea verē
est cibus, & sanguis meus verē est potus.* Sed quis sit dator huius ci-
bi insinuat cū subiungit, *Quem filius hominis dabit vobis.* Si dixis-
set filius dei, mirū non fuisset. Sed secundū hoc q̄ filius ho-
minis dat hunc cibū, magis eleuat ad attenuatiōē. Spiritua-
liter, tamē ideo filius hominis dat, quia natura humana in-
firma per peccatū fastidiebat spiritualē cibū, nec poterat in
sua spiritualitate sumere. Vnde oportuit q̄ fili⁹ dei carnem
assume

assumeret, & per eam reficeret nos. iuxta illud Ps. 22. *Para-
stia cōspectu meo mēsam, &c.* Vnde etiā quia sacerdos mi-
nister est huius cibi nō largitor, dispēsator est & nō autor.
Filius enim hominis qui saluator est & dñs omnīū ipse no-
bis hunc dat cibū. Seipsum vtiq; dat nobis vt in eo manea-
mus, & ipse maneat in nobis. Sed vnde habeat autoritatem
dandi ostēdit dñs cū dicit, *Hunc enim pater signauit Deus:* hoc
est signū quod ei dedit quō propriū sibi esse ostenderet: per
quod cæteris filius hominū cōparari non potest. Et hoc si-
gnū fuit eminentia plenitudinis gratiæ. Vnde Ps. 44. *Vnixit
te deus, deus tuus oleo lætitiæ, &c.* Vel secundū Hylar. Si-
gnauit, i. sigillauit. Quādo enim sigillū in cerā imprimitur,
cera retinet totā figuram sigilli. Sic filius dei inquantū ho-
mo totam figuram patris accepit, quia in natura humana
Deus pater impressit verbum, i. filium qui est splendor glo-
riæ & figura substantiæ eius. Ad Heb. 1. *Vel secundū Chry.*
Signauit, id est ad hoc specialiter eum Deus pater instituit,
vt daret vitam æternam mundo. Ioan. 10. *Ego veni in mun-
dum vt vitam habeant.* Sic enim quando aliquis eligitur
ad aliquod magnum officium peragendum debet signari
ad illud. Lucæ 10. *Post hæc designauit dominus, &c.* Conse-
quenter pro secundo principali tangit qualitatem habēdi
hunc cibum quæ æstimatio existit internalis, id est fides.
Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus vt operemur opera Dei? quasi di-
cerent, Nihil credimus æternum nisi Deum, sed tamen de
hoc cibo qui permanet in æternum dicas nobis, est ne ali-
quid diuinum, & si sit, quomodo ergo hunc consequi possu-
mus, & per quæ opera eum mereri valeamus? *Respondit Iesus &
dixit eis, Hoc est opus Dei vt credatis in eum quem misit ille.* quasi di-
cat, per fidem potestis hunc cibū mereri. Sed diceret quid
est quod apost. Rom. 4. distinguit opera cōtra fidem, dicens:
q̄ Abraham non est iustificatus ex operibus, sed ex fide: Di-
cendum est q̄ ibi fides non distinguitur contra opera exte-
riora. Hic autem fides dicitur esse opus tantū manens in
anima. Alio modo potest fides cōputari inter opera exterio-
ra, non q̄ fides sit ipsa opera, sed quod sit eorū principium.
Hæc autem fides intra se est, non quæ in multis est: quia
multi confitentur se nosse Deum, factis autem negant, sed
ea quæ per dilectionem operatur. Considerandum etiam q̄
fidem non opus nostrum, sed opus Dei dixit, vt nemo putet
fidē à se habere siue aliud bonū: nec de suis viribus glorie-

rur, sed qui gloriatur, in dño gloriatur. Et dicat cum apost. 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum. *Dixerunt ergo ei, Quod ergo tu signū facis ut videamus & credamus?* quasi dicat secundum Chry. Cū inuitas ad fidē, ideo ut credere tibi possimus volumus à te signū videre, quia licet quinq; millia hominū de quinq; panibus satiasti: non tamen propter hoc maior es Moysē, qui paut patres nostros in deserto manna. Sed si vis ut credamus tibi per tuū miraculū siue tuo signo, quotidie pasce nos sine labore nostro & sine fatigatione, & tūc credemus te maiorē fore Moysē. Quia sequitur. *Quid operari: patres nostri manducauerunt manna in deserto sicut scriptum est, Panem de celo de dit eis manducare.* Ac si dicerēt, Iterū promittis nobis maiora q̄ Moysēs, tu enim panes dedisti nobis hordeaceos, ille patribus nostris māna de celo. Vnde dicunt, patres māducauerūt māna in deserto, nec dicūt, Deus paut patres nostros māna, ne videantur eum velle æquare deo, & ne videantur Moysēn præferre Christo, quasi in hoc eū allicere volētes q̄ cōtinuē eos pascat. Respōsio Christi ponitur ad præcedētia cū dicitur, *Amen amen dico vobis, Non Moysēs dedit vobis panē de celo, sed pater meus dabit vobis panē de celo verū.* Vbi sciendū q̄ Iudæi duo proposuerunt Christo de cibo corporali, vide licet datorē Moysē & locū, s. cœlū, quæ duo remouet Christus circa cibū spirituale: quia dator eius non est Moysēs, sed pater cœlestis. Nec datur de celo aëreo sed sidereo. Vnde ergo dicitur, Non Moysēs, &c. Vbi enim est panis cœlestis dicitur verus panis, nō q̄ panis cœlestis datus in deserto fuisset falsus, quia miraculū de māna falsum nō fuit, sed dicitur verus cōtra māna, quod panis figuratiu⁹ illius fuit. Qui etiā panis de celo dicitur sicut sequitur *Panis enim Dei est qui de celo descendit, & dat vitam mundo.* De celo dicitur descendere, quia Christus ratione deitatis de celo oritur. Similiter etiā ratione humanitatis, quia anima immediatē à deo creatur, & virtus formatiua corporis Christi fuit virtus spiritus sancti. Ex hoc etiā cognoscitur q̄ de celo sit, cū proprium facit effectū, s. cū dat vitam. Nam panis ille corporalis vitam non dābat: quia omnes qui manna manducauerunt mortui sunt, iste autē dat vitam æternam. Consequenter pro tertio principali tangitur edulus realis huius cibi, & quæ eius existat existentia finalis. Et primo tangitur petitio Iudæorum. *Dixerunt ergo ad eū. Domine semper da nobis hunc panem.* Volebāt enim de cætero esse refecti sine esurie & labore,

bore, sicut de muliere Samaritana dictū est. Io. 4. Dñe da mihi hanc aquā, &c. Verū tamen sicut non intelligebat conditionem aquæ spiritualis, sic nec isti de pane spirituali. Ideo ostendit eis Iesus quid sit ille panis dicens: *Ego sum panis vitæ, si quis venerit ad me non esuriet, & qui credit in me non sitiet unquam.* Vbi sciendū q̄ verbū sapientiæ est spiritualis cibus mentis quo mens sustentatur. Eccl. 15. Cibauit illū pane vitæ & intellectus. Et dicitur ille panis sapientiæ esse panis vitæ ad differentiā panis corporalis, qui panis est panis mortis, quia non cōpetit nisi ad restaurandū defectus mortalitatis. Vnde & solum in hac vita corporali necessarius est. Sed panis sapientiæ diuinæ est per se viuificatiuus nec habet mortem contrariā. Itē panis corporalis non dat vitam, sed tantūm præ existentē sustentat ad tēpus. Sed panis spiritualis ita viuificat q̄ dat vitam. Nā anima incipit viuere quando adhæret verbo dei. Ps. 35. Apud te fons vitæ. Quia ergo omne verbū sapientiæ deriuatur à verbo dei vnigenito. Eccl. 1. c. Fons sapientiæ verbū dei residēs in excelso, ideo ipsum verbū dei principaliter dicitur panis vitæ. Et quia caro Christi verbo dei vnita est, ideo habet etiam q̄ sit viuificatiua. Vnde corpus eius sacramentaliter sumptū viuificatiuū est. Nam per mysteria quæ Christus in carne sua cōpleuit dat vitam mundo, & sic caro Christi propter dei verbū panis est nō cōsuetæ vitæ, sed illius quæ morte non resoluitur. Et ideo caro Christi dicitur panis. Gene. pen. Afer pinguis panis eius & præbens delicias regibus. Hunc panē qui comederit nō esuriet. Quod significatur in eo quod dicitur: *Qui venit ad me nō esuriet, & qui credit in me nō sitiet.* Quod idem est secundū Aug. Quia idem est venire ad eum & credere in eum, & hoc fide s. formata charitate. Talis inquam dicitur non esurire nec sitire, quia habens deum per gratiam, nihil aliud desiderat nisi ipsum Deum, quem habet per gratiam plenius desiderat habere per gloriam. Cibus autem & potus corporalis est contrariæ conditionis: quia habitus in plenitudine in fastidium vertitur. Vel quia corporalia non simul sumuntur, sed paulatim quasi cū metu. Et ideo semper restat aliud sumendum. Et propter hoc sicut confurgit delectatio, & satieta eo iā sumpto, ita desiderii iā restat ex sumendo. Ideo corporalia nō satiant in æternū. Vel ideo quia corrumpuntur corporalia, vnde remanet memoria ex corrupto, & generatur iteratō desiderium eorum. Spiritualia verò & simul

sumuntur & non corrumpuntur, neq; deficiūt: & ideo eorū fatietas manet imperpetuū. Apoc. 7. Non esurient neq; sitient. Ps. 15. Adimplebis me læticia cū vultu tuo: delectationes in dextera tua, s. in spiritalibus vsq; in finem. Hūc igitur panem totis desideriis requiramus, atq; ipsi facta desideria operū impediis adiuuemus. Veniamus ad Christū, i. credamus absq; dubio esse corpus Christi quod sumimus. Via qua ad eū veniemus est fides. Ita enim per fidē accedētib; & sincero corde sumētib; vitam tribuit sempiternā. Et hi tales non esurient in æternū. Illi enim qui dubitāt an verū Corpus Christi sit, nō reūciūtur: sed secū reportāt esuriam: nec illuminātur, sed dēstioribus tenebris obscurantur. Psal. 33. Accedite ad eū & illumināmini: & facies vestre non confundentur. Illorū enim facies illuminātur, & nō erubescūt quin cūcta accedāt. Sed illius facies cōfusione repletur qui nihil credit: vel nō credit corpus Christi esse qđ p̄cipit. Vel quē sua cōsciētia grauioris peccati recordatione compungit. Vt igitur tam damnabilē nō sustineamus cōfusiōnē, mundemus nos ab omni inquinamento carnis ac spiritus, quatenus diuinū ac sacrosanctum mysteriū non ad mortis æternæ iudiciū, sed ad perennis vitæ sumamus præmium.

FERIA VI. ENARRATIO XXXII. DE EVANG.

Hic est hæres, venite occidamus eum. Matth. 21.

Magna datur secundum legem pœna his qui occidunt hæredem seu naturalem dominum: & signanter quando ex hoc sequitur perditio hæreditatis. Moraliter, verus hæres est Christus. ad Hebr. 1. Constituit eum hæredem vniuersorum per quem fecit & secula. Hunc occidūt Iudæi. O quā magnum scelus. Hier. Non solum magnum sed & maximum, quia indicibile & inexcogitabile, nullus excogitare potest huius sceleris quantitatem. Ber. in quodam sermone distinguit quadruplex peccatū. s. originale, personale, actuale, & singulare. Illud autem singulare est illis qui Christum crucifixerunt, s. quando impij virum iustum occidunt. Aug. in sermone de passione alloquitur eos, dicens: Ignobilitasti eum qui te clarificabat. Occidisti eum qui te duritia seruitutis eripuit. Corpus eius vulnerasti, qui corpus tuū à vulneribus curauit: coronam spineam in caput eius posuisti, qui gloria & honore præinctus te coronauit. Et manus illius piæ qui te de limo plasmavit, vinculis colligasti. Ideo præ magnitudine sceleris impletum est illud Iob 12. vsq; in præsentem

præsentē diem remanet scelus malitiæ. Quamuis hoc peccatum singulare fuit apud Iudæos: tamen falsorū Christianorum peccatū non minimum. Primò quia peccant contra ipsum quem sciunt esse Deum. Secundò peccant cōtra eum qui iam eos redemit. August. Vide, grandis malitia eorum qui Christum crucifixerunt, maior eorum qui recte viuere nolunt: præcepta veritatis oderūt: propter quod omnes apparebimus in iudicio. De quo introitus, Ego autem, &c. Vide infra. Aliud thema. *Malos male perdet.* Mat. 21. Mar. 12. Luc. 20. Videmus qđ homo citatus ad iudicium, prius occupat se antequam compareat quomodo iustus compareat: & si minus iustus decernitur, tunc mancipabitur carceri. Spiritua-liter, Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi. 2. ad Cor. 5. & vnusquisq; recipiet prout gessit in corpore. De quo introitus: Ego autem in iustitia apparebo, &c. Ideo petit ecclesia in collecta: Da quæsumus omnipotens Deus vt sacro nos purificante ieiunio synceris mentibus ad sancta ventura facias peruenire. Nam qui decernitur vt violentus & homicida, carceri inferni mancipatur, & sic Iudæi: vt habetur figuratiuè in epistola, vbi decem fratres vendiderunt Ioseph. Et sic Iudæi Christum. De quo euangelium: *Hic est hæres*, ergo punientur temporaliter & æternaliter. De quo thema: *Malos male perdet.* In summa euangelij tria innuuntur. Primò collati beneficij multiplicatio, ibi: *Homo quidam*, &c. Secundò tangitur destinati nuntij trucidatio, ibi: *Cum autem tempus*. Tertiò ponitur obstinati populi dānatio seu conculcatio, ibi: *Cum autem venerit dominus vinee*, &c. De primo dicit, In illo tēpore, s. feria 2. post dominicā palmarum, *Cum venisset Iesus in templum interrogabant eū Scribæ in qua potestate hoc faceret, & quis ei dedisset hanc potestatem. Respondit eis, Baptismus Ioannis unde erat, de cælo an de hominibus? At illi cogitabant intra se dicentes: si dicimus de cælo, tunc dicet: Quare non credidistis illi? Si autem ex hominibus, timeamus turbam. Et respondētes dixerūt: Nescimus. Et ait illis: Neque ego dico vobis in qua potestate hoc facio. Et Respondit illi: Amen dico vobis publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei.* Ratio, quia egerunt pœnitentiam in prædicatione Ioānis. Sed Iudæi fuerūt obstinati cogitātes occidere filium Dei. De hoc subdit in parabola, dicens: *Homo quidam*, s. Deus pater. Chryf. Dicitur homo nō natura, sed benignitatis similitudine. Philosophus in Polit. Homo naturaliter est animal māfuetū & pium. Erat paterfamilias qui gubernat

omnem creaturam: sicut pater familiās domum: *Quis plantauit vineam*. i. synagogam. Isa. 5. Vineam domini exercituum domus Israël est. Hanc plantauit creando. Hier. 2. Et te plantauit vineam meam electam, & transtulit eam in terrā promissionis. Pl. Vineam de Aegypto transtulit. *Et septem circi: undedit eam*, i. custodiam angelorum. Isa. 62. Super muros tuos constitui custodes. *Et fecit in ea torcular*, i. legem, quia multis præceptis eos torquebat: *Et edificauit turrim*, i. templum propter altitudinem ædificij, & propter securitatem refugij: *Et locauit eam agricolis*, i. doctoribus & prælatiis qui debent extirpare vitia tanquam spinas, & inserere virtutes: *Et peregrè profectus est*, nō mutando locum, sed operando: liberū relinquens arbitriū. Vel secundum Chryl., peregrè profectus longanimitatē habendo, quia non semper eorū peccatis pœnas induxit. Ioel. 2. Patiens est & multum misericors. Dixi secundò tangitur destinati nuntij trucidatio, ibi: *Cum autē tempus fructuum appropinquasset*, s. post legem datam fuit tempus fructuum bonorum operum. Remig. Tempus fructuum fuit cum superatis hostibus terram promissionis colere securè cœperūt. Ambr. Bene dicit, tempus fructuum non prouentuum: nullus enim fructus & prouentus exitit Iudæorum, nō spiritali musto, sed cruore prophetarum redundabant. *Misit seruos suos ad agricolas*, s. Moysen & Aaron & prophetas vt acciperent fructus eius, s. legis & obedientiam Deo & prælatiis. Et agricolę apprehensis seruis eius alium cæciderunt: vt Moysen & Aaron qui fuerunt cæsi linguis Iudæorum licet non gladio. Deu. 32. Vna eorū, vna fellis, botrus amarissimus, in quo inbriati prophetas occiderunt. Isa. 5. Expectaui vt faceret vvas & fecit labruscas. Pl. Irritauerunt Moysen in castris Aaron sanctū domini. Et iterum vexatus est Moyses propter eos. Alium occiderūt sicut Isaiā qui serratus est ferra lignea ex præcepto Manassæ regis Iuda. Et sicut Amos quem Ochofias per tempora transfixit. Alium lapidauerūt vt Zachariā quem rex Ioab lapidari iussit inter templum & altare. Et Ieremias similiter lapidatus est. Sed diceres, cur Iudæi nō festiuant prophetas per eos occisos, sicut Christiani martyres & apostolos? Respondetur primò propter immanitatē sceleris, quia non alienos, sed proprios occiderunt. Secundò ad occultationem sui criminis: & ad declarandam duritiā desperati sui pectoris. Psal. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Act. 7. Dura ceruice, & incircuncisi cordibus,

bus, &c. Aug. Stephanus eos increpauit: quia timuerūt esse perpetuam memoriā scelerū, & posterorum horruerunt persecutionem, &c. Io. 8. Vos ex patre diabolo estis. Iterū misit alios seruos plures prioribus, quia multiplicauit Deus prophetas, & fecerūt similiter vt impleretur Ierusalem sanguine prophetarū, vt dicitur 4. Reg. 21. Ideo saluator ait Matt. 23. Ierusalem Ierusalem quæ lapi. &c. Ecce quanta patientia & misericordia erat Deo erga Iudæos, attamen malitia eorum semper crescebat. *Nonisimè autem*, s. post occisionē prophetarū, *Misit ad eos Deus filium suum*, s. tempore gratiæ: de quo ad Gal. 4. Cum venit plenitudo temporis misit Deus filium suum, s. naturalem, dicens: Forsan verebuntur filiū meum. Hier. Non loquitur vt ignorans, sed vt libera voluntas homini reseruetur. Agricola autem, i. Iudæi maiores vidētes, & cognoscentes per doctrinam & miracula filium, i. Christum in lege promissum, per patriarchas nuntiatū, per prophetas promissum, inuiderūt sibi. Iuxta illud Sap. 2. Grauis est nobis ad videndū, dicentes intra se: *Hic est heres*, i. vnicus & naturalis filius. Matth. 2. Hic est filius meus dilectus in quo, &c. Non alius per naturā, sed à me distinctus secundū personā, quia alia persona patris, alia filij, alia spiritus sancti. De quo ad Heb. 1. c. Quem constituit heredem vniuersorum. Hier. Manifestè dominus probat Iudæorum principes: non per ignorantiam, sed per inuidiā filium Dei crucifixisse. Io. 15. Viderunt autem & oderunt me & patrem meum. Pro quo dubitatur, vtrum Iudæi cognouerunt Iesum Nazarenū esse Christū in lege promissum, arguitur primò quod nō, per illud quod dicitur 1. Cor. 2. Si cognouissent nunquam Deum gloriæ crucifixissent, &c. Item Act. 3. Petrus loquens Iudæis dixit: Scio fratres quod per ignorantiam fecistis sicut & principes vestri. Itē Luc. 23. Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. In oppositum: Nunc autem viderunt me & patrem meū. Item Io. 1. Ecce agnus dei, &c. Item hīc Matt. 21. *Hic est heres*. Quia Hier. manifestè dicit: Nō per ignorantiam, sed per inuidiam Iudæos eum crucifixisse. Respondetur, gens Iudæorū sicut & aliarum ciuitatū communitates triplices continent personas. Quidā simplices vt mechanici & laborantes. Quidā mediocres vt ciues, quidā maiores vt principes, episcopi & doctores, quorū sapientia regitur cōmunitas tota. Sic in plebe Iudæorū fuerunt minores & simplices: isti nō cognouerūt Christū deū esse vel Messiam in lege promissum.

sum De illis loquitur 1. ad Cor. 2. Si cognouissent, &c. Alij fuerunt mediocres & subtilioris ingenij primis. Isti cognouerunt promissum in lege: sed nō Deum, nec Dei filiū. Vnde Aug. lib. questionum noui & veteris testamēti: Si enim demones Deū factū hominē non intellexerunt, quantō magis homines? Non enim illum principes mediocres sciebāt esse qui promissus erat in lege, nec etiā mysterium eius q̄ filius dei erat. neq; sacramentū incarnationis, passionis & redemptionis cognouerūt. De his Act. 3. dixit Pet. Nūc fratres scio q̄ per ignorantia fecistis vos simplices sicut & principes vestri, s. mediocres. Tertij verō sunt maiores, s. scribæ & pharisæi, hi cognouerunt eū Deum & Dei filium. Aug. Missio filij est verbi incarnatio. Aug. super illud: In mūdo erat, & mundus eū nō cognouit: Illuc missus est per humilitatē vbi semper fuit per diuinitatē. Etiā sciebant ex impletione tēporis. Gen. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus est. Et etiam sciebant modum veniendi, s. in paupertate & humilitate, vt habetur Zach. 9. Et cū hoc Messiam in lege promissum, vt patet in sermone illo: Conuenio vos o Iudæi, &c. dominica 4. domini. Itē ex testimonio Io. Baptistæ. Item ex testimonio operum & miraculorum. Vnde cū quæsierunt Io. 9. Si tu es Christus dic nobis palam. Respondit: Opera quę ego facio in nomine patris mei testimonij perhibent de me Chryl. super Mat. Ex omnibus operibus Iudæi cognouerūt Christū esse Dei filiū. Attamen considerandum q̄ nulla noticia quam pharisæi habuerunt de Christo per scripturas pphetarū erat certa certitudine euidentiæ. Tum quia talis certitudo habetur solūm per demonstrationem nō per sensum. Tum quia prophetię possunt aliquando variē exponi. Et ideo maior erat notitia personalis & verisimilis coniecturæ. Vel secundū aliquos ibi erat certitudo adhzrentiæ quę potest impedire in actu modū prædictū. Per prædicta autem soluuntur argumēta ad vtranq; partem: quia illa quę probant q̄ habuerunt notitiam de Christo intelligēda sunt de notitia habituali. Alię autē auctoritates deductæ in contrariū, loquuntur de actuali cognitione applicate ad opus, quę fuit impedita propter passionē inuidiæ & rancoris. Quia Iudæi primo habuerunt verā æstimationē de Christo & in habitu & in actu in principio. Sed quando incēpit contra eos prædicare excitati sunt contra eum ira, rācore, & inuidia: quibus passionibus impedi-

bantur ab actuali cognitione veritatis præhabita in Christo. Sed diceres: Quare crucifixerunt eum? Resp. Chry. Hoc causauit auaritia & vana gloria: quia cū Christus introiuit in tēplum eiiciens videntes animalia quę ad sacrificiū vendebātur, erat illis confusio, & sic vana gloria suadebat altercari. Itē auari cogitabant, Si populus iste habuerit istū Deum, tunc necesse est vt dimittat cōsuetudinē hostiarum quę ad nostrū pertinent lucrū: & sic populus non erit possessio nostra, sed Dei. Si autē occiderimus eum, tunc nō est qui iustitię fructus à populo quærat, & sic semper tenebitur cōsuetudo hostiarū. Et ideo machinati sunt de ei⁹ morte. Sicut incōtinens propter passionē concupiscentiæ eligit fornicari, quod tamen aliās refugeret. Verbi gratia, homo aliquādo diligit aliquem actū & habitu, post hoc cōmouet eū, tunc obfuscat dilectionis notitia actualis & habitualis, ideo dixerunt: *Hic est heres, venite occidamus eum, tunc habebimus hereditatem.* Remig. in homil. Nō per ignorantia, sed per inuidia crucifixerunt redemptorē. Sciuerūt enim eum esse illum de quo P sal. Postula à me & dabo tibi gētes hereditatem tuam, &c. Ideo dixerunt: *Venite occidamus eum, tunc habebimus hereditatem.* Ne cōsuetudo hostiarum & lucrū nostrum dimittatur. Sic adhuc est cogitatio sacerdotū carnaliū qui non solliciti sunt quomodo populus viuat sine peccato: sed aspiciunt quid in ecclesia offeratur: *Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam, i. extra ciuitatē Hierusalem.* Triplices personæ in lege extra castra eiiciebantur, s. immundi, leprosi, & blasphemī, quasi huiusmodi esset Christus. Ipse tamen non fuit immundus, sed speculum sine macula. Non leprosus, sed candor lucis æternæ. Non blasphemus, sed imago bonitatis eius. Sap. 7. Et occiderunt, scilicet sine causa. Job 16. Hęc passus sum absque iniquitate manus meę. Dixi secundo innuitur obstinati populi damnatio, dicens: *Cū ergo venerit dominus vineæ quid faciet agricolis?* Hiero. Hic interrogat dominus nō quasi ignorās quid essent respōsuri, sed vt ex propria responsione damnarentur, *Sunt: Malos malē perdet, s. tēporaliter & æternaliter.* Temporaliter factū est vt dicit Ioseph. quādo 87. millia vediti sunt, & vndecies cētena millia fame & gladio perierūt. Secūdo æternaliter, quia 42. annos dedit eis pœnitentiā ante quā Hierusalem subuerteretur. Iere. 17. Duplici contritione conterere eos domine. *Et vineam suam locabit aliis agricolis,* illud post Christi ascensionem 42.

anno factū cum exercitus Romanorū perdidit incredulos, & abstulit locum & gentē & regnū eorum. *Et locavit vineam suam aliis agricolis, i. sanctis apostolis & nobis, vt reddāt ei fructum tēporibus suis, s. fructū cordis credendo, oris confitendo, operis seruiēdo, & corporis patiēdo. Subdit: Dixit illi Iesus: Nunquam legistis in scripturis, quasi diceret, vtique: Lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli? A domino factū est istud, & est mirabile in oculis nostris.* Magist. in scholastica historia dicit ad literā fuisse impletū in ædificatione tēpli Salomonis. De quo cecinit Dauid in Psal. *Lapidem quē, &c.* Et hoc non est factū à casu, sed ex diuina ordinatione. Ideo subdit: *A domino factum est istud.* Lapis iste figurabat Christū, quia multipliciter reprobatus à principibus, & tamen est factus in caput anguli coniungens Iudæos & Gētiles quasi duos parietes: de quo Isa. 28. Ego mittam in Sion lapidem angularē. Et ideo scribitur Dan. 2. Lapis abscissus de mōte sine manibus qui percussit statuā. Mons est beata virgo super humanam naturam per gratiā sublimata, de qua Christus conceptus est, sine manibus, id est sine operatione humana, confregit statuam, id est vanitatē huius mundi. Ioel. 16. Confidite. ego vici mundum. Item dicitur lapis propter ædificationis vtilitatem: quia per hunc lapidem cōstruitur omne ædificiū spirituale. 1. Cor. 3. Fundamentū aliud nemo potest ponere præter illud quod positum est, quod est Christus Iesus. Sed Iudæi multipliciter reprobauerunt hunc lapidem. Primò, in eum non credēdo. Ioā. 7. Nunquid aliquis ex principibus credidit in eum? Secundò, eū nō suscipiēdo. Io. 1. In propria venit, & sui eū non receperūt. Terriò, ei detrahēdo. Io. 9. Nos scim⁹ quia hic homo peccator est. Quar- tò, in præsentia blasphemando. Ioā. 8. Nōne bene dicimus quia Samaritanus es & dæmoniū habes? Quintò, eius miracula dæmoni ascribendo. Luc. 11. In Beelzebub principe dæmoniorū, &c. Sextò, regnū eius excludēdo. Luc. 9. Nolumus hunc regnare, &c. Io. 19. Regē nō habemus. Septimò, morti condemnādo. Mart. 27. Reus est mortis. Octauò, post mortē persequeōdo. Mart. 27. Domine recordati sumus quia seductor ille, &c. Sed ex quo ita multipliciter reprobauerūt eum Iudæi, subdit: *Ideo dico vobis, auferetur à vobis regnum, i. regimen vineæ, i. ecclesia vel scriptura, vel Dei misericordia: Et dabitur genti facienti fructum, i. opera bona.* Nota, legimus regnū temporale à multis esse oblatum, sic & æternale regnum. Prim

Primus fuit cui ablatū est regnū Nabuchodonosor: vt patet Dan. 4. cui dictum: Trāsbibit à te regnū & ab hominibus te eiicient, & cū feris erit habitatio tua. Et hoc propter verba superbiæ. Et sic superbis auferetur regnū cęlorū sicut Lucifero qui dixit Isa. 14. Ascendam super altitudinē nubium, & similis ero altissimo. Luc. 1. Deposuit potentes de sede, &c. Luc. 14. Qui se exaltat humiliabitur. Psal. Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiā. Secundus est Saul I. Reg. 15. Scidit dñs regnū Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te ppter hoc quia reseruasti pingua de Amalech cōtra præceptū dñi. Et sic omnis auarus excluditur à regno Dei. Mar. 19. Facilius est camelū intrare p foramē acus, q̄ diuitē intrare in regnū Dei. 1. Cor. 6. Raptores auari regnū Dei possidere nō possunt. Terri⁹ est Balthasar. Dan. 5. Et figurat gulosos: quia comedebat & bibebat cum principibus suis, quando scriptū erat corā eo quod Daniel exposuit, dicēs: Diuisum est regnū tuū, & datū est Persis & Medis. Et sic amittitur regnū cęli propter carnis delicias. 1. Cor. 15. Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt.

DE EODEM ENARRAT. XXXIII.

DE EPISTOLA.

IN diebus illis, scilicet quando Iacob redierat de Mesopotamia Syriæ: & ab Esau fratre suo, qui ei venerat obuiam recesserat: & Sichem filius Emor Dinam corruerat. Dina filia Iacob de Lya, & filij sui, s. Simeon & Leui de Sichimitis vindictā expetebant adhuc viuētibz Isaac & Rachele, nondum nato Beniamin, dixit Ioseph puer 16. annorum fratribz suis, s. decem: *Aud te somniū meū quod vidi, &c.* vt patet Gen. 37. Vbi nota q̄ iste Ioseph in somniis quæ vidit, & in somniis pistoris & pincernæ & Pharaonis quæ postea interpretatus est, cognouit propheticē futura: ppter quod nō solum habuit visionē imaginariā, sed etiā intellectuā. Vidit enim in somniis imagines quasdam rerū corporearū impressas organo siue virtuti imaginatiuæ. Ideo mediante illo, vel per ministeriū angelicū vidit. vterq; sensus bonus est. Etiā per intellectū omnia futura quæ per huiusmodi imagines prophetæ non prophetauerunt: quia nihil intellectualiter cognouerunt. Sic ergo expone verba: *Audite somniū meū quod vidi: visionē supple imaginaria & intellectuali: Putabam nos ligare manipulos in agro: & consurgere manipulum meum & stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum*

lum meum. Visione utiq; imaginaria vidit imagines manipu-
lorū, s. sic dispositorum: sed intellectualiter vidit q; fratres
sui adorari essent eum: quod postmodū sic euenit. Et vide
quod in rebus corporalibus in quibus isti erāt assueti Deus
mōstrauit eis futura, s. in manipulis & spiciis, vitibus & bo-
bus. Erant enim cultores agrorū & animaliu pastores. Se-
quitur: *Responderuntque fratres sui & dixerunt ei: Nūquid rex nos-
teris, aut subit. semar ditioni tue? Quod certē factū est postmodum
ita. Ipse enim fuit rex & princeps & rector fratrum suorū.
Gen. 49. De ipso immediatē Efraim filio suo descēdit Ie-
roboā, & fuit rex in decē tribubus, vt habetur 3. Reg. 2. Se-
quitur: *Hec autē causa somniorū ac sermonū inuidie & odij somitem
ministravit. Et ratio huius, quia homines qui sunt liberi arbi-
trij summē libertatē appetūt, & abhorret seruitutē. Sequi-
tur: *Aliud quoque vidit somniū quod narrās fratribus ait: Vidi per som-
niū quasi solem & lunā & stellas vndecim adorare me. Et notanter
dicit quasi, quia non vidit lunā aut solē aut stellas, sed ima-
gines ipsorū. Et nota q; primū somniū fuit in rebus terre-
nis: & secundū fuit in rebus cœlestibus ad innuēdum quod
isti omnes inter homines cōuersantes vacabūt terrenis ne-
gotiis, soli tamē ab hominib; separati de cœlestibus cogita-
bunt. Sed quare dixit vndecim stellas cū nōdū esset natus
Beniamin, per quē intelligebatur vndecimus? Dicēdū quod
videbat in spiritu ipsum fore nasciturū: & ipse cū aliis ado-
rare eum deberet. Sequitur: *Cū patri suo & fratribus retulisset,
inrepaui eum pater, dicens: Quid sibi vult hoc somniū quod vidisti? Num
ego & mater tua & fratres tui adorabimus te super terram? q. d. hoc pa-
tet ex verbis tuis. Intelligebat enim Iacob quod ipse pater
per solem significaretur, & Rachel per lunam, & fratres per
vndecim stellas. Sequitur: *Inuidebant ergo ei fratres, pater verō rem-
tactus cōsiderabat. Nota, q; mater Ioseph adhuc viuebat vt ex
loco isto accipitur. Mater, inquam, Rachel. Sed dices, nū-
quid pater & mater adorauerunt Ioseph, quod de fratribus
constat. Respōdetur q; mater nunquā adorauit eum in per-
sona propria, quia mortua fuit antequam Ioseph domina-
retur in terra Aegypti, sed adorauit eum in persona filij, s.
Beniamin filij sui. Iacob autē adorauit eū in filiis suis per
quos misit ei munera. Gene. 44. Et hoc fuit antequā sciret
ipsum esse filiū suū, sed posteaquā sciuit, nūquam adorauit
ipsum, quia nec Ioseph sustinisset: licet tamen dicatur ad
Heb. 11. q; Iacob adorauit fastigiū virgē ipsius Ioseph, quod*****

fatis

fatis inuirit Gen. 50. Sed Magist. dicit in histo. scholastic.
Quidam codices habēt q; adorauit super caput virgæ eius
vel in capite virgæ suæ. & vtrūque stare potest. Diceret ali-
quis: Sed quare Iacob increpauit ipsum Ioseph, qui tamen
fuit prænūtiāns vera, quod inuiritur ex eo quod dicitur q;
pater rem tacitus cōsiderabat. Dicendum q; ideo, quia non
vnicuiq; est veritas dicēda, maximē cū auditores ad
deteriora prouocātur. Vnde timebat sanct; homo illud quod
accidit circa Ioseph quē summē diligebat. Sed mirum est,
quod Ioseph qui puer erat audebat referre talia coram fra-
tribus: maximē cū vidit eos aduersus ipsum concitatos.
Vbi dicendum quod spiritus sanctus qui hoc suggerebat,
ipsum ad dicēdū impellebat sicut & alios viros qui dixe-
runt omnia quæ suggerebat spiritus sanctus & non formi-
dantes mortē. Sequitur: *Cū fratres eius in pascendis gregibus patris
morarentur in Sichem: dixit ad eum Israel. Nota, q; Iacob rediēs de
Mesopotamia transito vado Iobach luctatus fuit cū ange-
lo, ex qua luctatione emarcuit neruus femoris eius. Qui
quidē angelus luctatus cū eo & loquēs in persona Dei mu-
tauit sibi nomē, & vocauit eū Israel, quod interpretatur vir
vidēs Deū. Gen. 32. Vnde statim dixit: Vidi dominū facie ad
faciē. Et vocauit nomē loci illius Phaniel, i. apparitio Dei.
Deinde cū progredirur occurrit ei obuiam Esau, vt patet
Gen. 33. à quo prius discesserat & venit in Sochet, deinde in
Sichē, de qua hic ponitur in litera, quā urbē vocauit Moy-
ses Salem, & ibi emittit ipse Iacob partem agri ab Emor, rege
Sichimorū, & à filiis eius centū agnis: vt patet loco præalle-
gato, s. Gen. 33. Et ipsi dicuntur incolæ Sichimitæ. Ista vrbs
corrupta dicitur Sichar vel Sichem: & terra vicina dicitur
Sichima, & est apta p; alimētis gregū, & pascua illius terræ
dicitur Sichima. Et forsitan ista Sichē est illa vrbs ad quam
primo applicuit Abraham veniens de Hur Chaldæorum.
Gen. 12. sic dicta ibi per anticipationem. Cū autem habi-
taret ibi Sichem commisit ibi stuprum cum Dina: propter
quod secuta fuit interfectio Sichimitarum & depopulatio
vrbs. Gen. 34. Deinde prosequēdo historiā imaginor quod
de Bethel Iacob venit in vallē Ebron quæ vallis dicta est,
conuallis Mambre. Gen. 18. Est autem secūdem Magist. cō-
uallis Mambre iuxta Ebrō quæ vallis sic vocata est, à quo-
dam homine Mambre nominato. Vel est dicta vallis Ebrō,
eo quod erat iuxta ciuitatem Ebron. De ista valle misit Iac-*

cob

eob Ioseph ad fratres suos in Sichem & Dothaim, vbi per
 eos veditus fuit. Et postea Iacob facta eius veditio venit
 ad patrē suū in Ebron, & inuenit matrē suam mortuam. Et
 post paucos dies mortuus fuit Isaac, & sepultus in Ebron,
 quæ alio nomine vocabatur Arbæ seu Chariatharbæ, i. ci-
 uitas quatuor. Ibi enim quatuor sepulti sunt, s. Adam, vt di-
 citur Iosue 14. similiter Abraham, Isaac & Iacob cum vx-
 oribus suis: excepta Rachele quæ fuit sepulta iuxta Effratā,
 hoc est Bethleem. Ibi enim erat spelunca duplex quā emit
 Abraham ab Ephrone, & in superiori sepeliebantur viri: &
 in inferiori mulieres, Gen. 23. Vtrū autē Rachel fuerit mor-
 tua ante Isaac nō est bene certū: scriptura tamē hoc innuit
 Gen. 35. His visis patet tota litera huius partis. *Cumque fratres
 eius in pascuis gregibus, &c.* Sequitur: *Dixit ad eum Israel, i. Iacob:
 iam enim mutatum erat sibi nomen. Fratres tui pascunt oves in
 Sichimis*, id est in pascuis quæ sunt iuxta Sichem: *Veni mittam
 te ad eos, quo respondente, præsto sum*, id est paratus. Ecce prompta
 obedientia, ait supple Iacob: *Vade & vide si cuncta sint prospera
 erga fratres tuos, & pecora, renūtia mihi quid agatur.* Bonum thema,
 quando papa mittit aliquem legatum ad aliquam prouin-
 ciam, vade & vide, &c. Et iniungit sibi tria, scilicet
 profectioem, ibi, *Vade & vide.* Inquisitionem, ibi, *si cuncta
 sint prospera.* Reuelationem, ibi, *Renūtia mihi quid aga-
 tur.* Sequitur: *Missus de valle Ebron venit in Sichem.* Ecce pia be-
 neuolentia Ioseph, statim enim executus est mandatū pro-
 pter patris reuerentiam & fratrum amicitiam: *Inuenitque
 eum vir errantem in agro: qui interrogauit quid quæreret. Ille respondit,
 fratres meos quæro: indica mihi vbi pascant greges.* Verbum bonum
 pro legato inquirente de episcopis prouinciæ, ac dicente
 cuilibet: *Quid, inquam, fratres meos quæro, id est episco-
 pos, indica mihi vbi pascunt greges suos, id est in qua do-
 ctrina, s. catholica vel heretica, vel an vitiosos subditos in-
 forment: Dixitque ei vir: Recesserūt de loco isto, audiui autem loquentes
 eos, Eamus in Dothaim. Perrexit autem Ioseph post fratres suos: & in-
 uenit eos in Dothaim.* Ecce ipse Ioseph sollicita diligentia, quæ-
 rebat autē eos de loco ad loca donec inuenit: puto q̄ ierāt
 in Dothaim quærentes pascua meliora. Et est Dothaim
 quoddam territorium satis prope Sichem sicut credo. *Qui, sci-
 licet fratres, cum vidissent eum procul, antequam accederet ad eos, cogi-
 tauerunt occidere eum, & mutuo loquebantur: Ecce somninator venit: ve-
 nite occidamus eum,* scilicet cadauer eius proiciēdo in cisternā
 veterē, quæ supple erat in solitudine, & non habebat aquā.

veterē, quæ supple erat in solitudine, & non habebat aquā.
 Ecce fratrum saua malitia quæ primo patuit in cogitatione,
 quia cogitauerūt eū occidere. Secundo patuit in locutione
 quæ dixerūt, *Venite occidamus eū.* Tertio apparuit in operatiōe,
 quæ vt cōsequenter dicit historia, ipsum nudauerūt & in ci-
 sternā proiecerūt, & postea vēdiderūt. Chry. O nephāda ra-
 bies iniquorū! nō licet Ioseph viuere, nō licet meliorē inter
 malos tutū esse: zelauerūt enim humilē superbi, māfuetum
 iniqui, probū improbi, mitē tumidi, quia vita bonorū detri-
 mentū est pessimorū. Consequenter tangit Moyses id quod
 pertinet ad fratrum sceleris denūtiatiōē. *Et dicemus, s. patri &
 matri, Fera pessima, vel aper, vel leo, vel vrsus deuorauit eū, &
 tunc apparebit quid prosint illi somnia sua, & ita postea fecerūt, quia
 postquā eū vendiderant intinxerunt tunicā eius in sangui-
 nē hōdi, propter quod pater & mater dixerunt: Fera pessima
 deuorauit eū.* Et vltimo tangit Moyses quod pertinet ad cri-
 minis alleuiatiōē, scelus enim eorū alleuiatū fuit: quia nō
 tantū cōmiserant quantū dixerant. Cogitauerūt enim eum
 occidere & ita dixerant: sed procurāte Ruben, qui volebat
 eū eripere fuit proiectus in cisternā, & postmodū procurante
 Iuda venditus fuit, & ita mortē euasit. Quantū ad illud
 quod fecit Ruben dicitur hic: *Audiens autē Ruben, nitēbatur li-
 berare eū de manibus eorū & dicebat. Non interficiamus animā eius, nec
 effundamus sanguinē eius, sed proiciamus eū, s. viuum, in cisternam ve-
 terem quæ est in solitudine, manūque vestras seruate innocias. hęc dice-
 bat volens eum eripere de manibus eorū & reddere patri suo.* Nota q̄
 mirum fuit de Ruben, q̄ ita fuit propitius ipsi Ioseph, quia
 vt dictum est, accusauerat eum apud patrem de concubitu
 cum Bala. Dicendum verō eo q̄ erat primogenitus debe-
 bat habere curam omnium. Et in hoc facto plus timebat
 offendere aliis: quia antiquior omnibus audiuerat quomo-
 do deus punierat homicidium, s. Abel per Cain factum: &
 ideo plus timebat. Sed quid scriptura refert concubitum
 Ruben cum Bala post mortē Rachelis? Gen. 35. Dicendum
 q̄ Ruben ante mortem Rachelis concubuerat cum Bala,
 quod soli Ioseph notum fuit, qui apud patrem accusauit
 eum, post mortem iterum concubuit, & tunc fuit magis ma-
 nifestum. Nota licet textus historiam non recitet, ecclesia
 tamen refert quomodo nudauerunt eum tunica talari & po-
 lymita, id est auro picta. Et quomodo miserunt eum in cisternam
 quæ non habebat aquam: & quomodo absente Ruben, qui iue-

rat ad procurandū & quærendū meliora pascua : de cōsilio Iudæ vendiderūt ipsū Ismaëlitis siue Madianitis eūtibus in Aegyptum. Et quādo Ruben non inuenit eum in purco, scisis vestibus dixit fratribus: puer nō cōparet, & ego quō ibo? Recipiēs autem consolationē quando audiuit q̄ non erat mortuus sed venditus. Ipse est qui dixit Gen. 42. Nunquid nō dixi vobis, Nolite peccare in puerū & nō audistis me? En sanguis eius exquiritur. Et quomodo intinxerūt tunicā Ioseph in sanguine hœdi, tuleruntq; eā patri dicētes: *Vide si tunica filij sit an non. Quam cū cognouisset pater dixit: Tunica filij mei est. fera pessima deuorauit filiu meū Ioseph.* Et vterius quomodo Madianitē vendiderunt eum Putiphari Eunucho & principi militiæ Pharaonis clare habetur in textu, s. Gene. 37. Et nota q̄ Iacob iugebat filiū suū multo tēpore: videlicet vigintribus annis, qui fluxerūt à venditione Ioseph vsque ad ascensum Iacob in Aegyptū. Allegoricē, Ioseph Christum significat: quem deus pater in senectute genuit, id est in mundi vespera & ætate sexta hominē fecit. Hic à deo patre dilectus præ omnibus fuit accrescens filius: quia rex regū & dominus dominantiu. Et aspectu decorus, quia speciosus forma præ filiis hominū. Psal. 44. Hic quædā coram Iudæis retulit quæ fuerunt ei visa per somnia. Ex quibus eis dabat intelligere q̄ ipsorū esset rex, & quōd ipsū tanquā deum & dei filium deberēt adorare: propter quod oderant eum nec poterant ei aliquid pacificē loqui. Hunc autem maioribus Iudæorū, scilicet scribis & phariseis & sacerdotibus pascētibus oves, i. Iudæos simplices in Sichē, i. in graui & laboriosa obseruantia legis & traditione earū, quoniā Sichem interpretatur labor, misit deus pater de valle Ebrōn, quod interpretatur visio sempiterna. Misit dico ad videndū quid agebatur inter fratres. Matth. 15. c. Non sum missus nisi ad oves quæ perierūt domus Israël. Et peccora, id est maiores & minores Iudæos. Ad videndum non dico speculatiuē, quia omnia sciebat, sed experimentaliter. Ex his enim quæ passus est, obedientiam didicit, sicut dicit Apost. Phil. 2. Factus est obediens deo patri vsq; ad mortē. Missus autē venit in Sichē, i. ad dolorē corporis, & ad graue obseruantia legis. Circuncisus fuit & in Ierusalē ad festa ascendit. Tunc autē quidā, s. Iōānes Baptista inuenit eū errantē, i. inter errantes quos dirigebat ad virtutes. Velerantibus similitē, nō quidē in culpa sed in pœna. Inuenit dico in

co in agro, s. in Iudaico populo, q̄ respectu gentilitatis ager dicitur, ista per desertū figuratur. Et ille interrogat à Christo dicens, *Quē quæritis? Qui respondit, Fratres meos quero, etc.* sicut prius: *Recesserūt ad Sichē & venerunt in Dothaim.* Verē tempore Iōannis, qui ante Christū venerat, recesserāt Iudæi & maxime maiores de Sichem, i. de vera obseruantia legis, & venerant in Dothaim, i. omnē defectum virtutum. Et propterea Iōannes vocabat eos genimina viperarū. Dothaim interpretatur sufferens defectum. Sed quia Christo volente eos ab ista defectione verbis & exēplis reducere, statim cogitauerūt eum interficere & dixerūt, Expedi vobis vt vnus moriatur homo. Sic dixit Cayphas. Vt autē de morte sua possent exulare, fecerunt hoc per gentiles, s. per Pilatū & milites suos. Vnde & dixerūt, *Dicemus quōd fera pessima;* i. Pilatus deuorauit eū. Ruben, i. Pilatus volēs eum eripere, dicit, *Quid enim mali fecit, & nullam causam mortis inuenio in eo, sed non valuit.* Consilio nāq; Iudæi traditoris per istum aliū Iudæi quantū ad hoc figurati, fuit venditus triginta argenteis, sicut & Ioseph secundū literā cōmunē, & fuit venditus Ismaëlitis, i. Iudæis, qui figurantur magis per Ismael q̄ per Isaac de Abraham descendisse. Et sicut Ioseph non fuit mortuus, sed eius tunica fuit sanguine tincta, ita Christi diuinitas non fuit læsa, sed eius tunica; id est humanitas fuit sanguine rubricata. *Quam cū vidit deus pater in ascensione dixit; Fera pessima deuorauit filium meū.* Et sicut Ioseph fuit in Aegyptum ductus, sic & Christus fuit per apostolos gentilitati prædicatus. Sicut enim Ioseph fuit in Aegypto incarceratus, & in vinculis detentus, sic & Christus fuit in apostolis, & in aliis fidelibus inter gentes multipliciter afflictus. Sicut enim Ioseph fuit in Aegypto agnitus à Iudæis & Hebræis, & honorificatus, quibus omnibus alimēta ministravit, sic & Christus inter gentes fuit agnitus dei filius, & honoratus multipliciter tam à Iudæis q̄ à gentibus, ex quibus collecta est ecclesia. Et sicut fratres Ioseph in Aegypto multa perpeffi sunt propter crimen commissum in Ioseph, in tantū vt dicerēt, Meritō hæc patimur: quia peccauimus in fratrē nostrum. *Ac Ruben dixit: Nunquid non dixi vobis? Nolite peccare in puerū, & nō audistis me.* En sanguis eius exquiritur, sic Iudæi ppter crimē cōmissum in Christū multa passī sunt inter gentes, venditi per eos, sicut dicitur q̄ pro vno denario triginta Iudæi dabantur. Et meritō hæc patiebantur.

tur ut planè impletū videretur, quod ipsi Pilato dixerunt, Sanguis eius super nos & super filios nostros. Christus verò omnibus quantū est de se, salutis cibū dispēsat. Nota Iudæi quatuor maxima peccata cōmiserunt. Primo decē fratres vendiderūt Ioseph Gen. 37. propter quod ducti sunt in Aegyptū, ut pater Gen. 41. Secundò peccauerunt in vitulo aureo. Exo. 32. ppter quod perierūt vigintitria millia. Tertio peccauerūt in idololatria absq; Dauid, Iosia & Ezechia. Alij verò ut Salomō, Ieroboā, Achab & ceteri, ppter quod Sedechias ductus fuit in Babyloniam, ut habetur 4. Reg. vlt. & hoc etiam fuit remissum eis & fuerunt liberati, ut patet 2. Paralip. vlt. Quartò peccauerunt in Christi morte. Et hoc fuit punitum & non remissum. De quo Amos 1. Super tribus sceleribus Edom, & super quatuor non conuertam: eo quòd perfectus est in gladio fratrem suum.

SABBATHO, ENARRATIO XXXIII.

Fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Luc. 15.

CONsuetudo est q̄ filius volens habere hæreditatem paternā debet esse obediēs doctrinæ, & præceptis parentū. Spiritualiter, sic nos sumus filij patris æterni. Ne ergo priuemur hæreditate paterna cœlesti debem⁹ obedire eius mādatis. Et hoc docet mater ecclesiā in introitu missæ, dicens, Lex dñi irreprehensibilis conuertens animas, testimoniū dñi fidele, sapientiā præstans paruulis. Nā si vis fore sapiens filius, serua legem patris & doctrinā matris, s. sanctæ ecclesiæ. Pro. 4. Fili mi ausculta sermones meos, & ad eloquia mea inclina aurē tuā, &c. vita enim sunt inuenientib⁹ ea. Ideo pater, i. Christus, & mater, i. ecclesiā docēt ieiuniū, de quo collecta, Da quæsumus dñe nostris effectū ieiuniis salutarē, ut castigatio carnis assumpta ad nostrarum vegetationem transeat animarū. Pro. 1. Audi fili mi disciplinam patris tui, & legē matris tuæ ne obliuiscaris. Et sic fecit Iacob Gen. 27. Cūm māter sua Rebecca docuit eū quomodo teneret hæreditatē & paternā benedictionē, & ipse secutus eā, benedictionē accepit à patre. Qui autē excefferit in mādatis parentum priuatur hæreditate. Et sic filius prodigus de quo in euangelio. Et tamen postquā reuersus fuit ad patrem benedictio restituebatur sibi. Et sic si nos auersi sumus per peccata à deo patre, reuertamur ad eum per pœnitentiam, tunc dicetur nobis, Fili tu semper mecum es, &c. In summa euāgelij tria innuuntur. Primo peccatoris auersio, ibi,

ibi, *Homo quidam, &c.* Secundo eius conuersio, ibi, *In se autem reuersus.* Tertio patris benigna receptio, ibi, *Vidit illum pater.* De primo dicit, In illo tempore, s. *Cūm scribæ & pharisæi murmurent contra Christum, quia susciperet publicanos & peccatores.* Tunc ait parabolā, dicens, *Homo quidam, id est Deus pater, qui dicitur homo ratione suæ bonitatis, habuit duos filios, iustos & peccatores, qui peccatores sunt filij Dei quantū ad creationē, & non quantū ad gratiā seu imitationē. Quia ut sic peccatores sunt filij diaboli. Io. 8. Vos ex patre diabolo estis, quia opus eius vultis facere. Tunc ait adolescentior patri, Pater da mihi portionem substantiæ meæ quæ me contingit.* Per adolescentem intelligitur mali, quia desiderant à Deo bona naturalia & temporalia sicut & boni. Nota peccator dicitur adolescentior filius. Primo propter stultitiam, quæ est in peccatoribus. Pl. 81. Nescierunt neq; intellexerunt, in tenebris ambulāt, &c. Reuera: nā stulti dant æternū pro transitorio, bonum pro malo. Thr. 1. Dederūt quæque pretiosa pro cibo ad refocillandam animam. Secundo quia adolescentia est vana, & sic peccatores. Tertio quia adolescententes obtinent posteriorem locum, & sic peccatores. Pl. 9. Conuertantur peccatores in infernum. Tunc subdit, *Et diuisit illis substantiam, id est cuiuslibet dedit proprium arbitrium. Eccl. 15. Reliquit eum in manu consilij sui. Vel sic: Diuisit illis substantiam, quia dona suā omnibus largitur, licet diuersimodē. Matt. 5. Facit solem suum oriri super bonos & malos. Et Iac. 1. Omnibus dat affluenter, scilicet intellectum & scientiam boni & mali. Theophil. Tamē intellectu inæqualiter vtimur. vnus ad patris gloriam diligenter custodit, alter autē tanquam à sese haberet dilapidat, hoc prouenit ratione nostrī liberi arbitrij, & hoc declarat cūm dicit, *Non post multos dies, id est cito post adolescentiam, congregatis omnibus, id est bonis naturæ & fortunæ consideratis in iuuentute cogitando, Tu etiam es ita diues, ita pulcher sicut ille. Tu etiam vis te dare ad delectationes mundi? Adolescentior filius peregrè profectus est in regionem longinquam.* Autor in 11. lib. de Spiritu dicit, *Nihil longinquius q̄ recedere ab eo qui est vbique. Aug. Supra quē nihil, extra quem nihil, sine quo nihil, infra quem nihil, nam ipse est à quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Ab eo receditur non pedibus, sed moribus & affectibus. Pl. Qui se elongant à te, peribunt. Bern. Vera vita animæ est deus. Chrysol. Adolescentem peregrè profectus est,**

quādo homo in iuuentute dei obliuionem incipit habere. Tunc potest dicere illud Pf. 38. Aduena ego sum & peregrinus, sicut omnes patres mei. Et tunc elongatur à deo patre, f. varia scelera cōmittendo. Pf. 108. Longè à peccatoribus salus. Deut. 32. Oblitus es domini creatoris tui, recessisti à deo salutari tuo. Et Prou. 15. Longè est dominus ab impiis. Nam quantò peccatores peiora faciunt, tantò magis elongantur à deo. Et quantò aliquis elōgatur ab aliqua re, tantò minus hæc res ab eo videtur. Et sic peccatores elongati à deo, non vident deū. Gen. 4. Cain exiit à facie domini. Sequitur. *Et dissipauit ibi substantiā suam viuendo luxuriose*, in concupiscentiis carnis. Et fit hoc quando sensum & intellectu dat iniquitatibus. Notanter tamen nominat luxuriam: quia in tali vitio consumuntur omnia bona. Primo bona natura. 1. Cor. 6. Qui fornicatur, in corpus suum peccat. Secundo bona temporalia, quia deducit ad paupertatē. Prou. 29. Qui nutrit scortum, perdit substantiam suam. Tertio bona animæ, quia intellectum scilicet, & rationem obumbrat. 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quæ dei sunt. Ideo Chry. dicit, Nulla res ita præscindit virtutem sicut corporalis voluptas. Eccl. 9. Ne des tibi fornicariis animam tuam, ne perdas te & hæreditatem tuam. Sequitur, *Et postquam consummasset, i. cōsumpsit omnia, f. bona corporis & animæ. Facta est fames in regione illa. Et ipse cœpit egere*, quia nulla satietas est in peccatis, sed in quolibet peccato est defectus virtutis, scilicet in superbia defectus humilitatis, in auaritia defectus largitatis, & sic de aliis. Aggæi 1. Comeditis & non estis satiati. Pl. Fames patientur vt canes. Ambr. in homil. Fames non epularum sed bonorum operū & virtutum. Hęc est regio dissimilitudinis in qua inuenit se Aug. longè esse à deo. Pf. 106. Esurientes & sitientes anima eorum in ipsis defecit. *Et abiit, & adhæsit vni cuiusdam regionis illius, f. diabolo*, cuius seruus fit peccator. 2. Petr. 2. A quo quis superatus est, huius & seruus est. *Qui misit eum in villam suam vt pasceret porcos*, id est diabolus mittit peccatorem in occupationem mundi & peccati. Et sic pascit porcos, id est brutales motus voluptatum carnis & immundas cogitationes in anima nutrit. Ecce quā malum est seruitium diaboli. Hieremias 16. Seruietis diis alienis, qui non dabunt vobis requiem. Ideo Beda, Porcos pascere, est ea agere in quibus maligni spiritus delectantur. Nam sicut porci gaudent in cœno, sic diaboli

diaboli immunditia peccati. Lactātius dicit: Porcus est animal immundū, nec vnquam cœlum respicit, sed terrā. Et sicut porcus toto corpore, pede, ore versatur super terrā: sic & peccatores. *Et cupiebat venire suam implere de siliquis quas porci manducabant: & nemo illi dabat.* Aug. Siliquæ exterius molles, interius vacuæ: per quas intelliguntur delectationes peccatorum, quæ exterius delectāt: interius mittūt miserā animam vacuā. His cupit peccator saturari: sed tamen nemo illi dat, quia non satiatur desideriu peccatoris in delectatione quacunq;. Osee 4. Comedent & nō saturabuntur: quia secundum Greg. Momentaneum est quod delectat: æternum autē quod cruciat. Ideo Eccl. 1. In omnibus vanitas & afflictio spiritus. Si ergo recessisti à patre tuo cœlesti: & seruiisti ciui, i. diabolo, qui aliquando fuit ciuis in regno cœlorum, qui certè malè appetiatur. Ad Rom. 6. Stipendia peccati mors: fac vt hic filius prodigus fecit. Dixi secundo innuitur eius cōuersio, dicēs: *Ecce autē: nō se reuersus ait.* Gre. 2. dial. c. 3. Quoties per vagos motus eximus, nos ducimur per cogitationes & opera: & nobiscum non sumus: quia nosmetipsos minimè videmus, sed reuertimur dum ad cōscientiæ interiora mente redimus. Primo enim considerauit peccatū quod cōmisit, ibi: *In se reuersus.* Secundo locum quem amisit, f. domum patris, ibi: *Quanti mercenarij.* Tertio damnū quod incurrit, ibi: *Ego hic fame pereo.* Nota illa quæ requiruntur ad veram pœnitentiam innuntur hęc. Primo requiritur sui & peccati cognitio. Ergo dicit, *in se reuersus.* Isa. 46. Redite præuaricatores ad cor. Et quilibet peccator debet cognoscere quatuor, vt dicit Greg. f. vbi fuit, vbi erit, vbi est, & vbi non est. Primo vbi fuit, f. in peccato, & de illo dolere. Sene. Initium salutis cognitio peccati. Iere. 2. Vide quā amarum est te dereliquisse dominum Deum tuum. Secundo vbi erit, f. in iudicio, & ideo timete. Pl. 118. A iudiciis enim tuis timui. Tertio vbi est, f. in miseriis: & ideo debet gemere. Eccl. 2. Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni sunt. Quarto vbi non est, f. in gloria: & ideo debet suspirare. Pl. 41. Fuerunt mihi lachrymæ meæ, &c. Nota, dicit hęc textus: *q; hic filius in adolescentia fuit reuersus.* Et sic tu. Thre. 3. Bonū est viro cū portauerit iugum domini ab adolescentia: quia dicit Aug. Pœnitentia fera rarò vera, quia tunc peccata te derelinquunt, & tu non ea. Et Prouer. 22. Adolescens iuxta viam suam graditur, cū senuerit non declinat ab ea. Beda super

Lucam: diabolus quanto diutius possidet aliquē, tanto difficilius dimittit eundem. Et Iere. 17. Si Aethiops potest mutare pellem suam aut pardus varietates suas, & vos poteritis bene facere cum didiceritis malum. Secundo requiritur diuinæ bonitatis & paternæ charitatis cōsideratio cum subdit: *Et ait: quanti mercenarij in domo patris mei sunt. s. in gratia diuina, & abundant panibus, i. bonis spiritualibus. Ego hic fame pereō, i. cum ipse peccator de vita virtuosa aliorum hominum recogitat, tunc cognoscit se famelicum in omni virtute: & recogitat dominum misericordem. Eze. 18. Nolo mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur & viuat. Rom. 1. Benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. Ioel. 2. Quia benignus & misericors est ad ignoscendum, quasi dicat: Cur hic fame pereō? Tertio requiritur propositum bene agēdi, cum dicitur: *Surgam, & ibo ad patrem meum. Surge s. per propositum à peccato, & vade ad patrē, s. per opera iustitiæ. Psal. 36. Declina à malo & fac bonum. Rom. 13. Hora est iam nos de somno surgere. Ephes. 5. Surge qui dormis, &c. Nam ubi homo non quiescit ibi non diu iacet. Et sic in peccato. Gen. 19. Surgite, egredimini de loco isto, quia hic non habetis quietem, s. in peccatis. Isa. vlt. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Quarto requiritur humilis confessio, dicens: *Et dicam ei: Pater peccauit in cœlum, i. coram angelis & sanctis in cœlo, & corā te, i. te sciente & vidente cum sis iudex meus. Et sic nos humiliter debemus confiteri peccata nostra. Isa. 43. Narra si quid habes ut iustificeris. Et non est abscondendum illud quod fit coram Deo. Boetius de conso. Magna est nobis indicta necessitas probitatis, cum omnia agamus ante oculos iudicis cuncta cernentis. Tunc ponitur humilitas huius filij, dicentis: *Non sum dignus vocari filius tuus. O reuera omnis peccator mortalis nō est dignus vocari filius dei. Nota multiplices sunt filij indigni. Primo si patrē irridet. Sic Cham derisit Noē, & sic superbi derident pauperes. Prou. 14. Qui calūniatur egentē, exprobrat factori suo, &c. Secūdo si hostibus patris associetur, ut Abalon 2. Reg. 13. Et sic peccator dæmonib. associatur. Pl. 49. Si videbas furē currebas cū eo, & cum adulteris portionē tuā ponebas. Tertio si patrē positrū in infirmitate dimittit, vel in carcere & eū nō visitat neq; cōsolatur: quib. dicetur illud Matth. 25. Infirmitas sui & in carcere, & nō visitastis me, &c. Ideo Isa. 1. Vç gēti peccatrici, filiis sceleratis. Et ibidē, Filios****

enutriui,

enutriui, ipsi autē spreuerunt me. Ideo iste adolescēs dixit: *Non sum dignus vocari filius tuus. Quia à te recedens te contristauit, quod nō debet filius facere. Prou. 10. Filius sapiēs iustificat patrem: filius verò stultus mœstitia est matris suæ. Item quia substantiæ meæ prodigus extra disciplinā vixi: quod nō debet facere filius. Heb. 12. Quod si extra disciplinā estis cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri & non filij estis. Item quia alterius, s. diaboli seruum me feci, quod nō debet facere filius. ad Ro. 8. Qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. Itē quia degener in moribus sui pascēdo porcos, quod non debet facere filius. Rom. 9. Non qui filij carnis, hi filij Dei. Quinto requiritur satisfactio. Sequitur: *Fac me sicut unū ex mercenariis tuis, quasi diceret: Paratus sum tibi amodo satisfacere & seruire spe mercedis æternæ. Hier. Pavor peccati abnegat me: pavor conscientiæ deprimit me. Non est mihi spes viuendī, neq; fiducia bene agendī. Iudiciū vereor, pœnæ tremo, amisi filij dignitatem, concede saltē mercenarij seruitutē. Nota secundum Amb. Differentia est inter seruum, mercenarium & filium. Seruus dicitur qui abstinet à peccato ex solo timore pœnæ præsentis, vel futuræ. Mercenarius mercede, filius amore. Et sic iste primo fuit seruus, cum seruiuit ciui. Deinde mercenarius quādo spe mercedis seruire voluit. Tertio factus est filius quādo à patre in hæreditatem susceptus est. Ecce quāta Dei benignitas, qui de seruo diaboli facit seruum Dei. Dixi tertio, tangitur patris benigna receptio. Vbi nota q̄ benignitas Dei attenditur in multis. Primo quia recepit eum velociter De quo subdit: *Et surgens venit ad patrem suū, i. impleuit quod facere deliberauit. Non enim sufficit bonum incipere nisi impleatur opere. Ambr. & habetur di. 86. c. Non satis est bene velle, sed bene facere, nec satis est iterum benefacere, nisi id procedat ex bono fonte, i. ex bona voluntate. Sicut non sufficit filij conceptio sine partu, ideo iste primo proposuit, deinde venit, i. venire cœpit per pœnitentiam ad patrem. Cum autem adhuc longē esset, vidit illū pater ipsius, & misericordia motus est. Ecce Dei benignitas. Cum adhuc peccator longē est, s. in regione peccati, cum tamen habeat bonam voluntatem. Vnde Bern. in sermone de annūtiatio. dominica: O deus quā diues es in misericordia, quā magnificus in iustitia, quā munificus in gratia, non est qui similis sit tibi, gratis respicis humiles, iuste iudicas innocentes, misericorditer saluas peccatores.***

O 5

vidit eum, s. oculo p̄destinationis & clem̄tię, vt dicit Chry. Senti pater p̄nitentiam, non expectauit recipere confessionis verba, sed p̄uenit petitionē misericorditer agens. Vnde subditur: *Et mis. r. cordia motus est.* Misericorditer ei inspirando motū p̄nitentię. *Es accurrens,* s. ipsum p̄ueniendo per misericordiā inchoantem. P̄sal. 58. Misericordia eius p̄ueniet me. *Cecidi: super collum eius,* i. gratiam in eo conseruauit, sicut fecit Zachæo qui desiderauit eum videre, Luc. 19. Hodie in domo tua oportet me manere. Quia secūdum Greg. Non vacat manus à munere cūm arca cordis sit plena bona voluntate. *Et osculatus est eum,* s. ipsum perfectē sibi reconciliando per gratiam subsequenter. De qua P̄sal. 22. Misericordia tuā subsequetur me, *Osculatus est eum,* s. per charitatem sibi uiuendo. Cant. 1. Osculetur me osculo oris sui. Vel osculatus est eum, i. fit concordia inter voluntatem diuinam & humanam. Figuratur Gen. 27. Isaac osculatus est Iacob cūm benedixit eum. Secundo suscepit eum honorabiliter, quia post osculationem, dixit ei filius: *Pater peccavi in celum & coram te, & iam nō sum dignus vocari filius tuus.* O verbū omni fiducia plenum, charitatis ardore succensum, misericordia profluum, cūm dicit, *Pater.* Sed q̄ constitetur, *Peccavi.* O quā suauē vnguentum vulneribus ad medicinam, emplastrum misericordię floribus tusum, & doloribus superligatum, vinum mordens & oleum liniens, Peccavi. *Tunc pater ait ad seruos suos,* i. ad sacerdotes qui dicuntur serui Dei: *Si rō proferite stolam primam & induite illum.* Aug. Pronior est ad miserandum quā nos ad accipiendū. Amb. Nescit tarda molimina spiritus sancti gratia, proferre stolam primam, i. vestem interioris puritatis Christi, quam sacerdotes proferunt dum p̄nitentem Deo reconciliatum verbis, & absolutione affirmant. Ecce quos dominus suscipit per cordis cōtritionem: vult etiam ipsos per cōfessionem recipi à p̄latis in manifesto, vt recōciliantur nō tantūm Deo patri, sed etiam Ecclesię matri: vt figuratur Io. 11. De Lazaro quē suscitauit qui tamē adhuc erat ligatus, & fecit discipulos eū soluere. Et Luc. 17. de leprosis quos sanauit, tamen ait: *Ite & ostendite vos sacerdotibus.* Per stolam autē primā intelligitur vestis innocētię vel immortalitatis, in qua primus homo cōditus fuit quā p̄latis proferunt dum eā proferendā promittunt in futuro. Et hæc vestis innocētię perditur per peccatum, & induitur per confessionem, i. induenda ostenditur.

P̄sal.

P̄sal. 103. Confessionē & decorē induisti. Et non sufficit habere innocentiam nisi fiant opera bona. Ideo sequitur: *Et annulum in manu date ei,* i. gratiā operandi bona. Ad Col. 3. Si cōsurrexistis cū Christo, quę sursum sunt querite. Vel per annulū in manu, intelligitur fides in opere quā debent habere & docere sacerdotes: quia fides sine operibus mortua est. O q̄ pretiosus annulus fides formata pretiosior auro. Aug. de verbis apostoli: Nullę maiores diuitię, nulli thesauri, nulla maior mūdi substantia quā fides catholica. Ad Heb. 11. Impossibile est sine fide placere Deo. Et cūm hoc requiritur repressio mali affectus. Ideo sequitur: *Et calciamenta in pedibus eius,* i. sanctorum exempla, in pedibus, i. in affectu & intellectu. Cāt. 2. Quā pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia principis. Nam sicut calciamenta custodiunt pedes ne maculentur: sic & exēpla sanctorū custodiūt nos ne maculemur luto malę conuersationis. Chry. Calciamenta de pellibus mortuorū conficiuntur: sic & nos esse mortales recordemur. Tertiō, recepit eum lætāter, cūm dicitur: *Adducite vitulum saginatum & occidite, & manducemus.* Sed dices: quare dicit manducemus in plurali, cūm tamen soli filio reuertenti preparari iussit. Respondetur, quorū vna est natura, substantia, & voluntas, vnum illorū est gaudiū: & sic dicitur de patre, & filio, & spiritu sancto. Similiter de angelis. Vitulus ille Christus est, quantum ad naturā passibilem secundum quam fuit immolatus: saginatus quo ad gratiarum plenitudinem. Hic vitulus reuertēti filio adducitur & occiditur, quādo passio Christi cuiuslibet peccatori proponitur, hic vitulus semel occisus est in re. 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Sed & multoties in sacramentali representatione, secundum illud 1. Cor. 11. Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem biberitis, mortē domini annūciate donec veniat. Sed q̄ quotidie immolatur in credentiū fide & p̄dicantiū recordatione. Bēda: Quasi enim recens iste vitulus occiditur, cūm ab vnoquoq; occisus creditur. Ambr. Vberior est Dei gratia q̄ petitio p̄nitētis. Sēper em̄ Deus plus tribuit p̄nitētī quā rogat. Iste perebat officii mercenarij, & habuit osculū amici, & donū filij dilecti, quod sic patet: Omnis homo peccās mortaliter, perdit vestem puritatis, diuinam amicitiam, celestem sapientiam, sacramentalem gratiam, spiritualem læticiam, internam concordiam, & omnis creaturę habebit

bit inimicitiam. Sed pœnitentia secundum Aug. hæc omnia restituit. Primò innocentiam, ibi: *Criò proferte stolam primam.* Secundò diuinam essentiam: ibi: *Date ei annulum.* Tertio sapientiam: ibi: *Calciamenta in pedibus.* Quarto corporis Christi gratiam, ibi: *vitulum saginatum.* Ideo subdit: *Manducemus & epulemur,* id est, lætemur: *quia hic filius meus mortuus fuit & reuixit.* Mortuus, s. per peccatum mortale, Iacob. 1. Peccatum cum consummatum fuerit generat mortem: Nam sicut mortuus est p̄derosus, sic peccatum mortale. Nam cœlum non potuit continere peccantem angelum, nec paradus peccantes homines, nec terra, vt patet Num. 16. in Dathan & Abyron. Ideo Aug. Vera mors quam homines non timent est se paratio animæ à Deo, qui est vera vita beatarum animarum. Deut. 30. Ipse est vita tua & longitudo dierum. O quot mortui fuerunt ante hoc sacrum tempus, sed nunc multi reuixerunt per pœnitentiam. Ideo gaudendum. Luc. 15. cap. Gaudium est angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Non solum angelis vt dicitur Isaia 55. In latitia egrediemini, scilicet de peccatis. Montes & colles, & omnia ligna regionis plaudent manu. Montes, id est, diuinarum personarum multitudo: colles, id est, angeli: & omnia ligna, id est, omnes sancti plaudent.

DOMINICA OCVLII. ENARR. XXXV.

Erat Iesus eiciens demonium, & illud erat mutum. Luc. 11.

VTinam diabolus eiiciatur per contritionem, vt murus loquatur per confessionem. Eiectio autem diaboli quadruplex est, videlicet de cœlo, de impio, de obsesso, de mundo. Prima diabolo superbiente, secunda impio pœnitente, tertia Christo præcipiente, quarta mûdo credente facta est. De primo Ezech. 28. Peccasti & eieci te de monte dei, & perdidisti te ô Cherub. Timendum est hoc superbis. Si enim in monte cœli stare vis quod nõ potuit angelus superbus: quo modo ascendere potest homo superbus? Et si propter vnam superbiam cecidit Angelus: quid fiet hominibus qui omnibus vitiis pleni sunt? Odibilis est ergo superbia non solum angeli, sed hominis miseri. Eccl. 25. Tres species odiuit anima mea: Superbum pauperem, diuitem mendacem, senem fatuum & insensatû. Pauper superbus est homo, quia mundum ingreditur pauper. Ideo dicitur Iob 1. Nudus egressus sum de vtero matris meæ, &c. Diues mendax, est diabolus diues promissione. Matt. 4. Hæc omnia tibi dabo. mendax

autem

autem solutione est. Aug. Veniet dies iudicij, & inueniet verum quod minatus est dominus, & falsum quod pollicitus est diabolus. Senex fatuus est mundus qui & fatuos sequitur, & fatuos facit. Superbia Luciferû de cœlo, Adâ de paradiso, Nabuchodonosor de regno proiecit. De secundo Marc. 6. Apparuit primo Mariæ Magdalena, de qua eiecerat septem dæmonia. Vnde dæmonibus spiritualiter obsessus est, qui septem capitalium vitiõrum principibus subiectus est, videlicet superbiæ, inuidiæ, iræ, accidiæ, auaritiæ, gulæ & luxuriæ. De quo in Euang. dicitur: *Tunc assumpsit septem alios spiritus nequos oves se.* Eiiciuntur autem per illos septem spiritus: de quibus Apoc. 5. dicitur: *Vidi agnû stantem tanquã occisum habentem septem cornua, & oculos septem, qui sunt spiritus Dei missi in omnem terrã.* His septem cornibus agni eiiciuntur in contritione septem spiritus maligni. Vnde Ber. Cordis cõpunctio qua eiiciuntur dæmonia est, cû affectu cordis eradicatur peccata. Illud autem quod dicitur de septem spiritibus nequioribus. qui ingressi habitant ibi, non est intelligendum substantialiter, s. quod illabantur menti, quod solius trinitatis est: sed suggestionem & permissionem diuinam, vt patet de Iuda, Io. 13. Post buccellã intrauit in eum Sathanas. Mirum est quod hoc non timet homines, q̄ post buccellam quam de rapina, vel de vsura, vel de iniusto acquirunt, intrat in eos diabolus. De tercio Mat. 8. Si eiicis nos, tunc mitte nos in porcos, vel in gregem porcorum. Porci sunt luxuriosi. Chry. Porci sunt qui vitã suam libidini & voluptatibus seculi mancipauerunt, in his diabolus dominiũ accipit. Tob. 6. Qui coniugia ita suscipiunt vt Deum à se & à sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent sicut equus & mulus quibus non est intellectus, habet super eos dæmoniũ potestatem. Horribile est q̄ tot millia dæmonum, s. legio vnum obfederit hominẽ, sed certè horribilius est habere tot peccata mortalia, imò vnum mortale. Sed quod quandoque vnus, sicut dicitur: *Erat Iesus eiciens demonium,* quãdoque septem, quandoque legio vexat hominem. Vnus quando in vno peccato mortali laborat homo. Septem, quando in septem capitalibus vitiis. Legio, quando eadem vitia multimodè multiplicantur. De quarto Ioan. 12. Princeps mundi huius eiicietur foras. Hoc factum est per passionẽ Christi, & per mundi conuersionem. Hic est princeps de quo Nume. 25. ca. quod Phinees Israelitam fornicantem cum filia nobilis prin

principis Madiam, simul cū ipsa interfecit. Princeps diabolus septē filias habet, i. septem vitia capitalia, quas tradit hominibus. Aliquis habet vnam, aliquis plures, aliquis omnes. Quāto autem plures habes filias diaboli, tāto plus habebis de hæreditate sua, id est de igne æterno quē dabit filiabus suis in hæreditatē. Istæ filiæ habēt filias suas, id est vitia de ipsīs nascentia. Væ tibi si matrē cum filia habueris. Nobilis filia principis est iniquitas operis. Nobilior autem nequitia consuetudinis. Nobilissima verò obduratio impēnitentis: qui hanc habuerit gladio Phinices, id est sententia Christi damnabitur. Deute. 32. Si acvero vt fulgur gladium meum, &c. Aug. Peccantes si noluerint corrigi, nihil aliud elegerunt nisi cum hoc mundo damnari.

DE EODEM, ENARRATIO XXXVI.

Tunc vadit & sumit septem alios spiritus nequiores se. Luc. 12.

Ecce quod hīc dicitur, heu, sæpē videtur. Nam qui post cōuersionē peruertūtur, sæpē pluribus vitiis quāam antē subiciuntur. Septem autē spiritus, s. septem vitia capitalia possumus accipere hīc. Primus ergo est superbiæ spiritus. Pro. 16. Contritionem præcedit superbia, & ante ruinā exaltatur spiritus. Nō solum spiritus superbi hominis, imò superbus diabolus sicut exaltabatur in cœlo ante ruinā propriam: ita exaltatur quotidie ante ruinā nostrā. Secundus est spiritus inuidiæ. 1. Reg. 18. Non rectis ergo oculis Saul aspicebat Dauid à die illa & deinceps. Post diem autē alteram inuasis spiritus Dei malus Saul, & prophetabat in medio domus suæ. Adhuc hodie hos homines spiritus inuidiæ vexat, qui non rectē alios inspiciunt. Tertius spiritus est ira. Pro. 28. Ira nō habet misericordiā nec erūpens furor, & impetum concitati spiritus ferre quis poterit? Incēdiarij diaboli sunt iracundi. Et ideo nulla domus eos ferre potest timore incēdij. Eccl. 28. Secundum enim ligna syluæ sic ignis exardescit. Et secundum virtutē hominis sic iracūdia illius erit: & secundum substantiā suam exaltabit irā suā. Quartus est spiritus auaritiæ. 3. Reg. 20. Egrediar & ero spiritus mēdax in ore omniū prophetarum. Spiritus iste qui persuasit regi Achab tollere Ramothgalia est spiritus auaritiæ qui semper persuadet homini tollere tēporalia. Persuadet autē per os prophētarū, i. malorū consiliariorum. Qui bene mēdax dicitur: quia temporalia sæpē multis mendaciis aggregantur. Psal. Mendaces filij eorum in stateris. Quintus est spiritus

spiritus accidiæ. Prou. 15. Spiritus tristis exiccat ossa, &c. Et Luc. 13. Ecce mulier quæ habebat spiritū infirmitatis annis decē & octo. Et erat inclinata nec omnino poterat sursum respicere, quam cū videret Iesus vocauit ad se, & ait illi: Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Accidia enim infirmū reddidit hominē decem mādatorum & octo beatitudinum: nec sursum finit respicere hominē ad Deū. Sextus spiritus est gula. Isa. 19. Dominus miscuit in medio eius spiritū vertiginis, & errare fecerunt Aegyptū in omni tēpore suo sicut erat ebrius & vomēs. Caue ergo tibi de vertigine ebrietas. Septimus spiritus est luxuriæ. Osee 5. Spiritus fornicationis in medio eorū, & dominū non cognouerūt. Caue sagittas cuiuslibet spiritū horū nequiorū. Eph. 6. In omnibus sumētes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, &c. Nequā sunt spiritus in peccatoribus ante cōuersionem. Nequiores autē sunt in reciduiantibus post cōuersionē. Vnde Isid. Diabolus grauius illos concupiscētiis seculi ferit, quos per renuntiationē ad mūdi amorem reduxit. Nequissimi verò sunt in perseverantibus vsque ad damnationem. Isti septem spiritus nequā eiiciendi sunt septem modis, videlicet verbo prædicationis. Matt. 8. Verbo eiiciebant spiritus. Primum enim bonum: verbi Dei est quod per timorē humiliat cor, superbiā reprimens. 3. Reg. 21. Cū audisset Achab sermones istos, &c. vsque: Nōne vidisti Achab humiliarum corā te? quia igitur humiliatus est coram me, non inducam malum in diebus eius. Item isti septem spiritus nequam eiiciuntur per beneficium dominicæ passionis. Vnde 1. Reg. 19. dicitur, quod per citharā Dauid spiritus malus recedebat à Saul. Cithara verò est Christus in cruce, sicut enim in cithara chordæ, sic mēbra Christi super lignū crucis tendebātur. Per memoriā autem passionis Christi charitas accenditur, inuidia confunditur. Albert. Magn. dicit: Simplex recordatio seu meditatio passionis Christi plus valet quā si integrū annū ieiunaret quis in pane & in aqua: vel si quotidie legeret vnū psalteriū: vel si quotidie virgis & flagellis caderetur vsque ad effusionē sanguinis. Hæc ille. Item eiiciuntur exemplo bonæ cōuersionis. Vnde Act. 19. dicitur quod per sudaria & per semicinctia Pauli fugabantur spiritus nequā. Sudarium quo laborantium sudor extergitur, exemplum paciētiæ in laboribus signat. Semicinctium autē quod est vestis ex vno latere, depend

dependens significat exemplum paciētiæ vel māsuetudinis in tribulationibus. Paciētia enim indigemus in sinistro latere aduersitatis, nō in dextro latere prosperitatis. Itē & digito occultæ inspirationis. Vnde in hoc Euang. Si in digito Dei eiicio dæmonia, profecto puenit in vos regnū Dei. Auarus nec prædicatione, nec Christi passione, nec exēplo moueri solet ad restitutionē. Nec Dei digitus specialiter tangit eū. Sunt enim auari malefici Pharaonis, i. diaboli, qui nō repri mūtur nisi in digito Dei. Exo. 8. Item studio continuo orationis & ieiunij quæ specialiter maximē valent cōtra gulam. De his duobus dicit Mat. 17. Hoc genus dæmoniorum non eicitur nisi per orationem & ieiunium. Item & fumo amaræ contritionis. Tob. 6. Cordis eius, id est piscis particulā si super carbones ponas, scilicet infernales per recordationem pœnarum inferni, fumus eius, id est contritio ex- eritit omne genus dæmoniorum. Contritio enim valet cōtra omnia vitia. Specialiter tamen fumus iste fugat dæmonium quod super luxuriosos habuit potestatem.

DE EODEM. ENARRATIO XXXVII.

Beatus venter qui te portauit, et vbera que suxisti. Luc. 11.

Sicut Maria in vētre, sic nos in mente Christū portemus. Quatuor autē sunt quæ portāda nobis sunt. Portare em debemus Christū in corde per dilectionē: crucē Christi in corpore per castigationē: nomen Christi in ore per prædicationē: coronā Christi in capite per glorificationem. De primo hīc: *Beatus venter qui te portauit.* Sicut per matrē cuius est diligere, portatur Christus in castissimo vētre: ita non nisi per amantē portatur in mundo corde. Certē melius est portare panē in vētre quā lapidē vel serpentē. Peccatū autē lapide est grauius, serpētē horribilius. Iob 20. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum. O quantū abhorret homo serpentē in vētre, sed certē periculosius est vnū peccatū in corde, quā tres serpētes in corpore. Dilectio nō solū debet esse in corde, sed etiā in opere. Ideo nō solū mater in vtero sed etiā Simeō in brachijs Christū portauit. Libenter charissimi Deū in vtero cordis portem⁹, qui in vtero misericordiz suæ nos portabit quousq; in lucē vitæ æternæ nos portet. Isa. 46. Qui portamini à meo vtero, i. misericordia, dicit gl. interlinearis. De 2. ad Gal. 6. Ego stigmata domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto. Crux Iesu non solū per vulnera & stigmata passionū portatur, sed etiam per pœnitentiam

rentiā & carnis mortificationē & sensuū refranationē. 1. ad Cor. 6. in fine. Glorificate & portate deū in corpore vestro. Portari autē debet tēpestiuē ne negligamur tēporis breuitate. Thr. 3. Bonū est viro cūm portauerit iugū ab adolescentia sua. Itē voluntariē, ne cogamur ex necessitate, sicut Simon Cyrenēsis, Lu. 23. Imposuerūt illi portare crucem post Iesum. Et strenuē, ne vincamur tentatoris importunitate. Tandiu enim miles clypeū strenuē portat, quādiu inter hostes est. 1. Par. 12. Filij Iuda portantes clypeū & hastā sex milia octingenti expediti ad præliū. Clypeus pœnitentiā significat, protegit enim nos ab hoste ne vulneremur. Hasta autē est zelus iustitiæ. Sed heu multi faciūt de pœnitentiā sicut de quodā dicitur, qui clypeū vsq; ad hostes portauit & tūc in lutū proiecit. Gre. Incassum bonū op⁹ agitur si ante mortē deseratur. Et libenter portemus crucē pœnitentiæ p Christū qui libēter portauit crucē pro nobis. Io. 19. Baiuras sibi crucē exiuit in eū, &c. De tertio dicitur de Paulo Act. 9. Vas electionis mihi est iste, vt portet nomē meū corā gentibus & regibus & filiis Israēl. Nomē Iesu in ore portare debem⁹ non solū in prædicatione sicut Paulus: sed etiā in oratione & laudatione & collaudatione. Ber. Iesus mel in ore, melos in aure, iubilus in corde. Charissimi semper aliquid boni portemus in ore sicut columba, de qua Gen. 8. portās ramū oliuæ virentibus folijs in ore suo. Oliua Christū significat vel virū iustum. Ps. 51. Ego autē sicut oliua fructifera in domo Dei, &c. Ramus autē est bonum opus vel exemplum. Folia virentia sunt verba ædificatoria, veracia, pudica, pacifica, & vtilia. Hæc verba colūba, i. anima innocens in ore debet habere si ad Noē, i. Christū vult venire. Sed heu quidam non columbæ dei, sed ciconiæ diaboli sunt, qui sapius ranā quā ramum in ore habent, vt detractores, mendaces, turpiloqui, proditores & huiusmodi. De quibus Apoc. 16. Vidi de ore draconis & de ore bestię, & de ore pseudoprophetæ exire spiritus tres immundos in modum ranarum. Libenter in ore portare debemus eum qui nos verbo oris sui portat. ad Heb. 1. Portās omnia verbo virtutis suæ. Porta Iesum in ore tuo, ne te euomat de ore suo. Apoc. 3. Incipiam te euomere de ore meo. De quarto Ecc. 11. Insuspicabilis portauit diadema. Sicut Saulus persecutor & Maria Magdalena, & multi quidā peiores. Matt. 21. Publicani & meretrices præcedent vos in regno dei. Ex multis laboribus & doloribus

Quadrag. Thef.

P

animæ & corporis peruenitur ad portandū hanc coronam. Ideo benè dicitur Ecc. 4.0. Occupatio magna creata est omnibus hominibus. Nota quæ ibi dicuntur. Ibi enim per præfidem sedentem super sedem gloriosam & per vtentē hyacintho, i. stola cœlesti, & portantē coronam significari potest spiritus cuiuslibet iusti in cœlo beatificari, per humilitatem autem in terram & cinerem & per opertum lino crudo, significari potest corpus quod panno lineo inuolutum est in sepulchro. In his enim occupatio & graue iugū erat dum adhuc in mundo viuebant. Et vt hanc coronam portemus in cœlo, Christus pro nobis portauit coronam spinem in mundo. Ioann. 19. Exiuit ergo Iesus de pratorio portans coronam spineam. Bernard. Deus pro te coronatus est spinis, vt te coronaret in cœlis.

DE EODEM ENARRATIO XXXVIII.

Erat Iesus eiciens demonium, & illud erat mutum. Luc. 11.

In tribus primis dominicis huius quadragesimæ ecclesia ostendit malitiā diaboli contra homines. In prima ostendit quòd aliquos tentat & non vincit, vt sunt boni firmati in bono, & isti significantur per tentationē Christi in euangelio primæ dominicæ. Secundo ostendit quòd aliquos tentat & vincit & possidet. Et isti figurantur in filia mulieris Chananae in euangelio secundæ dominicæ. In tertia dominica vt hodie ostendit si non fuerit expulsus tunc hominē quem possidet facit mutū, vt patet in euangelio. Atramen sciendum quòd tres sunt muti. Primi naturaliter vt qui nunquā locuti sunt, & tales vtuntur nutibus & signis oculorū & digitorum & similibus. Et sic nos naturaliter sumus filij ite vt dicit apostolus ad Ephes. 2. c. idcirco per signa oculorum & manuum debemus nostrum indicare defectum, de quo introitus, Oculi mei semper ad dominū. Ps. 24. Hūc Psalmum fecit Dauid cum fugeret à facie Saul, & venit in speluncam ad Odollam. 1. Reg. 2. cap. Et omnes amici & fratres sui & qui erant cum eo amaro animo afflicti à Saul venerunt ad eum. Idcirco fecit in contentione hunc Psalmum, Ad te domine leuaui animam meam. Et in collecta: Quæsumus omnipotens Deus, &c. Et sic nos persecuti à diabolo cum dignè laudare dominum non possumus, faciamus tamen signa oculorum. Secundi sunt muti: quia nondum instructi. Et sic docemur, in epist. ad Ephe. 5. ca. Imitatores mei estote sicut filij charissimi, &c. Omnis auaritia, fornicatio & immun

immunditia non nominetur in vobis, sicut decet sanctos. Tertij sunt muti ob defectū alicuius infirmitatis, & hi indigent medico. Et sic peccatores in mortali peccato constituti, quos diabolus fecit mutos, indigent medico spirituali. Et sicut tenebræ expelli non possunt nisi per lucē, sic nec diabolus nisi per Christū. De quo thema, *Erat Iesus eiciens demonium, &c.* Aliud thema. *Si in digito Dei eicio demonia, proficiscor veni ad vos regnū Dei.* Lu. 11. Mat. 12. & Mart. 3. Carus nō pungit captū murē iuxta se existentē, imò cū ipso ludēs modicum tangit eum, sed fugientē insequitur vulnerans eū vngulis & dentibus. Spiritualiter, diabolus non affligit captū peccatorē quē iuxta se habet vngulis tentationū suarū, sed ludit cū eo tantum mouens ipsum ad peccata vt inde solatiū habeat. Sed volens in viam pœnitentiæ fugere ad Christū, cū omni tentationū genere illū insequitur. Ideo dicitur Eccl. 2. Fili accedens ad seruitutē dei, sta in iustitia & timore & præpara animā tuā ad tentationē. Figuratur Gen. 31. Iacob cū esset apud Laban non est persecutus ab eo, sed fugientē ab eo insecutus est Labā cum seruis suis munitis armis, vt vi reduceret expoliatū ad seruitutē eius. Deus tamē illū prohibuit. Spiritualiter per Laban qui multipliciter delusit Iacob, subaudi diabolus, qui licet derideat peccatorem: nihilominus tamen parcit ipsi in statu peccati, sed fugientē per pœnitentiā persequitur toto posse. Vnde Greg. 42. Mora hostis noster quantō magis sibi rebellari conspicit, tantō amplius expugnare contendit. Illos enim tentare negligit, quos quieto iure se possidere sentit. Quare dominus noster Iesus Christus volens nos reddere tutos, hortatur ne locū demus hosti diabolo, qui graditur per loca inaquosa quærens requiēs & non inuenit, quia homo pœnitēs vt fortis armatus custodit attriū suū, & sic in pace secum sunt quæ possidet. Si autē diabolus superuenerit & vicerit hominē: tūc aufert eius bona, & sic nouissima hominis erunt peiora prioribus. Pugnemus igitur strenuè contra diabolum, & victoriā habebimus virtute illius qui in digito Dei eicit demonia, &c. In sum. euang. duo innuntur. Primo saluatoris potentia virtuosa, ibi: *Iesus, &c.* Secundò subditur Iudæorū malitia infectuosa, ibi: *In Beelzebub.* De primo dicit, In illo tempore, s. cū Iesus dixit se velle dare bonum spiritū petentibus se, & ad hoc designandum eiecit spiritus malos, de quo hic euangelista. *Erat Iesus eiciens demonium, potestatiuè.* Nam

potestatiue nemo potest expellere dæmonē nisi solus deus. Alij autē sancti non possunt hoc, sed sola dei inuocatione, imò nec boni angeli. Vnde Michael volens repellere diabolum non dixit: Recede, sed imperet tibi dñs, vt patet in epistola Iudæ, c. 1. Ergo fatuum est q̄ aliquando ebrij & lusores maledicunt diabolum, quasi talibus verbis eum repellere volentes, nō sic, sed per gratiā dei eiicitur. Mat. 17. Hoc genus dæmoniorū non eiicitur nisi per orationē & ieiuniū. Nam dicit S. Tho. in 2. 2. q. 86. ar. 1. In diabolo consideranda sunt duo, natura & culpa. Natura est bona & à Deo, nec maledicere licet, sed culpa est maledicenda, vt facit ecclesia, dicens: Maledicte diabole. Sed cū peccator maledicit diabolo propter culpam, simili ratione iudicat se maledictione dignū. Eccl. 21. Cū impius maledicit diabolum, maledicit ipse animā suā. Ideo Christus ver⁹ deus fecit hoc potestatiue quasi propria virtute, vt patet Mar. 1. In potestate spiritibus immundis imperat, & obediunt ei. Iob 41. Non est potestas super terrā quæ cōparetur ei, qui factus est vt nullū timeret. Nota dæmones possunt duobus modis in hominibus habitare, potentialiter & præsentialiter. Primo potentialiter sicut rex in regno, & sic habitat in peccatoribus. Et sic Marc. 16. dicitur, Maria Magdalena septem dæmonia habuit, i. septē vitia. Accidit enim dæmonibus sicut volucris, miluis & canibus qui illic currūt & morantur vbi sentiūt cadauer foetidū, & tātō citius sentiunt quātō foetidius existit. Sic homo per peccatū efficitur foetidus; & in tali foetore delectatur diabolus, & accipit mansionē & potestātē in ipsum. Primi in quibus habitat diabolus sunt superbi. Iob 41. Ipse est rex super oēs filios superbiæ, s. Lucifer vel Beelzebub, i. vit muscarū, quia homo superbus habet muscas multas, i. sollicitudines. Tullius, Quo celsior eris, sollicitudo maior. Apo. 9. Habebunt super se regem angelum abyssi. Iste rex multos nobiles & potentes habet. Aug. Plures potentes & superbos tenet nomine nobilitatis, plures autoritatis nomine hos nō timet. Exēplum dicit Cæsarius de adolescente monacho: quō cum castus esset adductus fuit ad quendam obsessum pro expellendo dæmonio. Cui respondit dæmon, Non timeo te: licet sis castus, es tamen superbus. Iac. 4. Deus superbis resistit. Secundo sunt auari. Mat. 4. Dabo tibi omnia regna ista si cadens adoraueris me. Gloss. Audi raptor, audi vsurarie & simoniace quomodo inquit diabolus, Si adoraueris me.

Si

Si res per diabolum congregasti, diabolum adorasti. Eph. 5. Auaritia est idolorum seruitus. Glossa: Auaris Deus est nummus. Sed diabolus illorū est Mammon. Mat. 6. Nō potestis Deo seruire & Mammonæ. 1. Tim. 6. Qui cupiunt diuites ferri, incidūt in tentationem & laqueū diaboli. Tertij sunt luxuriosi. Vnde Tob. 6. Qui ita cōiugia suscipiunt vt Deum à sua mēte excludāt, & suæ libidini ita vacent sicut equus & mulus quibus non est intellectus: habet potestātē super illos dæmoniu. Ecce si diabolus habuit potestātē in matrimonio, quid extra matrimonium? Ipsi sunt porci diabolorum. Mar. 8. Exierunt in porcos. Chryf. Porci sunt qui vitā suam cœnosæ libidini mancipant. Et iste diabolus vocatur Asmo deus. O quot sunt sibi obediētes. 1. Io. 5. Torus mundus in maligno positus est. Quarti sunt iracundi, de quibus Iob 5. Virum stultum interficiet iracundia. Et Apoc. 2. Væ terræ & mari, quia descendit diabolus ad vos habens iram magnā. Illorum dæmon est Sathanas, i. aduersarius. Pl. In ira populos confringes. Quinti sunt inuidi, quorum dæmon dicitur Leuiathan, i. serpens tortuosus. Nam inuidia diaboli mors intrat in orbem. Sap. 1. Aug. Inuidia est vitium diabolicū: nam ab eo habuit initium hoc dæmoniu quod fecit hominem mutum, surdū & cæcū. Sexti sunt gulosi. Eccl. 37. Propter crapulam multi obierūt. Dæmon illorū est Behemoth. Iob 40. Et interpretatur bestialis, quia gula facit hominem bestialem. Ier. 4. Effusi estis sicut vituli super herbam. Lucæ 21. Attendite vobis ne forte grauentur corda vestra crapula & ebrietate. Ratio Greg. Dum venter nō restringitur cunctæ virtutes obruuntur. Septimi sunt accidiosi. Greg. Diabolus assidue impugnat vt saltem tædio vincat. Istud est dæmonium meridianum faciēs hominem somnolentum. Eccl. 30. Multos occidit tristitia. Nam Samson dormiēs amisit fortitudinē. Et sic accidiosus. Pl. Omnem escā anima eorū abominata est, s. charitatis. Item secundo possident præsentialiter & cōmāsue: per habitationē interiorē in corpore hominis: non per informationē: quia non potest esse forma corporis, secundū quod tunc ei datur potestas à Deo, q̄ vexat hominem in mēbris. Et hæc habitatio fit quinq; de causis. Primo propter diuinæ potentia ostensionē: vt Mar. 9. de obsesso ab infantia quē nullus poterat liberare nisi Christus. Secūdo propter culpæ punitiōē. Luc. 4. Erat homo in synā goga spiritū habens immundum, s. propter peccatū incon-

tinentiæ. Tob. 6. Dæmoniū potestati habet super illos. Tertio propter metiti accumulationē, vt patet de Sara, Tob. 3. & de Paulo. 2. Cor. 12. Datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Sathanæ qui me colaphizet. Quarto propter aliorū eruditionē, sicut de illo in quo erat legio, Lu. 8. Cui dixit saluator, Redi in domū tuā, & narra quanta fecit tibi Deus. Quinto propter parentū punitionē, quia filij secundū corpus sunt res parentū, ideo parētes puniuntur in filiis: vt patet de Dauid 2. Reg. 12. Cui dixit Nathan, Quoniā blasphemare fecisti inimicos nomē dñi, propter verbū hoc filius qui natus est tibi morte morietur. Quoniā dictū est de diaboli astutia, nunc dicitur de Christi potentia, subdit, *Et cum eiecisset demonium locutus est mutus.* Ecce astutus est diabolus & iniquus, vide infra. Hier. in homil. Tria signa hæc sunt facta: Cæcus videt, mutus loquitur, possessus à dæmone liberatur. Nota duo genera hominū facit diabolus obmutescere. Primò iudices & scabiosos qui efficiuntur muti si aliquid munus proiciatur. Isa. 1. Oēs diligunt munera. Ex. 23. Non accipies munera quæ excæcant prudētes. Eccl. 20. Xenia & dona excæcāt oculos iudicū, & quasi mutus in ore auertit correctiones eorum. Secundò peccatores ne confiteantur, sicut lupus rapiens ouē stringit guttur eius ne clamet. Sed diceret, quare diabolus persequitur confessionē. Respondeo primò, quia confessio est præcipuū sanitatis remediū. Nam omnis peccator vulneratur peccatis in anima, vt patet Luc. 10. Descendens ab Ierusalē in Hiericho. Simon de Cassia, i. auersus à pace in litem hic vulneratur. Sed Aug. Omnium peccatorū vulnera sanantur per confessionis medicinā. Ps. 32. Dixi confitebor aduersum, &c. Ergo diabolus claudit os peccatoribus ne sanentur. Aug. in homil. 12. Confiteri tantūmodo vulnus tuū, & sanabit te Deus, &c. Boeth. Si opus medicantis expectas, oportet vt vulnus detegas. Secundò confessio est violenta exclusio dæmonū. Ratio, quia sicut peccatis introducit diabolus in animā, ita confessione expellitur. Ber. super Cantica serm. 5. Per humilem confessionē remittitur peccatū, & diabolus suum amittit principatū. Nam vbi peccatum dimittitur, ibi diabolus expellitur & Deus introducitur. Nam cōtraria in eodem simul stare non possunt, vt vitium & virtus: diabolus & Deus 2. ad Corinth. 6. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societates luci ad tenebras: quæ autē cōuentio Christi ad Belial? quasi

quasi diceret, nulla. Tertio illuminat cordis habitaculum. Ratio quia peccatū excæcat cor. Sap. 2. Excæcauit eos malitia corū. Aug. super prima canonica Ioānis: Cūmq; cōfessus fueris te peccatorē, appropinquas ad lucē: quia cōfessio adiungit te Christo. Io. 8. Ego sum lux mūdi. Eph. 5. Eratis aliquando tenebræ: nūc autem lux in domino. Vbi lux, ibi pulchritudo. Ber. in epistola ad Zophiam: Ama confessionem & habebis decorem, quia vbi confessio, ibi decor & pulchritudo. Ps. 103. Confessionem & decorē induisti amicus lumine sicut vestimento. Vide in exemplo de socio, qui ambulauit cum diabolo. Quarto cōfessio facit celari diabolo peccatū. Aug. Non habebit quod timeat in futuro iudicio, qui nunc confessionē fecerit de peccato. Isa. 43. Narra si quid habes, vt iustificeris. Leo papa: Peccatum confessum diabolo celabitur, vt ab eo nō cōfundatur. Chrys. & habetur de pcc. di. 1. Non potest quis gratiā Dei celestis accipere, nisi purgatus fuerit ab omni sorde peccati per poenitiæ cōfessionem. s. loquēdo de mortali. Glofa ibidē: Quia in peccato sunt tria, s. delectatio, impudentia, & perpetratio. Contra delectationem cōtritiō, cōtra impudentiā confessio, contra perpetratiōnem satisfactio. Sed diceret, tamē Deus omnia videt: quid opus est confiteri? Respondet Aug. lib. 8. hom. 12. Vult Deus vt reuelet homo, ne diabolus habeat quod obiciat. Item vt verecundiam habeat. Item vt se humiliet & obediat. Aug. Homo accusat vt Deus excuset. Item vt vereatur. Richardus de S. Victore. Quātò verecundia maior fuerit, tantò clarior cōfessio in oculis Dei apparebit. Itē vt se humiliet. Gre. Superbiēdo à Deo recessimus, humiliādo accedamus. Aug. Aciores dolores diabolo nō facimus, quā q̄ peccata nostra cōsistendo sanamus. Exēplum de fratre quare in Luca Parisiēsi, & de tempore, sermone sexagesimo primo E. Quæritur cur Deus hominem fecerit qui possit peccare, vel quæ scit esse dānaturum. Ad hoc assignātur plures rationes. Prima vt ostēdatur Dei omnipotētia incōuertibilis, omnis autem creatura mutabilis est. Secunda ratio vt declararetur Dei sapiētia quæ ex malo scit elicere bonū, quod nō posset fieri nisi deus fecisset creaturam vertibilem in malū. Tertia vt manifestetur Dei clemētia, quia per mortē Deus hominem perditū liberauit. Quarta vt ostēdatur Dei iustitia, q̄ nō solum reddit bonis præmia, sed etiā malis supplicia. Quinta vt homo non sit peioris cōditionis q̄ alix creaturæ, quibus

Deus sic administrat omnibus, ut eas agere propriis motibus sinat. Unde & hominē proprio arbitrio suo reliquit. Sexta est laus humana: laus enim est viri iusti qui potuit transgredi & non est transgressus. Septima est decor vniuersi: quia opposita iuxta se posita, magis elucescunt: ita mali cōmunicant bonis adiuuicem cōparati. Octaua ut boni per malos exercitētur & probētur. Et ex illis patet quod homo debet viuere secundū propriam rationē, quæ semper deprecatur ad optima. Ad bonum gratiæ non potest quis peruenire per se, cum non sit secundum limites naturæ, sed secundū influentiam largitatis diuinæ. Sicut enim creatura pro sua defectiuitate suo principio semper indiget, ut fit in esse naturæ: sic illud principium pro sua bonitate influere non cessat creaturæ rationali vitam spiritualem, ut bene sit in esse gratiæ: quam habere non potest sine Deo largitore. Veruntamē inexcusabilis est homo si gratiā gratum faciētem non accipit: quia gratia gratis data semper præsto est liberū arbitrium excitare & cōmouere, cuius est huic motioni cōsentire: quo facto poterit homo gratiā gratū faciētem habere, hoc est ad gratiā gratum faciētem se præparare. Quauis enim gratia habeatur Dei dono efficiente: tamen non sine libero arbitrio consentiente. Unde Aug. Qui creauit te sine te, non te iustificabit sine te. Igitur gratia gratū faciēs à tribus est: sed aliter & aliter. Est enim à deo efficiēte, à gratia gratis data, liberū arbitrium excitante, & commouēte, à libero arbitrio cōsentiente. Quauis enim liberum arbitriū non possit gratiam efficere in homine, potest tamē se ad hoc habilitare & præparare quod habeat. Sicut aliquis non potest illuminare deum: potest tamē aperire fenestram. Quo facto sol intrat & illuminat. Ergo oportet quod semper requiratur liberum arbitrium: quia anima habet instrumenta & facultatem cognoscendi & diligendi deum ex natura, sed non habet cognitionem veritatis & ordinē dilectionis nisi ex gratia: igitur, &c. In summa euangelij tria innuuntur. Primò potentia Christi inuincibilis, ibi: *Erat Iesus eiciens demonium*. Secundò sapiētia eius inæstimabilis, ibi: *Ipse ut vidit cogitationes eorum*. Tertiò ipsius laus venerabilis, ibi: *Extollens vocem quædam mulier*. De primo dicit: *Erat Iesus eiciens demoniū*, quod prius eiecit de cælo empireo. Ezec. 28. Eieci te de mōte sancto meo o Cherub, propter superbiā. Luc. 10. Vidi Sathanam ut fulgur cadentem de cælo, ad designandū quod omnes superbi de cælo sunt eiciendi

eiciēdi. Ps. 72. Eiecisti eos dū alleuaretur. Eiectus est ad terram nobis ad vexationem. Ideo auditus est clamor in cælo Apoc. 12. Væ terræ & mari, quia diabolus descendit ad vos habens iram magnā, sciēs quia modicū tempus habet. Idcirco Eccl. 2. Fili ad tentationem præpara animā tuā. Hier. Quia non potest vincere nisi volentē. 1. ad Cor. 10. Fidelis autē Deus est, qui non patietur vos tētrari supra id quod potestis. Idcirco Mat. 6. Ne nos inducas in tentationē. Subdit: *Et illud erat mutū*. Dicitur autē dæmoniū mutū, ut dicit Tirus, eō quod hæc ingerat passionē ut tollat auditū & verbū. Sicut aliqua herba dicitur pestifera, eō quod corpus sua virtute reddat infirmū. Nota quod dæmō dicitur esse mutus tribus modis: quibus eisdē facit peccatores obmutescere. Primò enim mutus est dæmon à laude Dei & gratiarū actione. Et nota cum laudaret eū simul astra marutina & iubilaret omnes filij Dei: ut dicitur Iob 38. Iste tamen per inuidiā obmutuit à dei laude. Isa. 38. Quia non infernus cōfitebitur tibi: neque mors laudabit te. Et sic modò plures homines facit mutos, qui de beneficiis receptis non referunt deo gratias & laudē, sed sunt sicut porcus qui non refert gratias pascēti, sed etiā comedēdo semper murmurat. Secundò diabolus mutus est ad verū loquēdū: quia ab initio in veritate non stetit, & mēdax est & pater mēdaciū, ut dicitur Io. 8. Sic etiā multos facit modò mutos, qui veritatem quā nouerūt tacēt, sed semper falsa mēdacia loquuntur. Act. 5. Anania cur tētrauit Sathanas cor tuū mentiri spiritui sancto? Tertiò diabolus est mutus ad veniā petendā de sua transgressione. Induratum enim est cor eius ita ut per pœnitentiā molliri non possit. Iob 40. Induratū est cor eius ut lapis. Unde legitur quod quidam eremita bonæ simplicitatis diuini rogauit Deū pro venia impetranda dæmoni. Et responsum est sibi per angelū quod Deus esset paratus remittere pœnā, si dæmō pœniteret de culpa. Tūc eremita gauisus est sperans inducere diabolū ad pœnitentiā: & quæsiuit lōgo tempore diabolum per eremū. Cui tandē apparuit dicēs: *Quid queris monache? Cui ille respondit: Querō diabolū. Cui ait: Quid vis? ecce ego sum diabolus. Volo, dixit monachus, te inducere ad pœnitentiā: quia Deus paratus est remittere culpā & tollere pœnā. Indignatus diabolus inquit: Nequaquā ego petā veniā, sed ipse pœniteat, qui me tanto tēpore facit cruciari. Et sic diabolus mutus est ad pœnitentiā. Ita etiam linguas multorū ligat isto ligamine malitiæ ne cōfiteatur*

& pœnitentiã de peccatis. Nota dicit Magister in secundo sententiarum dist. 7. c. 1. q̄ angeli boni per gratiã cõfirmati sunt q̄ peccare nequeunt & nõ habet à natura. Sed mali angeli in malo obstinati sunt q̄ bene velle nõ valent: licet aliquando volunt quod Deus velit: non tamẽ bona voluntate. Nota q̄ iste dæmoniacus nõ solum erat mutus: sed vt dicitur Mat. 12. etiã erat cæcus. Theophilus autẽ dicit, q̄ omnis mutus à natiuitate est etiã surdus. Et sicut diabolus faciebat eum esse mutũ ita etiã cæcum & surdum fecerat. Vnde Chryl. Magna, inquit, & miranda est nequitia dæmonis: alterutrum ingressum oppilauerat per quem ille crediturus erat, s. auditum & visum: & tertium, s. linguã ne confiteretur. Istos etiã spirituales sensus tollit diabolus peccatorib. Excæcat enim eos interius: q̄a concludit oculos mentis ad spiritualia contemplanda. Excæcavit enim peccatores malitia eorum: vt dicitur Sap. 2. Certẽ magna est cæcitas avari qui nõ percipit pecuniã fraudẽ. Cæcatur inuidiosus: quia reputat alterius bonũ sibi esse præiudicium. Cæcatur vanẽ gloriosus: q̄a querit gloriã vbi nõ est querẽda. Excæcatur luxuriosus qui nõ cõsiderat quã sc̄da sit carnis voluptas, & mulier quam amat. Amor iste carnalis excæcavit Sansonem, deiecit Dauid, infatuauit Salomonem. Vnde bene dicit quidam:

Nil bene cernit amor, videt omnia lumine cæco.

Credit amor cæcus dedecus esse decus,

Itẽ diabolus facit peccatores surdos, vt non audiãt Christum pulsantem ad cor vniuscuiusq; nolentis sibi aperire, vt inde dæmonem eiiciat. Non audiunt prædicatorem corripientem tanquam incorrigibiles. Nõ audiunt scripturam pœnas inferni comminantem tanquam insensibiles. Non audiunt eum cœleste regnum promittẽtem cum dicit: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorũ: tanquam omnia bona contemnentis. Pl. 105. Tanquam pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. De omnibus istis potest dici illud Psal. 13. Aures habent & non audient. Quia facti sunt ad similitudinẽ aspidis surdæ obturantis aures suas ad vocem adiurantis. Pl. 57. Deinde adducitur miraculi euentia. *Et cõm eiecisset dæmonium locutus est mutus.* Quia enim dæmon faciebat mutum, ita Christus tanquam sapiens medicus curauit morbum expellẽdo causam infirmitatis. Iplẽ aperit os mutorum, & linguas infantium facit disertas. Nota q̄ quinque miracula facta sunt in homine isto. Primum quia

quia curatus fuit à dæmonis vexatione. Secundum quia illuminatus est à cæcitate. Tertium quia recipit auditum secundum Titum. Quartum quia recipit facultatem loquendi. Sed quia aliquis posset habere facultatem loquendi adhuc non loqueretur si loqui non didicisset: Ideo quintũ miraculum fuit, q̄ cum iste loqui non didicerit nec vnquã au diuerat alios loqui, statim locutus fuit. Tantum miraculũ est ac si puer natus statim loqueretur. Deinde ponitur dispositio astantium: Quidam enim admirati erant quasi credentes. Quidam verò dubij miraculum refutantes. Sed quidam malevoli opus calumniãtes. Vnde dicit: *Et admirete sunt turbæ.* Est autem admiratio super causa inconueti effectus occulta ratiocinatio. Et ideo turbæ hoc miraculũ in aliquod maius hodie referebant. Vnde Matt. 12. dicitur: Stupebant omnes turbæ & dicebant: Nũquid hic est filius Dauid? Glossa: Ob misericordiã, inquit, & beneficium filium Dauid prædicant. Deinde ponitur quomodo aliqui calumniati sunt miraculũ: Quidã autem ex eis cõtra dixerunt. Mat. & Mar. dicitur isto fuisse scribas & pharisæos: *In Beelzebub principe dæmoniorũ eicit dæmonia.* Turbæ laudauerunt miraculum: pharisæi autẽ non potentes negare publicum factũ, conati sunt illud peruertere dicentes quòd in virtute dæmonis facta esset electio. Nota Ninus cõditor ciuitatis Ninie propter consolationem de morte Beli patris sui statuum fecit in honore patris: ad quã confugientes qui furtum fecerãt & qui rei erant, veniam merebantur. Vnde ipsam statuam cœperũt reuereri. Et tandẽ succedente tempore diabolo instigãte diuini honores ipsi statuæ sunt attributi. Et sic incepit cultus idololatriæ, vt dicitur Sap. 14. Hunc Deũ Chaldæi appellabant Beel: Palæstini Baal: Moabitæ Beelphegor diuersis vocibus secundum diuersitatem linguarũ vocabãt. Sed Iudæi derisorie vocabant illum Beelzebub, i. Deum vel virum muscarum, quia magna multitudo muscarum erat in templo eius propter sordem cruoris immolati. In hoc autem simulachro dicebant habitare principem dæmoniorũ fortẽ propter tria: vel quia in eo fuit idololatriæ principiu. Aut quia cultus eius erat generalis apud omnes gentes. Licet enim quædam natio specialis alios haberet deos, hunc tamen velut vniuersalem Deũ omnes venerabantur. Vel quia nullũ idolum reperiebatur efficacius isto. Artende, contraria fuit ista contumelia Christo, qua Iudæi reputauerunt Christum velut

velut maleficum mendacē, quōd in virtute dæmonis faceret miracula. Sed diceret, valde mirabile est vnde moti fuerunt Iudæi de Christo hoc opinari. Et est dicendū quōd Iudæi non credebāt Christū hoc fecisse virtute dæmonis, nullum enim signū apparebat ad hoc. Sic tamen agitari stimulo inuidiæ nō considerauerunt an dicerēt verū vel falsum: dummodo tamē aliquo modo possent vitare istud miraculum. Vnde Chryf. Inuidia non quærit quid dicat, sed solum vt dicat. Item ibid. inquit, Nulla malitia peior est inuidia. Adulter in breui cōplet peccatū suum, inuidus autē nunquam quiescit. Sed sicut scarabæi nutriūtur stercore: ita inuidi aliorū infortunis. Et ideo secundū Remig. Solo odio moti & inuidia nihil sordidius inueniētes, quod obicerēt domino, dicebāt q̄ in Beelzebub eius iēbat dæmonia. Vnde nota, quōd in ista cōtumelia peccauerūt peccato grauissimo, s. in spiritum sanctū, in eo q̄ resisterunt veritati quā tamen cognoscebant. 2. ad Tim. 3. Quemadmodum Iannes & Mambres resisterunt Moysi: ita & hi resisterunt veritati, &c. Et ideo Saluator aggravat peccatū istud: vt patet secundū Mar., in isto loco quo dicit: Quicumq; dixerit verbū cōtra filium hominis, remittetur ei: sed qui dixerit verbū contra spiritū sanctū, i. contra id quod spiritus sanctus aperto corde demonstrat: nō remittetur in hoc seculo neq; in futuro. Deinde ponitur quomodo aliqui non tantū conuitiabantur, sed quærebāt experimentū miraculi. Et alij tentantes: cū tamen scriptū sit: Non tentabis dominū Deum tuū. Deut. 6. *Signum de cælo quærebant*, quasi diceret: Nescimus in qua virtute opereris miracula: sed si aliq̄ mirabile signū de cælo feceris, sicut Moyses columnā in aëre, Iosue verò fecit solem stare immobilem: Helias autē fecit ignē de cælo descendere ad cōbustionem inimicorū suorū: Ezechias autē fecit solē retrocedere. Si aliquid istis simile feceris, credemus ex hoc quōd diuina virtute miracula facias. Sed quia isti nō desiderabāt signū vt ex hoc crederēt, sed magis vt delectarētur in nouitate miraculi: ideo non dedit eis signum de cælo.

Nota, in tribus dominicis sequētibus legitur Euange. de dæmonio. Ratio, quia quatuor genera hominū tētat diabolus. Primo quosdā tentat & nō vincit: & isti significātur per tentationē Christi. Secundo aliquos tētat & superat, & vexat malē. Isti significātur per filiā mulieris Chananææ. Tertio aliquos tētat & superat: & tamen postmodū per contri-

tionem

tionem expellitur. Isti significātur per dæmoniacū qui curatus fuit. Quarto aliquos tentat & superat, & fugatus fugit, sed tandem reuertitur. Isti significāntur per hoc cū dicitur: Cū immundus spiritus, &c. Nota, Christus dæmonium hīc expulit, & legitur nobis in exemplū. Nā in tribus casibus aliquis de domo conducta expelli potest. Primo quando pensionē non soluit, & sic diabolus. Nam Deus dedit homini tria, de quibus vult habere pensionem, scilicet corpus, animam, & res. de corpore requiritur ieiunium, sed diabolus prohibet quia est sibi venenū. Ambrosius: Ieiunium hominis sputum serpentes interficit. De anima orationes, sed diabolus prohibet: quia sunt sibi incendium. Tob. 6. Cordis particulā si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorū. De rebus vult habere elemosynā, diabolus prohibet, quia sunt sibi iacula. Eccle. 29. Conclude elemosynā in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit ob omni malo. Elemosyna viri quasi sacculus cum ipso: & gratiā hominis quasi pupillā conseruabit: & postea cōsurget & retribuet illis retributionē vnicuique in caput illorū. Super scutū potentis & lanceā aduersus inimicū tuū pugnabit. Secūdo quis expellitur, quando domum ad malum vsū cōuertit. Et sic diabolus. Apoc. 18. Facta est habitatio dæmoniorū Babylon, s. in auaritia & custodia omnis spiritus immundi, scilicet in luxuria, & custodia omnis volucris immundæ, scilicet in superbia. Tertio expellitur quis de domo, quādo dominus per se vult inhabitare sicut & nūc Ioann. 14. Ad eum veniemus & mansionē apud eum faciemus. 1. Corin. 3. Templū domini sanctum est quod estis vos. Item sciendum multis modis debemus diabolum eiicere. Primo vt canem de coquina, s. calida aqua, hoc est lachrymis cōtritionis. Psal. Cōtribulasti capita draconū in aquis, i. peccata capitalia. Figuratur Exod. 14. Pharao submersus est in mari Rubro, i. diabolus in lachrymarū fluuio. Et sic eiicit eum Maria Magdalena. Luc. 7. Hanc aquā nō habuit Iudas, &c. Secūdo vt homo expellitur de domo per stillicidium, s. prædicationis, Iob. 14. Stillæ cadentes excauāt lapidē, i. lapidea corda. Figuratur Matt. 8. Obtulerūt ei multos dæmonia habentes & eiiciebat spiritus immundos verbo. Tertio vt homo eiicietur de domo per fumū, s. orationis. Tob. 6. Particulā cordis eius si super carbones posueris, fumus eius extricat omne genus dæmoniorū. Figuratur, 1,

Reg.

Reg. 16. Dauid cithara sua fugauit spiritum malignum de Saul. Quarto eiicitur vt vulpes de antro, s. fame. sic per ieiuniū eiicitur diabolus. Mat. 17. Hoc genus dæmoniorum in solo ieiunio & oratione eiicitur. De quo in litera: Cū immundus spiritus exierit ab homine quærens quietem per loca inaquosa, id est arida & non inuenit. Prou. 26. Cū defecerint ligna extinguetur ignis. Et Isid. Ardentes sagittæ diaboli, ieiuniorum frigore sunt restinguendæ. Quinto vt ribaldus eiicitur de ciuitate, s. virga disciplinæ. Prou. 22. Stulticia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam, vt patet de sancto Benedicto, similiter de sancto Machario, qui sentiens stimulum carnis aggrauauit corpus eius pondere lapidum. Cui abbas dixit: Machari quid portas? Respondit: Vexo vexantē. Vel debet eiici virga crucis. Isa. 30. Pauebit Assur virga percussus. Hac virga eiectus est diabolus. De quo Ioan. 12. Nunc princeps huius mundi eiicitur foras. Nota ergo primum dæmonem debemus eiicere vt serpentem de vinea per odorem, s. humilitatis: quia humilitas est herba odorifera, quæ Deum attrahit & diabolum expellit. Cant. 1. Dum esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suum. Nardus est parua herba, & dicitur odorifera. Cant. 2. Vineæ florentes: odorem dederunt. i. animæ humiles attrahunt Deum. Luc. 1. Respexit humilitatem ancillæ suæ. Et expellunt diabolum, vt patet in vita sancti Anthonij, cui dixit diabolus: O humilitas tua me vincit. i. Reg. 15. Nonne cū paruus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israël factus es? Secundum dæmonem auaritiæ debes eiicere sicut serpentem ab homine per denudationem: quia fugit hominem nudū. Et sic debes te denudare à male quæsitis. Aug. Si tenes obolum teneris à diabolo. Luc. 11. Quod superest date elemosynam. Tertium dæmonem luxuriæ debes eiicere sicut ribaldum de ciuitate, id est virga disciplinæ. Eccl. 11. Malitia vnus horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ. Quartum dæmonem iracundiæ, s. Sathanam debes eiicere vt hominē de domo per stillicidium, s. verbi Dei. Mat. 5. Omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Mat. 8. Eiecit spiritus immundos verbo. Quinto dæmonem inuidiæ, s. Beelzebub per fumum deuoræ orationis. Sextū dæmonem gulæ, s. Behemoth sicut vulpem de antro. Septimū meridianum, s. accidiæ sicut canem de coquina, vide supra. Item sciendum quare debet eiici: quia facit hominē

mutum

mutum. Nam diabolus facit vt lupus qui capit ouem, non per pedem, nec per manum, sed per collum. Sic diabolus, est lupus. De quo Io. 10. Lupus capit & dispergit oues. Qui non tenet peccatorem per pedes, quia dimittit hominem ambulare ad ecclesiam. Non per manum: quia permittit elemosynam dare. Non per aurem: quia permittit eū verbū Dei audire: sed duntaxat tenet eum per guttur ne manifestet iniquitates in confessione. Nam diabolus facit vt fur qui intrat domum & claudit ostium, id est os ipsius peccatoris: manu in qua sunt quinque digiti. Primus digitus est pudor. De quo Eccl. 4. Non confundaris pro anima tua dicere verum. Et sic obmutuit Adam Gen. 3. Huic digito resistere debes per memoriæ reuelationem tempore iudicij. Mat. 10. Nihil opertum quod nō reueletur: & occultū quod non sciatur. Et 1. ad Cor. 4. Veniet dominus & illuminabit abscondita tenebrarum. Bernar. Infamia est, quod abluī puderet & inquinari non puderet. Secundus digitus est timor, vt patet de Giezi, 4. Reg. 5. Qui timuit cōfiteri veritatem cū interrogatus fuit ab Helisæo vnde veniret. Ideo statim percussus est lepra: Et sic accidit illis qui timent cōfiteri: post hoc enim publicatur toti mundo. Ideo Psal. 13. Trepidauerunt timore vbi non erat timor. Nam qui timet nunc corā sacerdote vno: post hoc timebit coram vniuerso mundo. Iob. 6. Qui timet pruinam cadet super eum nix. Ille digitus debet excludi per timorē iudicij. Psal. 118. A iudiciis em̄ tuis timui. Tertius digitus est malus amor ad peccatum, vt patet de Anania & Sapphira: qui amore pecuniæ noluerūt cōfiteri veritatem: ideo statim subitanea morte præuenti sunt. Act. 5. Nā sicut valde horribile est de venenoso homine, qui vereur educere brachiū ad phlebotomiā vt sanetur in toto corpore: sic de peccatore vt aperiat os ad salutē animæ. Prou. 10. Vena vitæ est os iusti: & os impiorū operit iniquitatē. Quartus digitus est hypocrisis, seu vana gloria. Dicunt enim: Ille dicit me fore bonū, non valeo sibi cōfiteri. De quib⁹ Osee 13. Colligata est iniquitas Effraim, absconditum est peccatum eius. Illi faciunt vt Adā qui foliis ficū operuit se post peccatum. Sic tales cū apparētia boni volūt occultare peccata. Boeth. Si opus medicātis expectas, oportet vt vuln⁹ detegas. Quintus digit⁹ est negligētia seu consuetudo mala. Prouerb. 18. Impius cū in profundum peccati peruenerit, cōtemnit, scilicet pœnitentiā. Sicut Iudas,

das, Matt. 27. Pœnitētia ductus retulit triginta argēteos: & abiens laqueo se suspendit. Hier. Iudas plus desperādo Deū offendit quā̄m tradēdo. Sicut & Cain Gen. 4. Maior est iniquitas mea quā̄m vt veniam merear. Super quo Bern. Meritis Cain, maior est Dei misericordia quā̄m quæuis nostra miseria. Ergo nemo debet desperare. Augu. Quid conuerso non ignoscitur, cum effusori sanguinis ignoscebatur? Bern. de imagine vitæ dicit: O anima mea quare te tot bonis spoliasti, quare frustra honoribus cor priuasti, quare tot bona neglexisti, quare tot annos, tot dies, tot horas sine fructu vixisti? O domine Deus quot tempora effluerunt, in quibus sine fructu vt aspicio vixi, quomodo subsistam coram te? Quomodo ad te potero leuare faciem meam in illo magno & terribili examine, quando numerare iusseris omnes dies meos quærens fructum meum? O domine cur intermisi vllō tempore te versari in corde meo, te tota mente amplecti, in tua dulcedine delectari omnia interiora mea, vbi tunc eram quando tecum non eram, cum à te habeat omnis creatura quicquid habet desiderabile, laudabile, delectabile? Heu domine nunc intelligo, sed confiteri erubescit: species & decor creaturarum docebat oculum meum, & nō aduerti, quia speciosior omnibus creaturis tu es, quibus tantummodo vnam guttam tuæ inestimabilis pulchritudinis contulisti. Quis enim cœlum ornauit sideribus, aërem volucris, aquas piscibus, terram plantis, nisi tu clementissime pater? Hæc omnia non perpēdi, sed tuā dilectionem multoties offēdi. Sed tamen propter tuam misericordiam non diffido: sed iam imploro, quia sex misericordias tuas reperi in me. Prima, quod me à multis peccatis in seculo retraxisti. Secunda, quod conuersionem meam expectasti. Tertia, quod contritionem mihi dedisti. Quarta, quod me pœnitentem misericorditer suscepisti. Quinta, quod virtutem perseverandi cōtulisti. Sexta, quod mihi gratiam ad promerendam gloriam contulisti. Anselmus in libro, Cur Deus homo: Quid misericordius intelligi potest, quā̄m quod Deus pater dicit, misero peccatori æternis suppliciis deputato, & vnde se redimat non habent: Accipe vnigenitum meum, & da eum pro te, & filius dicit: Præsto sum, tolle me, & redime te. Ambrosius: Nō sunt hominis bona quæ secum ferre non potest: sola misericordia est comes defunctorum.

S E Q

S E Q V I T V R S E C V N D A P A R S

E V A N G E L I I.

Si in digito Dei eiicio dæmonia, profecto venit in vos regnum Dei. Luc. 11. Matt. 12. Marc. 3.

Hippocrates in prognosticis, Cum aues prope terrā nidificāt, pestilentia futurā naturaliter præsentiant & fugiūt, designant. Spiritualiter, hē dum amor cordis ad terrā inclinatur, tunc ira summi iudicis quasi pestilentia futura timeatur. Ne ergo in pestē iræ dei incidamus, debemus oculū mentis eleuare. Et hoc docet officiū missæ. Primo introitus, Oculi mei semper ad dñm, &c. In collecta, Quæsumus omnipotēs deus vota humiliū respice. atq; ad defensionē nostrā dexterā tuā maiestatis extende. Apostolus in epistola Eph. 5. c. Estote imitatores dei, sicut filij charissimi. Ambulate in dilectione sicut Christus dilexit nos. Fornicatio & omnis immunditia aut auaritia nō nominetur in vobis. Nā dicitur, ibidē, Auaritia est idolorū seruitus, & auarus non habet hæreditatē in regno dei. Ergo in virtute dei debes eiicere dæmonia, vt habeas partem in regno dei. Ista est secunda pars principalis istius euāgelij in qua tangitur sapientia eius inestimabilis cum dicitur. Ipse autē vt vidit cogitationes eorū dixit eis. Quia eorū opinio, vt dicit Chrysostomus, erat valde irrationalis quod in Beelzebub eiiceret dæmonia. Idē, Nā Pharisei metu multitudinis nō audebāt eū diuulgare, sed in animo suo vertebāt. Dñs autē, vt dicit Hieronimus, non ad dicta sed ad cogitata respondit, vt sic cōpellerētur credere potentia eius, qui cordiū videt occulta, hoc enim nec aliqua creatura scire potest. Hebr. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis dei, nec est vlla creatura inuisibilis in cōspectu eius. Cōsequēter quinq; rationibus manifestē ostendit Christus q̄ non eiicit dæmonē in virtute dæmonis, sed in virtute deitatis. Prima ratio sumitur ex his quæ apparet in congregationibus hominū, & est talis, Omnis cōmunitas hominū inter se diuisa durare nō potest, siue sit ciuilis siue politica, vt est regimē ciuitatis, siue fuerit œconomica qualis est regimē domus & familiæ. Constat autem q̄ diabolus habeat regimen suum, ergo si diuisio est in regno, vt potē q̄ alter alterum eiiciat, tunc certē regimen stare non poterit. Sed hoc est falsum, manet enim regnum diaboli, quia maximam partem habet in hominibus, ergo sequitur quod in virtute dæmonis non eiicio dæmonia. Et hoc

Quadrag. Theol.

Q

est quod dicitur, *Omne regnū*, i. omnis politia & cōmunitas in seipsum, i. *contra seipsum diuisum desolabitur*. Et *domus*, vbi habes cōmunitatē economicā, si fuerit, supple, diuisa contra aliā domū, domus suprà domum cadet, ita vt vtraq; vadat in ruinam. Nam vt Sallustius, dicit, Sicut concordia parues res crescunt, sic discordia maximæ dilabuntur. Et addit ad propositam, Si ergo Sathanas in seipsum diuisus est, quod contingit si alter eiicit alterū, quomodo stabit regnū eius? certē stabiliri non poterit. Hoc autem totum sequitur quia dicitis imprudenter, & sine aliqua ratione in Beelzebub me eiicere dæmonia. Secunda ratio talis fuit, Non sum ego minor q̄ apostoli mei, quibus ego dedi virtutē eiiciendi dæmones, sed vos creditis q̄ diuina operentur virtute. Nunquam enim imposuistis eis q̄ eiicerent in Beelzebub. Ergo in virtute dei ego eiicio dæmonia. Hoc est ergo quod dicit interrogatiuē ratiocinādo, Si autē ego in Beelzebub eiicio dæmonia vt dicitis, filij vestri, i. apostoli mei nati ex vobis in quo eiiciunt? Quod si dixeritis in Beelzebub, quare ergo non calūniamini opus eorū? Si verò dixeritis, in virtute dei eiiciunt, ideo per hāc ipsam virtutē quā habent ipsi diuinitus, iudices vestri erunt. Quia sicut per illā virtutē eiiciunt dæmones, ita per eādem vos dæmonicos iudicabunt in condemnationē. Promisit enim Christus apostolis: Sedebitis super sedes duodecim iudicātes duodecim tribus Israël. Si enim habent virtutes super angelicos spiritus: multo magis super homines 1. ad Cor. 6. Nescitis, inquit apostolis. quoniam angelos iudicabimus, quanto magis secularia? Vel vt dicunt Beda & Hier. Filios eorū appellat exorcistas eiusdē tēporis. Nā Salomon vt dicit Iosephus, propter suā sapientiam adinuenit quosdā carmina pauca verba cōtinentia, & quosdā characteres quos faciebat sculpi in gemis, & si radix cuiusdā herbæ supponebatur ipsi gemæ, valebat ad culsionē dæmonis. Vnde exorcistæ qui habebant officium eurrandi dæmoniacos prædictā gemmā characteribus sculptā radici dictæ herbæ suppositā ponebant in ore arrepticij, & paucis illis verbis Salomonis adiurabant dæmonem, vt exiens subuerteret peluin aqua plenam in medio positam in signum suæ eiectionis, & sic fiebat. Et hoc dicit Iosephus propriis oculis se vidisse coram Tito & Vespasiano cū captiuarent Ierusalē. Si igitur Iudæi credebant q̄ exorcistæ euicerent dæmonem in virtute dei, hoc idem debuissent credere

dere de Christo. Et ideo exorcistæ iudices erunt Iudeorum: quia ex ipsis exorcistis sumitur causa, quare iudicādi & condemnandi sunt Iudæi. Tertia ratio talis est. Regnū dei debet destruere regnū diaboli, sed regnū dei est intra vos. Igitur iudicio isto tunc aliæ nationes oēs pertinent ad regnum diaboli, quia vos soli vt putatis, estis regnū dei. Ergo si inter vos operor eiectionē dæmonis, hoc non est nisi in virtute dei cuius est regnū. Et hoc est quod dicit, *Porrò si in digito dei*, hoc est in spiritu dei, vt habetur in Mat. cap. 12. Spiritus eius diuinus in operandis miraculis, digitus appellatur. Vnde Magi Pharaonis de miraculis Moyſi & Aaron qui deficiebant virtute dixerunt, *Digitus dei est hic. Eicio dæmonia, profectio peruenit in vos regnū Dei.* Et vt habeatur forma rationis, ponatur consequēs pro antecedēte hoc modo, *Porrò si peruenit in vos regnū dei, profectio in digito dei eicio dæmonia.* Et est modus coloratus argumentandi in rhetoricis quando consequens est notabilius antecedente stante reputatione omniū. Quarta ratio est magis manifesta secundū Mat. & est talis. Nihil potest violenter tollere aliena nisi possessore vincat & superet propria virtute, sed constat q̄ ego violenter tollā a dæmone ea quæ possidet, eiicio enim eū a possessionib⁹ suis & in vsum meum capio. Ergo oportet q̄ prius vincā & superem eū propria virtute. Vnde dicit, *Cum fortis armatus custodit atrium suū.* Fortis est diabolus in naturalibus. Dan. 7. Ecce bestia terribilis atq; mirabilis & fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos, comedens atq; cōminuens, & reliqua pedibus cōculcans. Et est armatus, cuius arma sunt omnia ista mūdāna. Nā pulchritudo est sagitta quæ vulnerat cor per concupiscentiā. Diuitiæ sunt quæ occidūt: & sic quæcunq; alia tēporalia. Sed licet armatus sit diabolus ad offensionem, caret tamē armis defensionis. Et ideo armati cōtra eū incedamus 2. ad Cor. 10. Arma nostræ militiæ non carnalia sunt, sed spiritualia ad destructionē munitionum. Custodit atrium suum. Nomine atrij mundum oportet intelligi. Atrium diaboli mundus est iste quod diabolus custodiebat, sicut tyrannus custodit ciuitatē ne sibi tollatur. *In pace sunt omnia quæ possidet*, quia nemo sibi resistit. Sed ista est mala pax. Malū em̄ est pacē facere cū serpēte, peior est cōuersatio, q̄ periculosa est. Melior em̄ est tuta guerra quā pax dubia. Tollitur enim qui dominabitur diabolus. Sed attēdamus eiectionē ipsius. *Si autē fortior*, iste fortior illo est Christi

stus. I. Reg. 2. Non est fortis sicut deus noster superueniens, desuper venit Christus cū descendit de cælis in mundum. Io. 3. Qui de cælo venit super oēs est, *vicerit eū.* Apoc. 5. Ecce vicit leo de tribu Iudæ, *universa arma eius aufert in quibus confidebat.* Abstulit Christus diabolo arma & reliquit eū inermem. Abstulit luxuriā præbendo castitatē. Abstulit auaritiā per largitatē, superbiam per humilitatē, & sic de reliquis. Sed tamen adhuc fatui homines ponūt gladiū in manu diaboli & puniuntur ab eo. *Et spolia eius distribuet.* Spolia dæmonis erant animæ quas rapuerat, sed Christus abstulit sibi illa spolia & distribuit in regno militatis & triūphantis ecclesiæ in diuersis dignitatibus & præmiis. Quosdā quidē apostolos & euāgelistas, quosdā verò martyres, quosdā doctores, alios verò cōtinētes, & sic de diuersis modis. Pl. 67. Ascēdit deus in altū, captiuā duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quinta talis ratio est. Ego nō operor virtute illius qui mihi cōtrarius est volūtate & actu, sed diabolus his modis mihi est contrarius, ergo nec auxilio, nec virtute ipsius eiicio dæmonia. Minorē probat in litera tum ad vtrāq; eius partē. Et primō ostēdit q̄ diabolus dissentiat Christo in volūtate. *Qui nō est mecū, vt qđ ego volo ipse velit: contra me est.* Sine dubio hoc veritatē habet: quia omnis creatura tenetur se cōformare diuinæ voluntati. Et ideo ipsum non velle esse, contrariū est ipsi velle. Probat etiā partē aliam: *Et qui non colligit mecum, dispergit.* Verē Christus dispersas oues colligere vult: sed diabolus etiam collectas dispergit. Io. 10. Lupus capit & dispergit oues. Tertio postquā Christus reprobauit falsam calumniā. Nā secundū quod dicit Cyrillus, vt perfectē disputationē terminet, ostendit vnde mouebantur Iudæi q̄ hæc sentirent de Christo, s. q̄ eiiceret dæmones in virtute Beelzebub. Et causa est, quia peiores erāt q̄ vnquā fuerunt tēpore præterito, & maiori dæmonū multitudine possidebātur q̄ etiā ante legē. Vnde dæmones eos incitabant, vt inuidiose talia loquerentur. Et hoc est quod dicit, *Cū immundus spiritus.* Diabolus dicitur spiritus per naturā: sed dicitur immundus, quia immundas cogitationes nobis suggerit, sicut porcus qui volutatur in fimo. *Exierit ab homine,* sub nomine hominis totum intelligit Iudaicū populū. Nā vt dicit Cyrillus, cū habitarent in Aegypto spiritus immundus erat in eis, qui postea ab eis recessit quando mactauerunt agnum Christum in figura, & liniti sunt eius sanguine, & quādo in monte

monte legē acceperūt. *Ambulat per loca arida & iniquosa,* i. cor da gentiliū & paganorū quæ nullo erant gratiæ imbre irrigata. Talia corda perambulauit diabolus ritum idololatriæ & criminum maculas immittendo: *quærens requiem,* cū non potuit requiescere in Iudæis, ideo quærebat requiē in gentilibus. Deinde reditū dæmonis ostendit: *Et non inueniens dicit, Reuertar in domū meā.* Nam secundum Rabanum putabat se diabolus perpetuā requiē habere in gentibus, sed apparēte Dei filio in carne gētilis fidē susceperunt. Ideo in eis quiescere non potuit. Vnde dixit, *Reuertar in domum vnde exiui,* i. in Iudæos per infidelitatē. Habeo enim Iudaicam domū vnde exiui tēpore Moyſi, ad illos volo reuerti tēpore Christi. *Et cū veneris, inuenis eam scopis mundatam & ornata.* Vacabat enim Iudaicus populus ab obseruantia legis & operibus virtutū per negligentiam, quia veniente Christo cessauit omnis ritus legis eorū, circūcisio, sacrificia, & cæremonialia, nec voluerūt se exercitare in lege Christi. Erat mūdatus populus ille scopis. Scopæ enim nō tollit tenaces sordes, sed superficiales. Ita Iudæi mundabant sola exteriora, & intus erant sordidi. Mat. 23. *Væ vobis scribæ & pharisæi, vā vobis hypocritæ qui mūdatis quod deforis est calicis & paropſidis, intus autē pleni estis rapina & immūditia.* Erat nihilomin⁹ Iudaicus populus ornatus quibusdā exterioribus obseruantis diuinæ legis, sequitur, *Et tunc vadit & assumit septē alios spiritus,* i. vniuersitatē vitiorū Sicut virtus spiritus sancti distinguitur in septē spiritualia dona, Isa. 11. vbi dicitur, *Requiescet super eū spiritus sapientiæ & intellectus, &c.* Ita virtus diaboli est in septē spiritualibus vitiis principalibus. Sequitur, *Nequiores se,* verē vitiū nequius diabolo, q̄ diabolus saltem naturaliter bonus est, sed ipsa vitia naturaliter sunt pessima, *Et ingressi habitāt ibi,* incolūt dæmones, vt dicit Chrysol. peiores prioribus Iudaicā gentē. Nā antiquitus læuicabant contra prophetas, postea verò dñm prophetarū occidebant, & nunc etiā in synagogis suis Christū dominum blasphemant. *Et sūt nouissima,* id est posteriora opera hominis illius, *piora prioribus.* Quod verò non totum hoc de Iudæis intelligendum est, pater secundum Matthæum, vbi sequitur. Sic erit generatio huic pessimæ, id est, mala fuit generatio in deserto, quando contra dominum murmurauerunt peior quando in terra promissionis, scilicet & filias dæmonis immolauerunt, pessima post aduentum Christi cū

Christum crucifixerunt. Non dubium est quin multi fuerunt tempore Christi peiores, & etiam tempore presenti quam vnquam fuerunt. Et ideo secundum Chryf. peiora sustinuerunt à Vespasiano quam vnquã passi fuerunt in Aegypto vel Babylonia. Dixi tertio tangitur ipsius laus venerabilis dum dicitur: *Extollens vocem quaedam mulier*, i. in altum eleuans vocem. Accensa fuit hæc mulier suauitate verborum Christi, vnde à laude Christi se continere non poterit. In quo in ea mentis confidētia notatur, quia vt dicit Beda: Scribis & pharisæis tentantibus dominum & blasphemantibus, beatitudinem incarnationis Christi hæc mulier cum magna fiducia confitetur. Quare dicit: *Quaedam mulier de turbis*: Semper enim muliebris sexus videtur esse deuotior. Hęc mulier videtur fuisse Marcella ancilla Marthæ, quæ nõ potuit amplius blasphemias Iudæorum contra Christum sustinere, beatificauit matrē Christi ex filio: quia beatitudo prolis redundat in matrem: *Beatus venter qui te portauit*. Reuera beatus venter est ille sterilitatis opprobrio carens & sine cruciatu pariens fecunditatem & integritatē virginitatis habens. Ipsa enim, sicut dicit Bernar. fuit sine corruptione fecunda, sine grauiamine grauida, sine dolore puerpera. Venter ille fuit apotheca spiritus sancti. Matthæi 1. Inuenta est habens in vtero de spiritu sancto. Venter ille fuit domus aromatum. Habuit venter ille pretium redemptionis nostræ, pignus celestis hæreditatis. Venter ille habuit fontem diuinæ misericordiæ, cuius fontis signum erat fons olei qui in natiuitate Christi erupit, & in Tyberim fluxit. Venter ille fuit tabernaculum in quo requieuit, quem nec cœli, nec terra capere poterant. Eccl. 14. *Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo*. Venter ille habuit thesaurum celestis regis, scilicet absconditum in agro. Matth. 13. Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro. Thesaurus iste est filius dei in carne assumpta absconditus. Isa. 45. cap. Verè tu es deus absconditus. Thesaurum cœlestem posuit deus in terra, vt haberent homines accessum ad eum, & impleuit illud Deu. 28. *Aperiet tibi dominus thesaurum suum optimum cœlum*. Num. 20. *Aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ viuæ*. Et impletum fuit illud Prouerb. 21. *Thesaurus desiderabilis & oleum in habitaculis iusti, & imprudens homo dissipabit illud*. Iustus antonomasticè dicitur Christus. Isa. 45. cap. *Nubes pluant iustum*. Habitaculum eius

fuit

fuit beata virgo, in qua fuit cœlestis thesaurus & oleum pietatis. Maria enim facta est Dei thesauraria & elemosynaria. Commisus est ei thesaurus non vt auarè abscondat: sed vt in pauperes expendat. Nam eius venter fuit illa beata terra ex cuius vno grano humani generis debuit soluitur. cœlestia horrea replentur, & cœtus electorum in æternum pascetur. De hoc grano dicitur Ioan. 12. *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert*. Et Dauid Psal. 84. *Benedixisti domine terram tuam*. Sequitur: *Et vbera quæ sux sibi*. Nam sicut beata virgo regi cœlorum vestem de panno propriæ carnis prouidit: sic & victum de lacte suo ei ministravit: *At ille dixit: Quinimo, beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud*. Chryf. Non fuit hoc responsum repudians matrem: sed ostendit quod nihil eius partus profuisset, nisi valde bona & fidelis fuisset. Vnde illud: *Quinimo potest esse vna pars: & tunc idem est quod insuper*. Et tunc erit sensus: Non solum beata est quæ verbum Dei habuit in ventre: sed etiam omnis ille beatus est qui habuit verbum Dei in mente. Aug. dicit in libro de virginitate: *Beatior fuit Maria in concipiendo fidem Christi, quam concipiendo carnem Christi*. Materna propinquitas nihil Mariæ profuisset, nisi felicius Christum mente quam carne gestasset. Multi sancti sunt in cœlo quorum matres sunt in inferno. Ideo dicit dominus, Matth. 12. *Quicumque fecerit voluntatem patris mei, ipse meus frater, & soror, & mater est*. Ideo dicit: *Beati qui audiunt verbum Dei*. Prouer. 8. *Beatus homo qui audit me*. Pro quo sciendum, multæ sunt utilitates ab auditu verbi Dei procedentes. Prima, auditus verbi Dei aridum cor irrigat. Deuteron. 32. *Audite cœli quæ loquor, audiat terra verba oris mei, concresecat vt pluuia doctrina mea*. Et bene vt pluuia: quia vbi non pluit in terram, ibi æstus solis comburit segetes: & modicus ventus puluerē spargit & arefcit. Sed pluuia, id est, verbum Dei irrigat terram: id est, cor terrenum incitat ad deuotionē: & fructificare facit. Isa. 55. *Quomodo descendit imber & nix de cœlo, & illuc ultra nõ reuertitur, sed inebriat terram, &c. sic erit verbum quod egredietur de ore meo: nõ reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui & prosperabitur in his ad quæ misi illud*. & ideo verbum Dei dicitur fons. Joel. 3. *Fons de domo domini egredietur & irrigabit torrentem spinarum*.

C 4

Secunda verbum Dei cor frigidum inflammat: quia est ignis spiritualis. Ieremias 17. Nunquid non verba mea sunt quasi ignis ardens, dicit dominus? Reuera ignis. Nam qui est frigidus in amore Dei ad hunc debet accedere. Psalm. 118. Ignitum eloquium tuum vehementer. Nam sicut ignis generat colorem rubeum in homine: sic verbum Dei dilectionem. Psalm. 71. Inflammatum est cor meum & renes mei commutati sunt, id est, cogitationes. Ignis prouocat sitim: & sic verbum Dei incitat desiderium post fontem æternum. Lucæ ult. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via & aperiret nobis scripturas? Tertia, cor pauidum confortat. Matth. 7. Omnis qui audit verba mea & facit ea, assimilabitur viro sapienti qui ædificauit domum suam supra petram firmam, & venerunt flumina & flauerunt venti, id est, tentationes: & non cecidit. Si times tentionem carnis audi verbum Dei. ad Col. 3. Mortificate membra vestra quæ sunt super tertiam, fornicationem, immunditiam, libidinem, &c. Si sentis tentationem mundi, audi verbum Dei. 1. Io. 2. Nolite diligere mundum, &c. Io. 16. In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum. Si sentis tentationem diaboli audi verbum Dei. Iac. 4. Resistite diabolo & fugiet à vobis. Quarta utilitas verbi dei est quod moestum cor lætificat. Ier. 17. Factum est mihi verbum domini in gaudium & lætitiā cordis mei. Si turbaris præ multitudine peccatorum, audi verbum Dei consolatorium. Ezec. 18. Cum auerterit se impius ab impietate sua quæ operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam: ipse animam suā viuificabit. Hoc attendens Ps. 118. ait: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua domine. O quam consolatorium verbum Dei. Io. 17. Si manseritis in me & verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis petetis & fiet vobis. Quinta utilitas verbi Dei est quod ærumnosum beatificat. Apoc. 1. Beatus qui legit & seruat verba prophetiæ huius. Quia non tantum verbum Dei legendo, vel audiendo confert beatitudinē, sed faciendo. Iac. 1. Estote factores verbi Dei, & non auditores tantum. Rationem ponit apostolus. Rom. 2. Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Et sic tunc ærumnosus, i. peccator ærumnis plenus, Eccles. 2. Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni sunt, beatificatur, Ioan. 8. Si quis serauerit sermonem meum, non gustabit mortem in æternum.

De

DE EODEM, ENARR. XXXIX. DE EPIST.

*Estote imitatores Dei sicut filij charissimi. Scribitur ad Eph. 5.**Et legitur in presentis dominica pro epistolari officio.*

Necessarium est verum exemplar ei qui vult falsum librum corrigere: & necessaria est regula & linea ei qui vult torta dirigere. Seneca: Nisi ad regulam prauam non corrigis. Spiritualiter sic qui vult corrigere librum conscientiæ & prauam vitam suā, debet hoc facere secundum exemplar doctrinæ & vitæ Christi. Figuratur Exo. 25. vbi dominus dixit Moyfi: Inspice, & fac secundum exemplar quod tibi monstratum est in monte. Spiritualiter. Sic hodie dicitur Moyfi qui interpretatur sumptus ex aquis. i. cui libet fidelis qui sumptus est ex aquis baptismi, vt faciat secundum exemplar quod monstratum est in monte, i. in Christo. Nam Christus est verissimum exemplar & eius vita linea: quam si quis studiosè inspiceret debito modo imitaretur & ambularet. Gre. Omnis Christi actio nostra est instructio. Et Augustina religionis est imitari quem colis. Et hoc docet apostolus, dicens: *Estote imitatores Dei sicut filij charissimi.* In summa epistolæ duo innuntur. Primo hortatur nos apostolus vt induamus conuersationem Christi ipsam imitando, ibi: *Estote imitatores.* Secundo vt fugiamus malam suggestionem ipsam detestando, ibi: *Fornicatio autem.* De primo dicit: *Frater estote imitatores Dei.* Nota quadruplici ratione debemus eum imitari. Primo quia nullum iustius imitamur: quia ipse est pater noster ad cuius similitudinem sumus creati. Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Secundo quia nullum imitatur homo tutius: cum ipse errare non possit. Io. 8. Qui sequitur me non ambulat in tenebris. Tertio, quia nullum imitatur fructuosius, iuuat enim imitantē se. Ps. 62. Adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua. Nullum etiā imitatur fructuosius propter mercedem quā dat eis qui imitantur eū. Socios enim suos vult secum esse in hospitio: iuxta illud Io. 12. Si quis mihi ministrat me sequatur, & vbi ego sum illic & minister meus erit. Quarto, quia homo nullū imitatur gloriosius. Nihil enim erubescibile debet esse nobis quod exēplo eius faciamus. Hoc non attendunt illi qui dedecus sibi esse credunt, si se non vindicarent cito quādo aliquod conuictum est eis dictum, vel aliqua iniuria facta, cum tamen vidēt Deū tot conuicta pati & tamē differt vindictā. Eccl. 23. Magna gloria est sequi

Q 5

dominum, longitudo enim dierum assumeretur ab eo. Ideo dicitur *Et hoc imitatoris Dei*. Non tamen in omnibus cōpetit nobis imitari Deū. Nam secundū Aug. mali etiā velient dominū imitari, vt superbi in altitudine, iracundi in vindicta, accidiosi in requie, cupidi in deliciis, luxuriosi in delectationibus, curiosi in sciētia. Videamus ergo in quibus & qualiter debeamus eum imitari ne nobis cōingat sicut Lucifero dicenti: Similis ero altissimo. Isa. 14. cui dictū est, Verūtamen ad infernum detraheris in profundū lacu. Notandū ergo, primo debemus eū imitari in lumine sapientiæ, quia dicit Chryl. Filij carnales frequēter sunt similes patrib. in facie loquela, vel visu. Et sic filij spirituales debēt assimilari patri cōstiti in sanctitate morū & in cōuersatione. Primo in lumine sapientiæ. Nā ipse sapientiā amat, & eos qui sapientiā diligunt. Sap. 7. Neminem diligit deus nisi eū qui cū sapientiā inhabitat. Et Eccl. 4. Eos qui diligunt sapientiā diligit Deus. Deus est lux, & nō sunt tenebræ in eo vllæ: vt legitur, Io. 1. Ideo & lucem sapientiæ in omnibus amat. Et in mundū istū venit, vt homines luce sapientiæ illuminaret. Iuxta illud, Luc. 1. Visitauit nos oriēs ex alto. Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent. Vx illis qui potius volū esse noctuæ similes quā Deo. Noctuæ similis est qui lucē sapientiæ odit, & tenebras ignorantæ amat, imō diabolo similis est. De quo Io. 3. Qui malè agit, odit lucē. Talis merito in tenebris inferni erit quas his prælegit luminī, 1. Io. 1. Si dixerimus quoniā societatem habemus cum eo & in tenebris ambulamus & veritatē non facimus, mentimur. Secūdo debemus Deū imitari in sanctitate. Vnde Deus Leuit. 19. Sancti estote, quoniā ego sanctus sum. Sanctitas verō illa sequitur lucem sapientiæ. Vide quanta immūditia peccatū sit, sanctificet se homo & mundetur ab eo. Vnde Iob 28. Recedere à malo est intelligentia, i. effectus intelligentiæ. Præcipuè autē ab immunditia peccati se sanctificat, qui dignitatē ad quā filij Dei electi sunt, agnoscunt. Vnde 1. Io. 3. Postquam dixit q̄ filij Dei sumus, subdit: Omnis qui habet hanc spem in eo sanctificat se sicut ille sanctus est. Sanctitatem Dei ostēdit nobis hoc q̄ in tantū odio habet malitiam q̄ mori voluit vt malitia destrueretur. Iuxta illud, August. Cū innocēs occiditur, peccatū crucifigitur. Tertiō debemus eū imitari in dilectione. 1. Io. 4. In hoc apparuit charitas Dei in nobis quoniā filiū suum vnigenitū misit deus in mundū

mundū vt viuamus per eū. Item, 1. Io. 1. In hoc cognouimus charitatē Dei, quoniā ille animam suā pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animā ponere. Itē, Deus nos tantū dilexit vt filiū suū daret, etc. Circa dilectionē Dei nota q̄ ipse prior dilexit nos, hoc est cōtra quosdā qui nolūt proximos suos diligere nisi prius ab eis amentur. 1. Ioan. 4. In hoc charitas Dei est, nō quasi nos dilexerimus eum: sed quoniā ipse prior dilexit nos. Quartō eū imitari debemus in largitate quæ in hoc apparet: quia largitur beneficia sua amicis & inimicis, iustis & iniustis, iuxta illud, Mat. 5. Qui solē suū facit oriri super bonos & malos. Quintō in misericordia. Bern. Maximè Deū imitabitur qui nō iudicauerit: quoniā misereri pretiosius. Luc. 6. Estote misericordes sicut & pater vester misericors est. Sextō in pacis amore. Deus enim pacē amat, Mat. 5. Beati pacifici quoniā filij Dei vocabūtur. Sed quia Deus est in summa pace, quia ipse est pax quæ exuperat omne sensum. Primō debes pacificare teipsum ubi per pœnitentiæ disciplinā, sicut ait Psal. 34. Misericordia & veritas obuauerūt sibi: quia veritati cōfessionis occurrit misericordia remissionis. Iustitia & pax osculatæ sunt: quia iustitiæ satisfactionis sociatur pax peccatoris. Deinde debes pacificare teipsum proximo, sicut Apostolus ait ad Rom. 12. Si fieri potest q̄ ex vobis est cū omnib⁹ hominib⁹ pacē habētes, quasi diceret: Et si aliorū malitia impediatur pacē, habete cū eis quātū in vobis est. Tādē pacificādo inter se discordātes. Isa. 52. Q̄ pulchri sunt sup mōtes pedes annuntiantis & prædicātis pacē. Nā & filius Dei venit de sinu patris propter discordātes pacificādos. Bernar. Quibus laudibus dignū quāto amplectendū affectu fratres summū qui sine querela cōuersans inter fratres, tota sollicitudine cauet ne quid in eo sit q̄ ab eis cauere oporteat: & quicquid est in aliis onerosum patientissimè portat, qui singulorum scandala sua reputat. Septimō debemus imitari eū in patiētia. Ipse enim patiētissimus est. Vltimū enim quod ipse faciet erit vindicta de inimicis suis. hoc erit in die iudicij quando dicer: Discedite à me. Mat. 25. Et ex hoc quod patientissimus est, sapientissimus est. Item agnosci potest quod qui non est patiens non est perfectè sapiens. Proverb. 14. Qui patiens est multa gubernatur sapientiā: qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam. Et in eodem; Impatiens operabitur stultitiam. Vltimō debemus eum imitari

imitari per perseuerantiã seu bonitatis immutabilitatẽ: Ipse enim dicit per Prophetã Malach. 3. Ego Deus & nõ mutor. Mat. 10. c. Qui perseuerauerit vsq; in finem hic saluus erit. Eccl. 27. Homo sensatus in sapiẽtia sua manet vt sol. Nam stultus vt Luna mutatur. Nota q̄ sunt quidã qui Deũ solũ superficialiter imitatur: vt hypocritæ: tales habent imaginẽ Dei depictã in se quæ imago faciliter vt pictura deleri solet. Qui verò Deũ imitatur nõ solũ exterius, sed interius imaginẽ Dei habent in se quasi sculpram, quæ non de facili delebitur. Qui verò Deũ volũt imitari interius, diabolũ exterius, quasi laruã diabolicã superponere volunt imagini Dei, in hoc Deo cõtumeliã inferẽtes: quia poti⁹ volũt diabolo assimilari q̄ Deo. Tunc subdit: *Sicut filij Dei*. Notãdum q̄ iste articulus q̄ scilicet verẽ fideles filij Dei sunt, est vn⁹ de pulchrioribus articulis fidei nostræ: & est valde vtile homini ad regẽdũ vitã suã. Si in Deũ homo verã fidẽ haberet, per totã vitã occasione huius eũ imitaretur. Aliter viuũt pauperis filius, & aliter filius diuitis. In animalibus etiam est hoc verũ. Aliter enim viuũt agnus: aliter lupi catulus. In arboribus etiã videmus q̄ secũdũ speciẽ arboris est species fructus. Et licet de hac paternitate & filiatione non possit haberi cognitio rei nisi per fidẽ: sicut nec de parẽtibus carnalibus iuxta Aug. potest tamẽ & autoritatib⁹ & rationib⁹ persuaderi. 1. Io. 3. Videte qualẽ charitatẽ dedit nobis, vt filij Dei nominemur & simus. Et Mat. 23. Patrẽ nolite vobis vocare super terram, vnus est pater vester qui in cœlis est. Quod quadruplici ratione ostẽditur. Primò p̄ similitudinẽ quã homo habet ad deũ. De qua habes Gen. 1. Creauit Deus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ suã. Sic enim perpẽditur de aliquo q̄ sit filius eius, quãdo scilicet est ei valde similis. Secũdò per quod naturalẽ filiũ p̄ homine morti exposuit. Vnde Aug. Filij Dei sumus, vnde hoc probamus: Et respõdet. Mortuus est vnicus, ne remaneret vnicus. Tertiò p̄ hoc q̄ in mēsa altaris pane filiorũ nos pascit, s. cibo eodem quo angeli pascũtur, licet aliter. Quarto p̄ hoc q̄ angelos hominibus ad custodiã deputauit. In Psal. 90. Angelis suis Deus mãdauit de te vt custodiãt te. Et Matr. 18. Videte ne contemnatis vnũ de his pusillis: quia angeli eorũ semper vidẽ faciẽ patris mei qui in cœlis est. Itẽ notandum, q̄ triplici rationẽ habet aliquis filium suũ charũ. Primo quia vnicus, secundo quia infirmus, tertio quia vltimò genitus: sicut

sic Iacob dilexit Ioseph sup omnes filios suos, eo q̄ in senectute genuisset eũ: vt legitur Gen. 38. Propter eadẽ causas est homo bonus Deo charus. Primò quia pauci sunt boni. Mat. 22. c. Multi sunt vocati, pauci verò electi. Itẽ Eccl. 1. c. Stultorũ infinitus est numerus. Secundo quia homo etiã infirmus est ratione carnis quam habet. Vnde Mat. 2. 6. dicitur: Caro autẽ infirma. Tertiò quia homo etiam factus fuit vltimo inter cæteras creaturas, sexto, s. die. Itẽ popul⁹ Christianus in fine tẽporũ factus est. Specialiter verò homo potest dici charissimus Dei filius: quia ab eo charissimẽ emptus est. Et sicuti homo charissimus Deo: sic & Deus charissimus debet esse homini. Vnde ingratißimi peccatores sunt, qui pro momẽtanea voluptate vel pro parua pecunia Deũ vendunt: etiam vilius quã Iudas. Iudas enim vẽdidit eum triginta denariis: ipsi verò quandoque denario vno Deũ amittũt. Ecclesiast. decimo: Avaro nihil scelestius. Preterea cũm homo Deo sit charissimus, non debet sibi ipsi vilis esse. August. Appende te ex pretio, ne tibi vilescas. Sed pro multis verum est hoc verbum Senecæ, quòd nihil est cuique se vilius. Sotulares suos non venderẽt multi adeo vili foro sicut seipso vendũt: nec immunditiam ita diu dimitterent in sotularibus suis sicut in seipsis. Itẽ notandum ex tribus de causis amittit aliquis patrẽ suũ cœlestẽ. Primò quia eum negat, & ideo meritò negatur ab eo. Mat. 10. Qui me negauerit coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cœlis est. Cũm vix aliquis homo negat patrẽ suũ licet pauperẽ, quantam contumeliã facit patri cœlesti homo qui eum negat? Non est ignobilis pater iste: quòd aliquis deberet eũ erubescere. Mira insania talium, qui non erubescunt confiteri ad minus factò diabolũ patrẽ: & Deum erubescũt coram hominibus malẽ agendo. Sed bene sunt similes illi qui erubesceret recte incedere: & non claudicare. Secũdò hunc patrẽ amittit qui coram eo indigna agit: vt fatuæ mulieres quæ timore paupertatis se prostituunt: cũ tamen talem patrẽ habeant qui prohibet eis, ne etiam solliciti sint pro necessariis. Mat. 6. Nolite solliciti esse dicentes quid mãducabimus, aut quid bibemus? Propter eandẽ causam amittunt patrẽ istũ vsurarij, & illi qui fures sunt timore paupertatis. Mira insania talium qui patrẽ amantissimũ & potentissimũ derelinquunt, & ad hostem crudelissimũ confugiunt, quasi ille potius

le potius velit vel possit subuenire eis quā pater eorū. Tertio patre istū amittunt qui eius correctionē reuunt. Et merito. Si enim pater carnalis habet correctionē super filiū suū cui parua hæreditatē derelinquit ne eā dissipet: quātō magis pater cœlestis debet corripere eū cui tantā referuat hæreditatē? Aug. Quid mirū si flagellat custodiēs paruulos dominus, quos grades quærit hæredes? Itē: Quis est filius cui nō debetur disciplina patris. Itē: Si promissa cognouisti nō timeas flagellari sed ex hæredari. Sequitur: *Et ambulate in dilectione.* Hic ostendit in quo specialiter patre cœlestē debemus imitari: quia in dilectione. Hæc enim sola est quæ distinguit inter filios regni & filios perditionis. Sicut dicit Aug. super illud 1. Io. 3. In hoc manifesti sunt filij Dei & filij diaboli. Omnis qui non est iustus non est ex Deo: & qui non diligit fratrem suū. Per hæc viā Christus ambulauit, hæc est via excellentissima. 1. Cor. 12. Adhuc excellentiorē viā nobis demonstrabo, quod de charitate intelligitur. Hæc via ambulate, in qua ambulare est proficere. Sequitur: *Sicut &c. Christus dilexit nos: & tradidit seipsum pro nobis, vitæ nostræ penā soluēs, quā nos soluere debebamus. Vel pro nobis, sicut pretiū traditur pro re quæ emitur.* Sequitur: *Oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis.* Nota quod tripliciter reddit aliquid suauē odorē, Vel in igne positū vt thus, vel attritū, vt aromaticæ species: vel effusum vt vnguentū. His tribus modis reddit Christus in cruce suauē odorē. Ibi enim attritus est propter scelera nostra. Isa. 53. Ibi etiā fuit accēsus quasi in camino dilectionis: fuit etiā ibi alabastrū sui pretiosissimi corporis fractū & effusum vnguentū sanguinis eius: & domus impleta est ex odore vnguenti, & suauitatē illius odoris senserūt cœli & inferi. Odor iste diabolū de mūdo isto fugauit. Io. 12. Princeps huius mūdi eiicitur foras. Sicut odor vinearū quæ dum florēt, bufones expellunt: sic odor ille de mundo isto diabolū expulit quo ad magnā partem potestatis eius. Odor vero suauitatis fuit in Christo Deo ad satisfaciēdum pro nobis, nobis ad exemplum, dæmonibus ad exterminationem. Hanc suauitatē significabat suauitas odoris sacrificiorū carnalium, de quo loquitur scriptura in diuersis locis. Gen. 8. Oloratus est Deus odorē suauitatis, & ait ad Noë: Nequaquam maledicam terræ propter hominē. Sunt tamen aliqui qui hunc odorem Christi non sentiunt, qui sine dubio aut mortui sunt aut foetidi. Bern.

Qui

Qui odorem tuum Christe non sentit aut mortuus est aut foetidus. In dilectionis huius effectum monemur vt imitemur Christum: vt, s. offeramus nos ei oblationē & ostiā in odorē suauitatis. Simile Ro. 12. Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuētē. Sed hodie pro magna parte impletum est illud Ioel. 1. Periit de domo domini sacrificium & libatio. Multi tamen tribulationibus atteruntur, nec odorē suauitatis, sed potius odorē factoris reddunt. Quādo etiā pauperes ab eis petūt elemosinas non dāt vnctionē pietatis, sed exit ab eis lapis duræ obiurgationis. In multis etiā quæ deberēt facere cum igne diuini amoris, est potius aqua foetidē voluptatis. Item notandum quod in hostiis legis quædam animalia offerebantur quæ vitia significabant: & mactatio eorum significabat eorum destructionem quæ fuerunt Deo sacrificium valde gratum: vt in hirco, vel in capra vel in tauro vel vitulo. In hirco vel in capra foetens iniquitas intelligitur, in tauro superbia, in vitulo lasciuia. In quibusdam verò animalibus virtutes significabantur: quorum oblatio significabat oblationem, quam Deo faciunt qui peccato mortui in virtutibus Deo viuunt, vt in oue vel agno, vel columba, vel turture. In oue simplicitas intelligitur, in agno innocentia, in columba socialis dilectio, in turture castitas, vtraque Deo hostias spiritualiter offerre debemus.

FERIA II. ENARRATIO XL.

Multi leprosi erant in Israël. Luc. 4.

Lactātius lib. 4. dicit: Pagani quādo sunt in aduersis, tūc Deum inuocant non deos: sed quando sunt in prosperis, tunc colunt & inuocant deos. Moraliter sic est de reprobis Christianis qui in aduersis ad vnū solum Deum fugiūt pro remedij: sed in prosperis multorū falforum deorū sunt cultores. Deut. 32. In crassatus, impinguatus, dilatatus dereliquit Deū factore suum: & recessit a Deo salutari suo. Sed dices, tamen credo in vnū Deū. Respondet August. Hoc est bene credere, non peccare: hoc est malè credere, in peccatis perseuerare: nam quanta habes crimina in deliciis, tot habes deos quibus seruis: vt potē si diligis gulā, venter tuus Deus est. Philip. 3. Quorum Deus venter est. Si diligis avaritiam: nōne argentum & aurum Deus tuus est? Si diligis luxuriam, pulchra mulier Deus tuus est. Rom. 1. Seruiunt potius creaturæ quā creatori. Sed hæc omnia vana. Psal.

Pfal. 143. Beatus populus cuius dominus Deus eius. Et Psal. 72. Mihi adhaerere Deo bonū est, & ponere in Deo spem meam. De quo introitus: In domino laudabo verbū: in Deo speravi nō timebo quid faciat mihi homo. Psal. 56. Miserere mei Deus, miserere: quoniam in te cōfidit anima mea. Hūc psalmū fecit Dauid cū fugeret à facie Saūl. 1. Reg. 21. Et venit ad Achis regē Geth, tūc dixerūt serui Achis: Nuq̄d iste est Dauid de quo canebant? Saūl percussit mille, Dauid decē millia. Hoc audiēs Dauid, timuit & simulauit se fatuū. Et sic dixit Achis ad seruos suos: Nuq̄d desunt vobis furiosi, quare induxistis eū? & sic serui regis Geth, amouerūt eū & sic euasit manus Saūl. Et fecit hūc psalmū: q̄ cōfidētia in Deū saluauit eū. Et sic collecta: Cordib⁹ nostris gratiā tuam benignus infunde: vt sicut ab cōs carnalibus abstinemus: ita sensus quoq; nostros à noxiis retrahamus excessib⁹. Et talē cōfidētia habuit Naamā in epistola. Et mulier vidua, in euāgelio: Cū multae viduae erāt, &c. Quae credidit aliis dubitātib⁹. Mat. 17. Omnia possibilis sunt credenti. Aliud Thema. Tria sunt in mūdo omnibus diuitiis meliora quae sunt lux dei, sapiētia dei, & corporū medicina. De primo Eccl. 11. Dulce lumen & delectabile est oculis videre solē. Ideo Tob. 5. Quale mihi gaudiū cū in tenebris sedeo & lumē caeli nō video? Secūdū est sciētia vel sapiētia dei. Sap. 7. Quoniam omne aurū in cōparatione illius arena est exigua. Nā carētes illa vani sunt. Sap. 13. Vani oēs homines in quib⁹ nō est sciētia dei. Et tales repellūtur. Osā 4. Quia tu repulisti sciētiam, repellā te ne fungaris sacerdotio. Tertiū est medicina corporū. Eccl. 38. Altissimus creauit de terra medicinā, vir prudēs nō abhorrebit eā. Sic in pposito Christus lux est. Io. 1. Qui illuminat omnē hominē veniētē in hūc mūdū. Sed diceret, ex quo lux cōmunis est, cur nō omnes illuminantur? Respōdetur q̄ nō est defectus luminis sed malorū oculorū, i. diffidētia. Ideo canitur introitus: In Deo, &c. Secundo est sapiētia Dei. Collecta 2. In eo sunt omnes thesauri sapiētiae & sciētiae absconditi. Sed nō est defectus sapiētiae, sed duritia cordiū. Ideo in collecta dicitur: Cordibus nostris gratiā tuam benignus infunde. Ipse est medicus Psal. 102. Qui sanat omnes infirmitates tuas. De quo epistola & euāgelii. *Muli leprosi, &c.* Nota, Christus dicitur medicus secūdū carnē: quia omnis caro Christi & omnes sensus eius exteriores & interiores erāt medicina lāguētū. Primo oculorū erant dulciter

dulciter attractiui, vt patet in Petro. Lu. 22. Conuersus dñs respexit Petrū. Secundo aures plenae misericordia. Ps. 33. Oculi dñi super iustos, & aures eius in preces eorū. Et sic leprosi. Luc. 17. clamantes, dicebant, Iesu praeceptor miserere nostri. Tertio os eius velut Dorix finius de virente fluens paradiso. Eccl. 24. Vnde Io. 7. Aliqui ex turbis laudabāt verba eius, dicētes, Verē hic est propheta. Alij dicebāt, Hic est Christus, &c. Sputo & luto sanauit caecum. Io. 9. Saliua mutum fecit loqui. Mat. 7. Quarto vestimentorū tactu fluxum sanguinis restrinxit in muliere duodecim annis patiente, quae omne substantiā suā cū medicis consumpserat. Luc. 8. Quinto tactu manū suarū mortuos suscitauit, vt patet in filia principis synagogae. Mat. 9. Lu. 7. de filio viduae vbi tetigit loculum. Aug. de verbis domini, O quanta bonitas huius medici, s. qui de sanguine suo interfectori suo medicamentū fecit, vt patet in Longino, Io. 19. Aug. Quid amplius cū totum quod erat, quod vivebat, quod loquebatur & faciebat medicina erat, nō solum corporū sed animarū. Bern. Omnium virtutū origo ex ipso erat, & sancta desideria ex illo manant. Item aliud thema: *Medice cura te ipsum. Lu. 4.* Infirmitas à quocūq; medico capit sanitatē vt cū iuuet, eundem collaudat etiā publicē. Spiritualiter, Tātū vnum habem⁹ medicū spirituale qui nos sanauit ab omnibus infirmitatibus nostris, quem collaudat Dauid Ps. 102. Benedic anima mea dño, qui sanat oēs infirmitates tuas. Quem medicū collaudat ecclesia sancta in introitu missae, In dño laudabo verbū, &c. Et in epistola Naamā fuit leprosus & mundatus est. Et ait, Verē scio q̄ non est alius deus nisi tantūm Deus in Israël. Hunc medicū laudabilē renuerūt Iudaei dicentes in incredulitate. *Medice cura te ipsum.* In sum. euang. tria inueniuntur. Primo beneficiorum subtractio dispensatiua, ibi, *Quanta audiuius.* Secundo pessimorum inculpatio causatiua, ibi, *Amen dico vobis.* Tertio maleficiorū illatio charitatiua, ibi, *Et repleti sunt, &c.* De primō dicit, In illo tempore, s. post tentationē de diabolo venit Iesus in ciuitatē Nazareth, intrans synagogā in Sabbatho, & surrexit legere in libro, vbi scriptū inuenit illud Isa. 61. *Spiritus domini super me eo quod unxit me, &c.* Et dixit, *Hodie completa est haec scriptura in auribus vestris.* Et illud Isa. 11. Egredietur virga de radice Iesse, & flos, &c. quasi dicat, Ego sum flos iste qui conteretur in mortuario crucis, & ibi emanabit vnguentum quod sanat contri-

ros corde. Et aliqui testimonium dabāt, aliqui cōutiabantur vt Pharifæi, dicentes, *Nonne hic est filius fabri?* Beda, Magna cæcitas Iudæorum. eū quem verbis & factis Christū cognoscunt, ob solā generis notiā contemunt. Isti tamē scribæ verū dicebāt nescientes. Erat enim filius fabri, sed nō illius cuius ipsi putabant, sed fabricatoris omniū, de quo Ps. 73. Tu fabricatus es aurorā & solē. Ipse enim in principio cœlum & terrā fabricatus est. Nota ad opus fabrile primo requiritur fabrica, & sic omniū rerum diuina prouidentia ex qua vniuersa procedunt opera. Eph. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionē, vt essemus sancti & immaculati, q̄ prædestinauit nos in adoptionē filiorū per Iesum Christū, secundum propositum voluntatis suæ. Secundo ignis mollicians qui est patris potentia. Deut. 4. Deus noster ignis consumens est. Hunc ignē petit Aug. in lib. soliloqui. ca. 38. dicens, O ignis sancte qui semper ardes & nunquā extingueris, Deus meus accende me totum. Ille ignis semper lucet. 1. Io. 1. Deus lux est, & tenebrę non sunt in eo. 1. Tim. 6. Qui inhabitat lucē inaccessibilē. Tertio flatus inflāmans ignem qui est spiritus. clementia. Psal. 147. Flabit spiritus eius & fluent aquę. i. materię creabiles. Quarto manus operans quę est verbi æterni efficientia. Job 10. Manus tuę domine fecerunt me, & plasmauerunt me totū, &c. Aug. Manus Dei est filius patris. Et sic accipitur, Io. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Quinto malleus formans, qui est diuina sapientia. Sap. 11. Omnia in mensura, numero, & pondere disposuisti. Ps. 103. Omnia in sapientia facisti. Ecce quō animabus dedit nobilitatem, & cordibus nostris excellentem dignitatem, quia ea vasa cœlestis gratiæ Dei fecit. Sexto intus conseruans, & est æternitatis permanentia: quia hic faber quod ab æterno disposuit in tēpore fecit & æternaliter collegit. Aug. 11. de ciuitate Dei, Non est ars excellentior Dei verbo. Itē sicut faber diuersa genera vasorum fabricat, sic & Christus. 1. Cor. 12. Dedit dominus quosdam apostolos, alios euangelistas. Iste faber habuit duodecim seruos qui conseruerunt spiritu & igne clauē regni cœlestis. Deinde dixerūt, Quanta audiuius facta in Capharnaū, fac & hīc in patria tua, quasi diceret. Multa audiuius à te facta miracula, sed non credimus, si facis alienis fac & compatriotis. Moraliter, Capharnaū interpretatur villa consolationis, & signat peccatum. Lu. 6. Væ vobis diuitibus qui hīc habetis consolationem

lationem vestrā. Mat. 11. Tu Capharnaum nunquid vsq; ad cœlū exaltaberis? vsque ad infernū descēdes, & sic tu peccator fac in patria tua, i. in pœnitentia. Nam pœnitentia dicitur patria hominis: quia ibi homo reuertetur ad patrem & matrem. Quia pœnitentia nihil aliud est nisi conuersio ad Deum, sicut peccatum est auersio à Deo. Item in patria amici visitantur. Ruth. 1. Cū Noemi venit ad patriam vicinæ mulieres ibant ad eam. Luc. 15. Gaudium est angelis Dei super vno peccatore pœnitentiā agente, &c. Dixi secundo tan gitor pessimorū inculpatio causatiua, dicens, *Vtique diceis mihi hęc similitudinem, Medice cura te ipsum*, i. tuos cōpatriotas, quibus magis teneris impendere beneficium charitatis. Sicut enim medicus verus citius & libentius curat seipsum, & alios ad se pertinentes q̄ extraneos: ita dicebāt & ei, Si vera miracula faceres vtique apud propinquos tuos, & in ciuitate tua potius faceres vbi cōceptus es, s. in Nazareth quàm apud extraneos. Respondit autem Iesus, Amen dico vobis, Nemo propheta acceptus est in patria sua, quasi dicat, Ideo non operor vobiscū miracula quia estis increduli mihi, & non sum acceptus à vobis. Ratio huius rei est superbia, actus inuidia, fructus persecutio & malitia. Aug. lib. 11. super Genesim, Superbia est amor propriæ excellentiæ, & amando quis propriam excellentiā vel paribus inuidet, vel superioribus q̄ eis non æquatur. Sed quia Christus de humilibus parētibus & pauperibus fuit, ergo inuidebāt ei ne super eos cresceret, quando familiaris eis erat, quia familiaritas parit contēptū. Ergo dicitur, Io. 7. Quomodo hic literas scit cū nō didicerit? Sed cū videbant eū miracula facientem vltra facultatem humanā inuidebant ei: quia secundū Aug. Omnis superbus inuidus sicut diabolus. Et quia ipsi videbantur iusti sed fuerūt falsi, ideo vero iusto inuidebāt. Et hoc nō solum in Christo, sed quasi in omnibus prophetis ostenditur, vt in Dauid. 1. Reg. 25. de quo dixit Nabal: Quis est Dauid, & quis est filius Isai? Similiter in Ioseph, qui in propria terra affligitur, & in aliena extollitur. Gen. 38. Similiter in Moyse. Num. 12. Maria & Aaron rixantur contra Moysen, alij autem obediunt ei. Hoc ostenditur per exempla duorum prophetarum, exemplo, s. Helie & Helisæi. De Helia habetur 3. Regum 17. Vnde sequitur, *In veritate dico vobis: multa vidua erant in diebus Helie in Israel quando clausum est cœlum annis tribus & mensibus sex, cū facta esset fames magna in vniuersa terra, & ad*

illa illarum missus est Helias nisi in Sareptam Sidoniorum ad mulierem viduam, quasi dicat secundum glo. Bedæ, Non est contrarium exemplis prophetarum quod civibus meis fastidiosis diuina beneficia vobis subtrahō, quia sicut tempore famis nemo in Iudæa dignus est repertus hospiti Helias, sed extræ gentis vidua est quæsitæ quæ à tanto propheta visitaretur. Et sicut multis leprosis ibidem existentibus solus Naaman Syrus quod deuotè quæsiuit est curat⁹, sic & vos modò qui me ex inuidia spernitis superno munere estis priuati, non causa meæ impotentia sed vestræ inuidia. Nota quod triplex beneficium Helias suis subtraxit. Primo beneficium cœlestis pluuiæ, quod notatur ibi, *Quando clausum est cœlum, &c.* Secundo temporalis alimonie, quod notatur ibi, *Cum facta esset fames, &c.* Tertio corporalis presentia carentia, quod notatur ibi, *Et ad nullam illarum missus est Helias, sicut patet 3. Reg. 17.* Sciendum etiam quod Sarepta est modica vrbs inter Tyrum & Sidonem. Vnde & sylua iuxta urbem illā dicitur Sarepta. Sidonia verò est regio Sidoniorum. Porrò secundum glosam præactū textum exponendo aduertendum quod hoc factum prophete mysticè superbiam Iudæorum, & fidem ac salutem gentium designat. Nam vidua illa præmonstrat ecclesiam gentium quæ diutius à suo creatore deserta remanserat. Hæc filium pauperè nutrebat, filium quia populum rectæ fidei nesciunt, quæ si pauperem filium egenam stipe nutrebat, id est verbo secularis scientiæ absque humilitatis fructu docebat. Bene hæc vidua in Sarepta Sidoniorum fuisse dicitur. Sidonia namque dicitur venatio inutilis, Sarepta autè incendiū vel angustia panis interpretatur. Quibus omnibus gentilitas exprimitur, quæ inutili vexationi dedita erat, id est lucris ac negotiis secularibus inferuiens. Eratque in Sarepta incendiū, videlicet carnalium voluptatum, panisque spiritualis patiebatur angustias. Ad hanc missus est Helias, id est sermo propheticus quæ in Iudæa fame periclitabatur, clausa cœli ianua, id est scripturarum intelligentia cessante ex demerito infidelitatis Iudæorum. Venit ergo sermo propheticus ad ecclesiam ut pasceret & pasceret: ut videlicet receperit à creditibus reficeret corda credentium. Vbi ergo antea panis spiritualis erat in angustia, ibi farina & oleum ore prophético benedicuntur, id est fructus & hilaritas charitatis, vel gratia dñici corporis & vinctio chrisimatis indefectuoso verbi cœlestis munere fecundatur. Et hæc tenus hæc diuina munera apud ecclesiam non deficiunt. Pulchrè igitur

tur hæc mulier factura mysticū panem duo collegit signa vbi non solum vnum lignum nominauit, verum quia duo ligna dixit, per quod reuera figura crucis euidentissimè exprimitur, in qua nobis præparatus est panis vitæ æternæ: hæc omnia glosa. *Et multi leprosi erant in Israel sub Heliseo propheta, & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus.* Vbi nota sicut Helias beneficia suis subtraxit: ita Heliseus extraneis puta Naaman Syro beneficia contulit: quia deuotè quæsiuit, sicut dicitur 4. Reg. 5. His exemplis probatur quod dominus Iudeis beneficia miraculorum subtraxit, & alienigenis exhibuit, non erat contrarium prophetarum exemplis. Et si illi duo magni prophete non erant accepti in patria sua, multo magis nec minores prophete fuerunt in propria accepti. Nota quod notanter dicit sub Heliseo qui rector totius populi fuit propter quod eo moriente dicebat Ioas rex Israel: Pater mi, pater mi, curus Israel & auriga eius. 4. Reg. 13. Per hunc Naaman qui decorus vel pulcherrimus interpretatur populus gentium intelligitur, qui antequam in Christum crederet, scelera lepra erat maculatus: sed credendo per baptismum purgatus est. Hic Naaman puellæ consilio ad prophetam venit: quia gratia supernæ aspirationis populus gentium cepit salutem quæ in Christo est sperare. Et tunc septies iubetur in aqua lauari propter septiformis spiritus gratiam. Et tunc caro eius sicut caro pueri restituitur: quia cuncti in vnam infantiam sunt restituti. Nec illud vacat à mysterio quod partem terræ sanctæ secum tulisse dicitur: quia baptizati corporis & sanguinis domini participatione debent confirmari. Dixi tertio tangitur malefactorum illatio charitatiua, quod iracundiæ probat crudelitas, cum subdit: *Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc audientes,* quia videbatur eos notare de incredulitate: & quia deuotio gentium videbatur deuotioni eorum præferri: ideo non est mirum quod repleti sunt ira: quia non amat pestilens eum qui se corripit: sicut dicitur, Prou. 15. Et Tullius de vera amicitia similiter, & Terentius in Andria: Obsequium amicos, veritas odium parit. Ecce res nobilis, scilicet veritas ignobile, id est odium generat. Sic licet sol vermes procreat: hoc tamen non est ex vitio solis, sed terræ infectæ. O quam mirabilis peruersitas vbi ex verbis gratiæ sumpta est occasio iræ. Vnde Psal. 75. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis, turbati sunt omnes insipientes corde: *Et surrexerunt & elegerunt eum extra ciuitatem.* Gl. quod dominus de eis supra dixerat hoc ipsum de se verum

esse factō ostendunt, quia eiecerunt eū extra ciuitatem, nec salutem merentur qui saluatorē de suis finibus expulerūt. Hęc glosa. Tandē verō eū extra ciuitatē crucifixerūt. Heb. 13. Extra portā passus est. Ecce quō mala pro bonis sibi retribuebant, qui enim populis sanationē effudit, maleficia & irrogatas iniurias sensit. Pl. 34. Retribuebāt mihi mala pro bonis. Exeamus nos charissimi ad Christū extra ciuitatē, ne extra ciuitatē celestē æternaliter proiciamur. *Duxerunt illum vsque ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat edificata, vt precipitarent eū.* Vnde Beda, Peiores Iudæi discipuli magistro diabolo. Ille ait verbo, Mitte te deorsum, isti factō precipitare conantur. Hęc ille. Notatur hic etiā q̄ quidam eiiciunt dominū extra ciuitatem ad precipitandū, sicut ambitiosū q̄ de culmine dignitatis quā appetunt in seipsis precipitant Iesum. Sicut Lucifer qui dixit Isa. 14. In cœlū conscendā & ero similis altissimo. Qui ob hęc rem ē cœlo eiectus est vsq; in profundum lacu infernalis. Alij lapidant Iesum sicut detractores qui signantur per Iudæos. Io. 8. Tulerunt lapides Iudæi vt iacerent in eū. Alij crucifigūt Iesum, sicut obstinati qui in malo perseuerantes. ad Heb. 11. Rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei. Hi omnes dicunt illud Lu. 19. Nolumus hūc regnare super nos. *Ipsē autē transiens per medium illorum ibat.* Per potentiam enim diuinitatis stabat inter eos, vt nō apprehēderetur per eandē potentiā per mediū eorū ibat. Non enim ferebatur armatus, vt hanc diuinitatē intelligentes à cōsilio mortis ei inferendæ animos suos reuocarent. Et vt ad hoc illis locū referuaret pœnitentiæ, ideo etiā noluit precipitari, quia nondū venerat hora passionis eius, s. pasche paschæ, quia propter hoc tempore mortis ierat in Ierusalem & non in Nazareth. Nō enim ipse Christus elegit mori in Nazareth, nec etiā à Nazareth voluit precipitari. Sed à Hierosolymitanis voluit crucifigi. Nota q̄ solent aliqui hodie habere huiusmodi superstitionem, vt cū hoc euangelium legitur, scribunt illud, s. *Iesus autem transiens per medium illorum.* Contra quos dicit Chryl. super Matth. Inspiciens nōne quotidie euangelium in ecclesia legitur & auditur ab hominibus? Cui ergo in auribus posita euangelica verba nihil possunt, quomodo possunt circa colla suspensa saluare? Noli ergo partem euangelij in pera vel in collo portare sed in corde. Hoc enim plus prodest quā si in solis literis in collo portares.

DE

DE EODEM; ENARRATIO XLI.

Multī leprosi erant in Israel sub Heliseo propheta: & nemo illorum mundatus est nisi Naaman Syrus. Luca 4.

Inter cæteros morbos lepra est abominabilior, inter omnes fordidior. Est enim morbus fœtidus, sribundus & cōtagiosus. Inquantū est morbus fœtidus signat luxuriā, inquantum est morbus sribundus, signat peccatū avaritiæ, inquantū est morbus cōtagiosus signat peccatum superbię. Lepra enim inquantū est morbus fœtidus significat peccatum luxuriæ, quæ corā Deo & hominibus fœtet. Ioel 1. Cōputruerunt iumenta in stercore suo. Greg. Iumenta quędam in stercore putrefcere, est carnales homines in stercore luxuriæ vitā finire. Tunc enim luxuriosus est fœtidus quādo est quatrduanus. Io. 11. Dñe iam fœtet, quatrduanus est. Prima enim dies est mala cogitatio & delectatio, & tunc adhuc nō fœtet. Secunda est malus consensus: quę similiter adhuc nō fœtet. Tertia est malum opus: & tunc licet animus sit mortuus, tamē pro vnico actū adhuc nō fœtet. Quarta est mala consuetudo cum impœnitentiā: & tunc animus est mortuus & fœtidus. Ista sunt quatuor scelera Damasci de quibus Amos 1. Super tribus sceleribus Damasci cōuertam: & super quartum non conuertam eum. Vbi dicit Glosa: Primū peccatum est malē cogitare, secundū consentire, tertium opere adimplere, quartum non pœnitere. Et subdit Glosa: Qui in tribus prioribus peccat si pœnitet, conuertit eum Deus ad vultum clementiæ suæ. Si verō nō pœnitet, auertitur ab eo vultus clementiæ suæ. Et quia animus carnalis fœtet in vita per culpam, ideo fœtebit in inferno per pœnam. Qui fœtor causatur à quatuor. Primò à fœtēti loco: quia terra infernalis tota fœtida est: quā omniū immūditarū sentina est, omnes enim immunditiæ post iudiciū ab his rebus separabūtur, & in cloacā infernalē proiciētur. Secūdo causatur à fœtēti cōsortio, dēmones enim qui sunt socij dānatorū sunt valde fœtidi. Vnde Ioel 2. Dicitur primo angelo: Ascēdet fœtor eius, & ascēdet putredo eius. quā superbē egit. Tertio causatur à fœtēti supplicio: quia fœtēti pœna, id est, sulphurea puniētur. Pl. 10. Ignis, sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum. Quarto causatur à fœtenti corpore suo, quia corpora dānatorum fœtida erunt. Isaia 34. De cadaueribus eorum ascendet fœtor. Secūdo lepra est morbus sribundus, & quantū ad hoc signat peccatum avaritiæ. Avarus

R 4

enim adeo sitit q̄ satiari non potest. Nam sicut Prouer. 30. Tria sunt insaturabilia, & quartū quod nunquā dicit sufficit. Infernus, & os vultur, & terra quę nūquā satiatur aqua: ignis verō nunquā dicit sufficit. Infernus enim quauis sit insatiabilis ex eo q̄ quotidie quasi infinitas animas recipit & satiari nō potest: tempus tamē veniet quādo dicit sufficit. Iudicio enim extremo celebrato infernus complebitur, & manu Dei claudetur: & tūc dicit sufficit, nolo plures. Similiter carnis cōcupiscētia licet sit famelica, & satiari nō possit: tamen tempus veniet quando dicit, sufficit. Quando enim homo taliter dissiuefcit ita q̄ calor naturalis in eo penitus deficit, tūc carnalis concupiscētia dicit, sufficit. Similiter terra sitiēs quamuis aquam absorbere desiderat, tēpus tamen veniet quando dicit, sufficit. Ignis autem insatiabilior est inferno, cōcupiscētia & sitiēte terra: non enim dicit, sufficit, quādo est plenus lignis, sicut dicit infernus quādo est plenus damnatis. Nec dicit sufficit per diurnitatem temporis, sicut dicit carnalis concupiscētia, sed si ligna essent perpetua ignis esset perpetuus. Nec dicit, sufficit, prænimia abundantia plurimorū lignorū, imō ex hoc magis augetur. Et ideo merito per ignem auaritia designatur quę est insatiabilior inferno, concupiscētia, & sitiēti terra. Primō igitur auarus est insatiabilior quā infernus, qui postquā plenus est dicit, sufficit. Auarus autē quātō plus possidet, tātō magis est cupidus. Prou. 27. Infernus & perditio nunquā implētur, similiter & oculi hominū insatiabiles sunt. Eccl. 5. Auarus non impletur pecunia. Secūdo auarus est insatiabilior quā carnalis cōcupiscētia quę in homine sene dicit, sufficit. Auaritia autē in homine sene nō senescit sed iuuenescit amplius. Tullius: Auaritia qđ sibi velit nō intelligo. Quid enim absurdius esse pōt quā quo minus restat vię, eō amplius vitiū querere? Tertio auarus insatiabilior est terra sitiēti quę dicit sufficit quādo est magna inūdatio aquarū, & quādo ipsę aquę superabūdātes per diuersa loca discurrūt. Auarus autē si habet magnā abundantiam diuitiarū, nō tñ dicit, sufficit. Et si diuitię suę discurrāt ad terrā longinquā & diuersas nūdinas, nō tamē dicit, sufficit. Sicut igitur ignis nō dicit, sufficit, quando plenus est lignis, sic nec infernus quādo plenus est hominib. damnatis. Et sicut ignis nō dicit, sufficit, quantūcunq; sit diurnus, posito q̄ habet ligna supposita: & sic de carnali cōcupiscētia. Et sicut ignis non

nō dicit sufficit, quādo habet magnam abundantiam lignorū, sicut dicit terra sitiēns quādo habet abundantiam pluuiarum: sic ignis auaritię nō dicit, sufficit in homine diuitiis pleno. Eccl. 23. Anima calida quasi ignis ardēs nō extinguitur donec aliquid deglutiat: & homo nequam in ore carnis suę nō desinet donec incēdat ignem. Tertio lepra est morbus cōtagiosus, inquantū signat superbiam, quę est contagiosa, iuxta illud Eccl. 13. Qui tetigerit picē inquinabitur ab ea: & qui cōmunicauerit superbo induet superbiam. Et affimilatur superbia pici: quia sicut multę adherētis est pix: sic superbia animā obscurat & impedit ne veritas ad eam transeat. Greg. Tumor mētis est obstaculū veritatis. Est etiā tantę adhatentię q̄ aliis vitiis superatis ipsa superari non potest. Nā inter vitia ipsa est prima in accessu, cōtinua in processu, & vltima in recessu. Nō solū autē superbia, sed etiā omne aliud peccatum mortale de se est contagiosum. Sicut enim leprosus generat leprosum corporaliter: sic peccator generat aliū peccatorē spiritualiter. I. Cor. 15. Corrūpunt bonos mores colloquia praua. Quādo sani stant cū sanis in sanitate mutua se cōseruāt. Quādo verō leprosi stāt cū leprosis, isti magis se vitiāt ac corrūpunt, de quo nō modicū cauendū. Quādo verō sani stāt cū leprosis vel ecuerso sani sępe inficiūtur à leprosis: leprosi autem in multis iuuātur à sanis. Ideo non est leprosis standū cum sanis, imō valde nocium est. Sed periculosum est sanis stare cū leprosis, eodē modo quādo boni stant cū bonis mutuo ad bonū se prouocant. Vnus enim alium prouocat ad humilitatē, alius alium ad patientiam, & sic de aliis. Prou. 27. Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuit faciē sui amici. Ps. 18. Dies diei eructat verbum, & nocti indicat scientiā. Bonus enim qui est diues dat alteri diuiti, i. alteri bono homini documentū. Sed ecuerso nox, id est, malus homo dat alteri malo malā doctrinā, & sic peiores efficiūtur. Apoc. 22. Qui nocet nocet adhuc, & qui in sordibus est, sordet adhuc. Quādo verō boni stant cum malis vel econuerso, nō est periculū malis sed vtile, quia sępe meliorantur. Est autem periculū bonis quia sępe vitiantur. Ps. 17. Cum peruerso peruerteris, & c. Prou. 13. Qui cū sapientibus graditur sapiēs erit. Amicus stultorū efficietur similis, ideo nō dixit dominus Babylonicis vt exirent de medio populi sui, sed dixit populo suo vt exirent de medio Babylonis: quia populus dei in multis prodest populo

diaboli. Iere. 51. Egredimini de medio Babylonis populus meus, vt saluet vnusquisq; animā suā ab ira furoris domini. Et ne fortē mollescat cor vestrum, & timeatis auditū qui audietur in terra. Ex quibus verbis habetur q̄ ille qui vitat malas societates quatuor mala vitat. Primò animæ suę perditionē: ideo postquā dixit: Egredimini de medio Babylonis populus meus, Subdit: Vt saluet vnusquisq; animā suā, quia sæpe inter malos boni animas suas perdūt. Secūdò vitat diuinā indignationē quā sæpe incurrūt illi qui inter malos habitāt. Ideo subdit: Ab ira furoris domini. 2. Paral. 19. His qui oderūt dominū amicitia iūgeris & idcirco irā domini merebaris. Tertiò vitat mētis enervationē: quia sæpe boni habitātes cū malis à rigore virtutū mollescūt. Ideo subdit: Ne fortē mollescat cor vestrū. Quartò vitat diabolicā tērationē: quia sæpe diabolus peruerit bonos. Ideo subdit: Ne timeatis auditū qui audietur in terra. Iste auditus est diabolica suggestio, qua sæpe diabolus infestat bonos vt possit eos corrumpere per malos. Itē nota, lepra quatuor modis sanatur. Primò cōfessione. Leu. 14. Hic ritus leprosi erit: quando mūdā dus est adducetur ad sacerdotē. Vnde leprosis dicitur est Luc. 17. Ite & ostēdite vos sacerdotib. Iisd. Cōfessio sanat, cōfessio iustificat, & peccāti veniā donat. Iac. 5. cōfitemini alterutrū peccata vestra, &c. Secūdò sanatur eleemosyna. Luc. 11. Quod superest date eleemosynam, & omnia mūda vobis erunt. Figuratur Leu. 14. Imponens leprosis Moyses offerre sextariū, i. sex opera misericordiæ. Tertiò cōtritione. Figuratur 4. Reg. 5. in Naaman septies lauando se in Iordane. Thre. 2. Educ quasi torrētē lachrymas. Et sic Ps. Lauaboper singulas noctes, &c. Isa. 1. Lauamini, mūdi estote. Quartò oratione, vt patet de decē leprosis. Luc. 17. Leuauerūt vocē suā qui ppria oratione sanati sunt. Similiter aliena. Figuratur Num. 12. Moyses orauit pro sorore eius: & mūdāta est. Quintò dñi passione. Figuratur 4. Reg. 5. In Naamā qui septies se lauit in Iordane, i. in sanguine Christi quē septies fudit. Primò in circūcisione cōtra luxuriā, quē in isto mēbro polluit. Secūdò in sudore cōtra gulā, de qua nascūtur humores. Tertiò in capite cōtra superbiā. Aug. Sub spinoso capite nō de cet hominē esse deliciosum. Quartò in corde cōtra irā. Philosophus 2. de Anima, Ira, accensio est sanguinis circa cor. Quintò in flagellatione cōtra inuidiā. Sextò in perforatione cōtra auaritiā. Ipse enim habebat manus extēsas vt da-

187

ret vniversaliter: apertas vt daret liberaliter: perforatas vt daret totaliter. Septimò in pedū affixione cōtra accidiā. Ps. Intingatur pes tuus s. in sanguine. Ibi nos lauit Apoc. 1. Dillexit & lauit nos in sanguine suo à peccatis nostris. Ber. O bone Iesu, quid retribuā tibi pro omnibus fatigationibus tuis, pro sudoribus & lachrymis tuis, pro variis discursibus quos fecisti in medio nationis prauæ: Et si distribuero omnem substantiā meam in vsus pauperum, & tradidero corpus meum ita vt ardeam: non ero condignus prouidentia tuæ. Accipiam tamen calicem passionis temporalis vt reclinet oculos meos ad lachrymas tuas.

FERIA III. ENARRATIO XLII.

Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum ego sum. Matthai 18.

EXistens in angustiis & tribulationib. solet hoc cōqueri amicis suis fidelissimis quęres iuuamen & consolationem ab eis. Eccl. 6. Si possides amicū, in tentatione posside illum. Nam amicus fidelis protectio fortis. Itē amicus fidelis medicamentū vitæ & immortalitatis. Spiritualiter, & sic nos ad Christū. Et hoc facit ecclesia in introitu: Ego clamaui ad te domine quoniā exaudisti me: inclina aurem tuam ad precem meam & exaudi verba mea: custodi me vt pupillam oculi, sub vmbra alarū tuarū protege me. Et in collecta: Exaudi nos omnipotens & misericors Deus, & continentia salutaris nobis propitius dona cōcede. Et q̄ hoc debemus facere figuratum est in epistola hodierna quę scribitur 4. Reg. 4. Mulier quædā in tribulatione existens cui vir mortuus fuerat, & creditor venit volens tollere ambos filios. Ipsa conquirebatur Helisæo prophetæ qui multiplicauit modicū olei & impleuit omnia vasa & sic fecit vēdere oleū & soluere creditori. Spiritualiter vidua in tribulatione existēs est cōsciētia in peccato. Aug. Peccatū est sibi ipsi pœna. Et principaliter creditor, i. diabolus si velit tollere ambos filios, i. corpus & animā vade ad Helisæū, i. Christū qui interpretatur salutare Dei mei: & ipse omnia vasa, i. cor, & animā, & cōsciētia, & intellectu implebit oleo dilectionis, & hoc oleū vende, i. impartire, s. deo, tibi, & proximo, & solve creditori & reliquū sit tibi. Et sicut Helisæus audivit viduā: sic & Christus nos, vt patet in verbis premissis: *Vbi duo vel tres, &c.* In summa euangelij tria innuntur. Primò fraterna correctio, cum dicitur: *Corripe inter te & ipsos*

ipsum, &c. Secundo Dei benigna exauditio, ibi: *Si duo esse vobis consenserint*. Tertio innuitur beneuola remissio, ibi: *septuagies septies*. De primo dicitur, In illo tempore, scilicet cum ait quod voluntas patris non est, ut pereat unusquisque de pusillis istis: quia maius gaudium oritur de oue inuenta quam errauit, quam super nonagintanouem quam non errauerunt. Ergo peccatores non sunt contemnendi, sed pie corrigendi. Vnde dicit: *Si peccauerit in te, i. contra te iniuriis afficiendo vel malum exemplum tibi prebendo, vel in te, i. in te solo sciente: frater tuus, i. proximus, scilicet fraterno amore: uade, i. non per scriptum ut dicit Hier. sed uia uocis actu: corripe eum*, non laudes adulando. Psal. 9. Quoniam peccator laudatur in desiderii animae suae: *Corripe non sileas*. Glo. Qui fratrem suum peccare videt & tacet, ita peccat sicut qui poenitenti non indulget. Dubitatur an illud preceptum corrigendi fratrem peccantem spectet ad omnes. Respondetur quod sic, & hoc ex debito charitatis: plus tamen ad hoc ligantur prelati quam alij, quia prelati ex zelo charitatis & officio prelationis, alij ex zelo charitatis tantum. Item prelati habent corripere verbo & facto, id est flagello, alij tantum verbo. Nota, S. Tho. 2. 2. q. 33. dicit: Est preceptum affirmatiuum non obligans ad semper, sed pro loco & tempore. Dubitatur an semper ligat. Respondetur quod sic, sed non ad semper exequendum, sed pro loco & tempore quando licet & expedit, & homo credit quod sit utilis. Sunt tamen aliqui casus in quibus absoluitur homo ab isto precepto. Primus cum non sit aliqua spes meliorationis. Hier. Frustra niti & nihil aliud quam odium querere extremam demeritum est. Ideo Pro. 9. Noli arguere derisorem, ne oderit te. Secundum, cum timeretur defectus probationis & eriminaliter agitur, & ubi actor obligatur ad talionem si in probatione deficiat. Tertium, cum prelato tanquam iudici notum est factum, quia ille notorius est, & conuictus. Quartum, cum meliori vel ad minus aequo bono operi vacat, ut si sit monachus. Quintum, cum multitudo, vel potestas est in culpa ubi correptio plus noceret ecclesiae quam prodesset, ergo non valet semper ad exequendum. Nota modum corrigendi & ordinem. Nam tres modos ponit Aug. super illud Matt. 7. Hypocrita eiiice primò trabem. Primò, volens alium corrigere debet hoc facere ex amore, quia hoc facit dominus: Apoc. 3. Ego quos amo arguo & castigo. Sed heu aliqui ex rancore corrigunt, & talis non videtur correctio, sed persecutio. Isa. 11. Egre-

dictur

dicitur virga, id est correctio de radice Iesse, id est de incendio amoris. Secundò, debet considerare si eis similis in eodem delicto vel aequali vel maiori, & maxime si est notorium, tunc non debet eum corrigere: sed ipsum prius corrigat, aliàs diceretur ei illud Luc. 6. Hypocrita primò eiiice trabem de oculo tuo, & tunc prospicies ut educas festucam de oculo fratris tui. & Rom. 2. Qui ergo alium doces te ipsum non doces, qui praedicas non furadum furaris, qui dicis non merchandum mercharis, qui abominaris idola, sacrilegium facis, qui in lege gloriaris per prauaricationem legis Deum inhonoras. In quo alterum iudicas te ipsum condemnas. Greg. Durum est quod qui nescit tenere moderamina vitae suae, iudex sit vitae alienae. Prou. 18. Iustus primo accusator sui est. Greg. Imperitus est medicus qui aliorum curam gerit, suumque vulnus nescit. Aug. Iudex in nullo illorum fit iudicandus, quae in alio iudicare est paratus. Si autem non est ei similis, debet videre si aliquando fuit ei similis. & tunc sicut nolebat despici, sed volebat compassionem sibi impendi: & sic nec ipse fratrem poenitentem despiciat, sed compassionem & misericordiam exhibere studeat. Eccl. 8. Ne despicias hominem auertentem se a peccato, & ne improperes ei. Memento quoniam omnes in correctione sumus. Eccl. 31. Intellige quae sunt proximi tui ex teipso. Greg. Dominus Petrum permisit cadere ut in sua culpa disceret quibus misereri deberet. Si autem non est, nec fuit ei similis: tunc debet cogitare quia posset fieri ei similis, ideo ratione talis dubij non debet superbire. 1. Cor. 10. Qui se existimat stare videat ne cadat. Aug. Nemo est qui securus esse possit in hac vita quae tota tentatio nominatur. Iob 7. Militia est vita hominis super terram: & sicut dies mercenarij dies eius: ergo cum modestia facienda est correctio. Apost. ad Gal. 6. Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Ergo illi qui zelum habent non scientiam norantur esse sine capite: quia omnia vindicare volunt iuxta excessum. Vnde Aug. Si omnia hic vindicarentur, tunc locum diuina iudicia non haberent, dicentes: Talis deponatur, crucifigatur, expellatur, ignorantes quod in omni medicamine saluberrimum est sapientia. Sap. 9. Per sapientiam omnes sanati sunt quicumque tibi placuerunt domine ab initio. Greg. Si autem nec est similis nec fuit & de Dei bonitate confidat quod nunquam similis ei erit: tunc debet videre si iste qui sic est repreh-

prehensibilis an in aliquo sit cōmendabilis. Si enim iste qui habet tor defectus, aliquos habet profectus, tūc ratione illorū bonorū debet supportare quæ min⁹ habet. Vnde Apoc. 2. Ioānes volēs reprehēdere episcopū in Epheso primo ponit vitiū, dicēs: Habeo aduersum te pauca: quia charitatem primā reliquisti. Sed subiūgit quoddā bonū, quia odisti facta Nicolaitarū quæ & ego odi. Nicolaita enim dixerūt quod cubitus simplex nō esset peccatū. Similiter de episcopo Sardis primo dicit vitiū: Nō inuenio opera tua plena corā deo meo. Et subdit: Habes pauca nomina qui nō coinquinauerūt vestimēta sua: sed ambulabūt mecū in albis quia digni sunt. Apoc. 3. nobis in exēplū. Vnde Greg. Dato tamē quod aliquis videatur omnino mal⁹, tūc debes cogitare, quia iste in cōspectu Dei tibi fortē est prapōnendus. Exēplū sume de Stephano & Paulo. Cū Stephanus lapidaretur Paulo iuuantē, Paulus videbatur mal⁹: tamē in cōspectu Dei Stephano meritō prapōnendus. Itē de ordine correctionis. Respondetur peccatū fratris aut est tibi soli agnitū, aut aliis paucis, aut publicū. Si tibi soli: tūc corripere eū inter te & ipsum solum, i. secretē propter cōseruationē bonæ famæ: quia aliās amissa fama efficeretur homo inuerecundus, & per consequens nūquā à peccato retraheretur. Nota, S. Tho. secundā secundæ, q. 33. dicit: Si peccatū occultū vergeret in detrimētū cōmunitatis, vt quis vellet p̄dere ciuitatē hostibus, vel hæresim seminare, statim procedendū esset in denūtiationē: nisi fortē firmiter sciret hoc auertere p̄ secretā correctionē. Si autē vergit in dānū peccatoris tātū: tūc secretē debet fieri correctio, & debet pluries fieri interim, quod est spes meliorationis. *Si te audierit.* i. p̄nitēdo & à peccato cessando, *lucratu* *is animā fratris tui.* i. eius reuocatio cedit tibi in lucrū spirituale, i. salutis animæ. *Si te non audierit.* i. secretā correctionē nō aduertit: *adhibe tecū vnū vel duos.* i. cōuincas eū testibus. 1. Tim. 5. Peccātes corā omnibus argue vt & cæteri metū habeāt. Idē. Dū vnus corrigitur, alij emēdātur. Et illi corā quibus debet fieri correctio, secundū Aug. debēt esse tales qui volūt prodesse & nō obesse: *quia in ore duorū vel triū stat omne verbum.* Sed diceres, tamē dicitur Deut. 19. Nō stabit vnus testis cōtra aliquē. Respondetur, hoc est verū per modū accusationis, sed per modū denūtiationis sufficit vnus. *Si non audierit eos,* i. tecū corrigentes: *dic ecclesie.* i. corā prælato testibus eum conuincendo. Aug. dicit, prælato primo vt est singularis persona

persona: si non emendatur tunc vt iudici hoc est verum in grauib⁹ peccatis: quia leuia non derogant famæ: *Vel dic ecclesie,* id est excommunicatum. *Si ecclesiam non audierit,* id est si per iurgationem prælati vel ecclesie se non emendauerit: *fit tibi sicut ethnicus,* id est gentilis: Ethnos enim Græce, gēs est Latine: *Et publicanus.* Publicanus em̄ dicitur qui lucra seculi sectatur per fraudē & furta & periuria. Vel qui publicorum est exactor vestigaliū, & cū talibus Iudæi non cōmunicabant: Hic dominus Deus Iesus Christus dedit prælatis sententiam & iurisdictionem excommunicationis. Et nobis ostendit quomodo excommunicatis nō debemus participare. Primo in salutatione. 2. Io. 1. Si quis venit ad vos & hanc doctrinā nō affert: nolite eū recipere in domū, nec aue dicetis ei. Qui enim dicit illi aue, cōmunicat operibus eius malignis. Secūdo nō in oratione publica. 1. Io. 5. Est peccatū ad mortē, nō dico p̄ illo vt roget quis. Tertio in comestione. 1. Cor. 5. Si is qui frater nominatur inter vos est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiēs, aut maledicus, aut ebrius, aut rapax, cū huiusmodi nec cibum sumere. O quā graue factū est excommunicatio, & ergo timēda est. Primo, quia lepra spiritualis, quia inficit alios. Figuratur per lepram Mariæ. Num. 12. quia coinquinat alios. Aug. dicit quod apostolus eā denominationē voluit intelligere supra factā cū ordine iuris. Secūdo timēda est: quia ille qui excommunicatur est mēbrū abscissum à corpore, i. Christi, cuius spiritus nō vegetatur sicut ramus in trunco & arefcit. Io. 15. Sicut palmes nō potest ferre fructū à semetipso nisi māserit in vite: sic & vos nisi in me manseritis. Tertio, sathanæ traditur. Aug. Omnis excommunicatus à sacerdote, sathanæ traditur: vt habetur 11. q. 3. ca. Absit. Item periculosus quod cum Iudæo vel Gētili: quia ille veritatis viā non cognouit, sicut excommunicatus. 2. Pet. 2. Melius est viā veritatis nō agnoscere: quā post agnitionē retrorsum conuerti. Nota cū Paganis comedere licet: sed nō cū excommunicato: vt patet 11. q. 3. c. Ad mensam. Vnde 1. Cor. 10. Si quis infidelium vocauerit vos ad carnā & vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate. Dicitur ibidem in prællegato loco, i. 11. q. 3. ca. euidēter. quod cōmunionem Paganorū non cogimur vitare qui in sententia notati non sunt, & hoc ideo vt eos lucrifaciamus. Ideo ibidem 11. q. 3. c. cū ergo, dicitur: Cū per sententiam quis nominatus fuerit: cum eo cōmunicare nō debemus.

hemus. Ibidem antea cum dicitur: Cū excommunicato nec orare, nec loqui, nec vesci licet. Glosa, contumaciter. Ideo excommunicatio & sententia facienda est: vt habetur 11. q. 3. c. Sententia pastoris ubi dicitur: quod sententia pastoris siue iusta siue iniusta timenda est: & non ex superbia contēnda est. Sed dices, Ah quomodo sacerdos habet me tradere diabolo? Dicendū quod dominus ita confirmavit eorū iurisdictionē, dicēdo: *Amen dico vobis*, quod est iuramentū Christi. Ad Heb. 6. Nā omnes per maiorem sui iurāt: & non fuit maior eo, quia per se veritas. *Quodcumque ligaueritis*, s. catena anathematis. Dicit notanter ligaueritis in plurali: & prius Mat. 16. dixit in singulari: *Quodcumque ligaueris*, ad designandū quod eandē auctoritatē quā cōmisit Petro, cōmisit suis sequacibus. Tūc subdit: *Super terram*. i. in ecclesia militante: *Erii ligatum* & *in celo*. Et talis sententia confirmabitur diuino iudicio. Notanter dicit in terris, in celo sunt omnes soluti: quia dicitur Apoca. 21. Nihil coinquinatū intrabit in cœlū. In inferno sunt ligati: iuxta illud Mat. 22. Ligatis manibus & pedibus mittite eū in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentium. Ligatis manibus. i. potētia operatiua: quia nō possunt mereri. Et pedibus. i. potentia affectiua & potētia intellectiua: proiicite in tenebras exteriores, &c. Vbi Deū non vidēt, quia ibi sunt extra ambitū diuinæ misericordiz. De qua Aug. Si scirem patrem meū in inferno, &c. Sed in terris potest fieri solutio: hic omnes possunt ligari peccato veniali. 1. Ioan. 1. Si dixerimus quoniā peccatū non habemus, ipsi nos seducimus & veritas in nobis nō est: peccatū scilicet veniale. Rom. 3. Omnes peccauerunt & egent gratia Dei. Ergo Apostolus 1. Cor. 4. Nihil enim mihi conscius sum. i. nullum scio mortale, sed in hoc non iustificatus sum, s. à veniali. Aliqui sunt ligati peccato mortali: & illud est graue ligamen. Figuratur Iudicū. 13. Samson fuit ligatus duobus funibus nouis à Dalida. Spiritualiter, Samson interpretatur sol fortis, & signat peccatōrē in mortali peccato existentem: talis enim ligatur cum duobus funibus, nexibus, s. culpæ & pœnz. Sciendū tamen: peccator quatuor incurrit per peccatum mortale. Primo cœlū clauditur, secundo infernus aperitur, tertio intra se per culpam insufficientem perdit gratiam, quarto extra se amittit ecclesiz meritum. Sed ab his habet sacerdos absoluere. Primo aperit cœlum. Ideo dicitur Matth. 15. Tibi dabo clauēs re

gni

gni cœlorū. Et Apoc. 11. Hi habēt potestātē claudendi cœlū. Nā linguæ eorum clauēs cœli factæ sunt. Secundo sacerdos claudit infernū. Mat. 16. Portæ inferni nō praualebunt aduersus eā. Tertio remittit culpā ideo ter dedit eis Iesus potestātē remittēdi culpā. Primō dedit Mat. 16. *Quodcumque ligaueritis*, &c. Secundo Mat. 18. vt hic in textu. Tertio Ioan. 20. *Accipite spiritum*. quorū remiseritis, &c. Ad designandū quod cōmissa tribus modis, cogitatione, locutione, & operatione, habet sacerdos indulgere. Quarto sacerdos restituit cōmunioni ecclesiz: vt apost. 2. Cor. 2. *Quod ego donaui propter vos in persona Christi*, &c. Et illam communionem petit Psalm. *Participem me fac Deus*, &c.

Dixi secundo innuitur benigna dei exauditio ibi, *Iterum dico vobis*, s. fidelibus. *Si duo ex vobis consenserint super terrā de omni re quamcumque petierint, fiet illis*, hoc est contra illos qui communem orationē spernunt. Nam ubi plura lumina lucent, ibi maior splendor, ubi multa materia ignis, ibi intensior calor. Hier. Impossibile est multorū preces nō exaudiri. Nam Petrus liberatus est cōmuni oratione. Act. 12. Oratio fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo. Paulus ad Rom. 15. *Adiuuetis me in orationibus vestris*, & oretis pro me ad dñm. Gl. Apostolus petit pro se orare, quia multi minimi dum congregantur vnanimis, fiunt magni, &c. Ecce ad petitionē alicuius rei impetrandæ requiritur cōsensus. Et primo consensus in amore. Ps. 54. In domo dei ambulauimus cum consensu. Iste consensus est laudabilis. Ps. Ecce quod bonum, &c. Item requiritur consensus in vocibus ad laudandum. Dan. 3. Hi tres quasi ex vno ore laudabant dñm. *Et dicit super terram*, ubi est locus merendi vel demerendi. *de omni re quamcumque petierint*, s. ad salutē. Pro. 1. Stulti ea quæ sibi sunt noxia petunt, tales non exaudiuntur. Ideo subdit: *Fiet vobis à patre meo qui in cœlis est*, i. tales exaudiuntur. Attamē multipliciter. Aliquando ad voluntatē & non vtilitatem, vt dæmonem tentare. Iob 1. cap. similiter & dæmones petentes intrare porcos. Mat. 8. Aliquando ad vtilitatem non ad voluntatem, & sic non exaudiuit Paulum qui ter rogauit dominum vt auferret ab eo stimulum carnis 2. ad Cor. 12. sed ait: Sufficit tibi gratia mea, s. ad vtilitatem. Nam virtus in infirmitate perficitur. Aliquando ad voluntatem & vtilitatem, & sic apostoli. Act. 1. Erant perseverantes in oratione vnanimiter orantes, i. pro spiritu sancto, & misit eum. Item

Quadrag. Thef.

S

ne quis diceret fiet à patre & non ab eo, includit se, dicens, *Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, non pro augendis diuitiis vt cupidi, non in cubilibus vt lasciuu, non in vltione vt iracundi: sed in nomine meo.* Rabanus, In nomine domini congregati sunt qui ipsius gloriam æmulantur. *In medio eorum sum.* Rabanus, Amat medium, quia mediator dei & hominum. In natiuitate, Abac. 3. In medio duū animalium cognosceris. In vita, in medio doctorum. Lucæ 3. In morte medius pependit in cruce. Io. 19. In medio extremi iudicii separabit agnos ab hœdis, sic enim erit in medio, quia agni à dexteris & hœdi à sinistris. Mat. 25. ad designandum quod dicitur 1. Ioann. 2. Si quis peccauerit, habemus aduocatum apud deum patrem Iesum Christum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi. Ber. O peccator securum habes accessum ad deum, &c. Dixi tertio innuitur Petri interrogatio & beneuola iniuria remissio cum subdit, *Tunc accedens ad eum Petrus ait, Quoties peccabit in me frater meus, & dimittā ei vsque septies.* quia audiuit quod deus esset pronus ad remittendum & exaudiendum, cogitauit se velle etiam in hoc facere similem. Sed cum subdit septies dimitti, dubitatur vnde Petrus recepit hunc numerum dimissionis, & non dixit octies vel sepius. Respondetur forte ex illo, quod Glosa dicit super Gen. 4. Septies datur punitio de Cain, ergo econtrario si septies puniendus, septies dimittendus. Vel forte ex illo Prou. 24. Septies in die cadit iustus & resurget. Vel propter septem peccata mortalia. Chrylost. Aestimabat Petrus se magnum numerum dixisse. Respondit Christus de ore misericordie. *Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies.* Iste numerus dupliciter potest coniungi vel per multiplicationem, sicut vult Hieronymus, vel per aggregationem, sicut vult Augustinus, secundum Hieronymum, iste numerus multiplicat seipsum, ita vt vnum aduerbium ducatur per aliud, scilicet quod septuagies septies accipiarur pro septies septuaginta, vel septuagies septem, id est quadringentis nonaginta vicibus, quasi dicat: Toties dimittas in die, quoties homo peccare potest vel vix peccare potest. Sed Augustinus. intelligit hunc numerum per simplicem aggregationem, sic dicens, *Audeo dicere & si septuagies septies peccauerit, ignoscas: & centies omnino quoties peccauerit ignosce.* Si enim Christus decem milia peccatorum inuenit, & cum hoc omnia dona

donauit, sic & nos non debemus subducere misericordiam. Ideo Aug. Non tamen sine causa dominus hunc numerum posuit septuagies septies, sed quia per septem dies vniuersitas temporum numeratur, sic vniuersitas transgressionum per eundem numerum etiam figuratur. Sed heu sunt aliqui dicentes, non possum ei dimittere, quia multoties commouit me. Audi dictum Christi in textu: *Non dico tibi septies, sed septuagies septies.* Audi & eius factum. Luc. 23. Pater dimitte illis. &c. Audi beatū Stephanum dicentem Actuum 7. Domine ne statuas illis hoc peccatum. Respice quid oras, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, &c. Et Mat. 18. Si non dimiseritis vnusquisque fratri suo ex cordibus vestris, nec pater meus dimittet vobis peccata vestra. Nam dicitur Luc. 6. Eadem mensura qua mensi fueritis remetietur & vobis. Isidorus, Sicut nullum proficit medicamentum telo existente in liuore, sic nec oratio in rancore. Ideo Eccl. 28. Relinque proximo tuo nocētī te: & tibi deprecanti dabitur venia.

FERIA IIII. ENARRATIO XLIII.

Quare vos transgredimini mandata Dei. Mat. 19.

Quilibet princeps in suo districtu potest constituere traditiones secundum suum beneplacitum & conditionem. Si bonus constituit bona: si malus mala constituit. Et quilibet sub eo existens debet eisdem constitutionibus obedire, alias transgressor probatur. Spiritualiter. Et sic rex regum, & princeps omnium instituit traditiones, id est mandata quibus omnes debemus obedire sub pœna exclusionis. Deut. 28. Qui non seruaerit mandata mea, venient super eum omnes maledictiones istæ & apprehendent eū, &c. Si autem excessimus, tunc misericordiam petere debemus, sicut facit ecclesia in hodierno introitu cum dicit, Ego autem in dño speraui, exultabo & letabor in tua misericordia, &c. Quæ autem sunt dei mandata docet opistola Exo. 20. Honora patrem & matrem. Et extirpat malas plantationes cum dicit, Non occides, non mœchaberis, non falsum testimonium dices. Nō concupisces rem proximi tui, s. vxorē, ancillā, &c. Qui autem transgreditur reprobus efficitur. Et sic arguuntur Iudei in presenti euangelio. *Quare transgredimini mandata dei, &c.* Aliud thema. Medicus iubet aliqua facere, & aliqua prohibet infirmo. Spiritualiter, sic & Christus teste Augustino. Scit cœlestis medicus quid daturus & quid subtractu-

rus sit. Et ideo ponit quid facere debemus, s. honorare parentes. Et quid dimittere cum dicit, Non furari, non falsum testimonium dicere. Item ubi maius periculum, ibi citius & frequentius adhibendum est remedium, sicut medicus quando videt in infirmo morbum conualescentem & naturam deficientem, potius subuenit naturam quam morbo. Quia maius periculum est si natura deficiat quam si morbus conualescat, quia nunquam posset morbum expellere sine auxilio & vigore naturae. Spiritualmente, sic & medicus caelestis & magister veritatis Christus maiores Iudaeorum, ut scribas & pharisaeos frequenter corripuit, quia vitia maiorum sunt periculiosiora quam minorum, quia non solum eis, sed aliis sunt ruinae causa & scandali. Greg. Dum pastor per abrupta graditur, necesse est ut grex ad precipitium sequatur. Nam ubi mala radix, ibi mali fructus. Et sic ubi mali praelati, efficiuntur mali subditi, sicut hortulanus bonas arbores transplantat & malas eradicat, sic & Christus deus, ut patet in Saul & Dauid. Saul eradicauit, sed ipsum Dauid plantauit. Dauid enim custodiuit dei praeccepta & sperauit in domino iuxta hodiernum introitum: Ego autem in misericordia tua speraui. Et sic petit ecclesia in collecta, Praesta quae sumus omnipotens deus, ut salutaribus ieiuniis eruditi, a noxiis quoque vitis abstinentes propitiationem tuam facilius impetremus. Sed quae sunt mandata dicitur in epistola, Honora patrem & matrem, &c. Et hoc non fecerunt maiores Iudaeorum, ergo dicitur eis, Quare vos transgredimini mandata dei? In sum. euang. duo innuuntur. Primo Christus arguit Iudaeos de parentum dehonoratione, ibi, *Quare transgredimini mandata, scilicet illud, Honora patrem & matrem.* Secundo corrigit eos de simulata aequitate, ibi, *hypocrite.* De primo dicit, In illo tempore post curationem multorum infirmorum: scribae inuidetes. Aug. Inuidia delectatur in malo alieno & cruciatur in bono. Et sic pharisaei accesserunt ad Iesum, dicentes: *Quare discipuli transgrediuntur traditiones seniorum?* Nota, aliter arguit hypocrita furiosus, aliter amicus amarus. Nam hypocrita primo arguit ad honorem sui. Nam sicut audis laudis propriae nihil facit, nihilque operatur & loquitur nisi unde capiat laudem alienam, ideo alios confundit, ut solus videatur habere spiritum Dei. Gregor. Cunctis apud se superbis inest clamor in locutione, amaritudo in silentio, rancor & odium in reprehensione. Bern. Hypocrite volunt esse sine autoritate iudices, sine visu testes, postremo falsi accusatores, humiles sine despectu,

tu, pauperes sine defectu. Iob 13. Non veniet in conspectu Dei omnis hypocrita. Secundo corrigit hypocrita ad confessionem proximi. Ratio, ut alios humiliet, & seipsum exaltet, alios maculet, & seipsum pulcrificet. Alium dicit peccatorem & seipsum innocentem, quod figuratur in pharisaeo, Lu. 18 qui dixit: Gratias ago tibi domine, quia non sum sicut ceteri hominum raptores, iniusti, adulteri, ieiuno bis, &c. Sed tales non sunt correctores, sed publici proditores. Aug. in homi. Hypocrita tria facit quando corrigit. Primo scandalizat homines, secundo fraternam diuidit unitatem, tertio perturbat pacem & proximum non emendat, sed peierat. Vel sic, In sum. euang. tria innuuntur. Primo scribarum interrogatio, ibi, *Tunc accesserunt, &c.* Secundo Christi responsio, ibi, *Quare vos transgredimini.* Tertio eorum exprobratio, ibi, *Hypocrite bene propheta ait de vobis Isaias.* De primo dicitur, In illo tempore, s. post curationem multorum infirmorum, signanter per tactum simbrizae. *Tunc accesserunt ad eum scribae & pharisaei.* Glosa, non propter informari sed diffamari. Non ut docuit Psal. 33. Accedite ad eum & illuminamini. Ab Hierosolymis licet pharisaei dispersi erant per omnes tribus, ut dicit Chrys. tamen qui in Metropoli erant, fuerunt peiores aliis, dicentes: *Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum?* Hieron. Mira scribarum stultitia, Dei filium arguunt, quare hominum traditiones non teneat. Chrys. Non dixerunt quare transgrediuntur legem Moysi. Nam tempore Moysi constituti sunt septuaginta seniores, ut legitur Num. 11. ad quos fiebat recursus in ambiguis & difficultatibus. Et isti multa bona instituerunt, quae non includebantur in lege Moysi, non attendentes quod dixit Moyses Deuter. 13. Non adicietur verbo quod propono vobis nec auferetur. De talibus autem erat illud statutum quod accedentes ad mensam prius lauerent manus. Ideo subditur: *Non lauant manus cum panem manducant.* Et hoc receperunt ex Isa. 1. Lauamini & mundi estote. Beda, Haec verba prophetarum carnaliter acceperunt, quae illi de cordis & operis castigatione praecipiebant, cum tamen dicit Hier. Manus, id est opera lauanda sunt. Dixi secundo tangitur Christi responsio: *Ipse respondens ait, Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?* Chrys. Christus non excusauit discipulos, sed confestim reaccusauit, demonstrans, quoniam cum qui magis peccat de paruis peccatis aliorum sollicitus esse non oportet, quasi diceret secundum Hieron. Cum vos

vos propter hominum traditionem mandata dei contempnitis & negligitis, quare discipulos meos arguendos creditis qui seniorum iussa paruipendunt, vt mandata dei custodiant? Lucæ 6. cap. Hypocrita accipe trabem de oculo tuo & tunc perspicies vt educaas festucã de oculo fratris tui. Vnde Eccles. 34. c. Ab immundo quis mundabitur? Et Greg. Oportet prius mundari & post hoc mundare, prius sapienter heri, post hoc sapientes facere. *Nã deus dixit, Exo. 20. c. Et uera patrem tuum & matrem tuã.* Præceperat ergo deus vel imbecillitates vel ætates vel penurias parentum considerans, vt filij eos honorarent etiã in vitã necessariis præstandis. Voluit autem secundum Chrysostrum monstrare qd parentes essent valde honorandi. Et propter hoc adiunxit & præmiũ & pœnã. Sed dñs hic præmiũ prætermittens quod honorantibus promittitur, s. longæuũ esse super terram, ponit quod terribilius est, s. pœnam vt ipsos stupefaceret & alios attraheret. Vnde dicitur, *Et quicumque maledixerit patri vel matri, morte morietur.* Leuit. 20. In quibus verbis demonstrat eos morte esse dignos. Si enim qui verbo dehonoraat parentes morte punitur, multò magis vos qui etiam opere. Et non solum dehonoraatis, sed & alios docetis. Vos ergo qui nec viuere debetis, cur discipulos inculcatis? Quod autem mandatum dei transgrediebantur manifestat, cum subdit, *Vos autẽ dicitis, Quicumque dixerit patri vel matri, munus quodcumque est ex me tibi proderit, & non honorificabit patrem suum & matrem suam, & irritum fecistis mandatum dei, propter traditionem vestram.* Quod exponit Hieron. dicens, Promissam enim prouidentissimam dei legem volentes scribæ & pharisæi subuertere, vt impietatem sub nomine pietatis inducerent, docuerunt pessimos filios suos, vt si quis ea quæ parentibus offerenda sunt, deo vouere voluerit, qui verus est pater oblatio domini præponatur parentum muneribus, vt sit sensus secundum glosam, Quod ego offero, & tibi & mihi proderit, & ideo non debes sumere, scilicet res meas in tuos vsus, sed pati vt deo offeram, paupertas enim tua tibi proderit. Sic ergo docuerant sacerdotes in hypocrisi, vt filius non dando patri necessitatem, offerat eis secundum eorum traditionem per quam annihilatur hoc mandatum, Honora patrem & matrem, &c. Vel certè, vt dicit Hieronymus, ipsi parentes quasi deo consecrata deuitabant, ne sacrilegij crimen incurrerent, cum egestate tamen premeretur. Atq; ita fiebat vt oblatio filio

filiorũ sub oblatione templi & Dei, in lucra cederet sacerdotũ: vt sit sensus secundũ gl. Quicumq; i. quisq; vestrum dixerit, i. dicere poterit, vel dicet patri vel matri: O pater munus quod Deo ex me supple est iam votũ & promissum tibi proderit adiuuando, quasi diceret. Non debes sumere ne sis reus sacrilegij. Probat autẽ Christus eorũ malitiã præuisam esse à propheta. Ideo subdit: *hypocrita bene prophetauit Isaias de vobis dicens. Populus hic me labijs honorat, cor autem eorum longe est à me.* Hypocrita secundum Remigium dicitur simulator, qui aliud opere simulat, & aliud corde gestat. Aug. Si quis ea de causa operetur vt proprium vel terrenũ commodũ adipiscatur, non erit cor mundũ in eo. Nam de puro argento sordidatur aurum. Isti ergo bene hypocritæ dicuntur, qui sub nomine Dei bona lucra sibi cumulare cupiunt. Quicumq; ergo ideo Deo seruit vt lucretur, & nõ cõstituit Deũ finẽ sui amoris: si aliud præter eum vel contra eũ amat, vt dicit Remigius, hypocrita est, & est similis malitiis Iudæorum, qui in dolo pugnaverunt cõtra euangelium. Et ideo in persona domini dicit Isaias de eis: *Populus hic labijs me honorat. Iudæorũ namq; populus labijs & ore Deo appropinquabat, quare & honorare eum videbatur: quia vnus Dei cultum se habere gloriabunt: sed corde longe à deo recessit: quia visis signis atq; miraculis, nec diuinitatẽ eius cognoscere, nec eum suscipere voluerunt. Sine causa, i. sine mercede futura, colunt mendentes doctrinas & mandata hominum.* Non enim habebãt mercedem cum veris cultoribus docentes doctrinas & mandata hominũ contemptis diuinis præceptis. Christus igitur secundũ agnitam accusationẽ pharisæorũ à testimonio prophetæ, & illis non emendatis iam eis non loquitur sed turbis. Vnde dixit eis: *Audite & intelligite.* Attẽdite quod Christus cõuocans populum de sacerdotibus loquitur: quod est cõtra illos qui dicũt non debere predicare corã populo de eis. Bene etiã populus deuictis inimicis instruitur postquã potestas diaboli superatur, tunc enim potestas dara diuinitus exercetur: vt Mat. 21. dicit, qd postquã vendentes & ementes dominus eiecit de templo: tunc cæcos illuminauit & claudos sanauit. Quid ergo doceat audiamus. *Non quod intrat in os coinquinat hominẽ, sed quod procedit de hoc coinquinat hominẽ.* Huic scripturæ cõsonat apostolus, Ro. 13. Omnia sunt munda, s. creata, & omnis creatura dei bona est: sed malũ est homini, qui per offendiculũ mãducat. Quod autẽ in veteri testamẽto quædã

animalia comedi prohibebatur & dicebatur immunda, hoc debet sic intelligi secundum Aug. contra Faustum quod quo ad naturam erant munda, sed quo ad figuram & significationem dicebatur immunda: quia immundus actus per ea significatur: ideo non licebat ea manducare. Sic ergo ex creatione & indigentia carnes comedere & vinum bibere & alia quæcunq; non est peccatum: sed contra obedientiam vel contra proprium votum sine dispensatione comedere peccatum est. Vt Hier. Cibi & omnis creatura Dei per se munda sunt: sed idolorum & demonum inuocatio ea facit immunda. Nota secundum Remigium qui hoc loquitur ex apostolo aliqua requiruntur, ut cibus non noceat comedenti. Primo ut sanctificetur cibus per verbum Dei & orationem, & deinceps comedat quisque quicquid vult. Secundo ne proximus scandalizetur: quia dicitur Matt. 18. Vt illi per quem scandalum venit. Ideo 1. Cor. 8. Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum, ne fratrem meum scandalizem. Et Rom. 14. Malum est si quis per offendiculum manducat. Tertio ne sit contra mandatum Dei. Et sic manducauit Adam de pomo vetito. Quarto ne sit contra institutionem ecclesie. II. dist. c. Quis nesciat. Ab omnibus debet seruari quod sancta Romana seruat ecclesia. Quia dicitur Mat. 16. Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis, &c. Quinto ne sit contra consuetudinem bonam fidelium: ut feria quarta non comedere carnes: quia consuetudo bona arguit legem, ut habetur II. dist. c. Consuetudinis. Longe uero consuetudo quæ canonibus non est contraria incoercibile est seruanda. Sexto ne cibus sumatur cum concupiscentia inordinata & delicata: sicut Iudæi desiderantes carnem in deserto ex concupiscentia firma, quibus dominus pluebat de caelo manna, dist. 41. c. Non cibus sed libido in culpa est. Septimo ne cibus sumatur ex gula, ut Esau, Gen. 25. qui vendidit primogenitum non propter gallinam, sed propter lenticulam. Et ideo aliquando potest homo peccare in cibo simplici & exili: ut Esau qui legitur lenticulam concupiscentia deceptus. Et David per aquam desiderium a seipso reprehensus est. Et Christum legimus non de carne, sed de pane tentatum. In his omnibus non usus ciborum, sed inordinata concupiscentia reprehenditur. Dixi tertio tangitur Iudæorum exprobratio, ibi: *Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei: Scis quia pharisæi audito hoc verbo scandalizati sunt.* Christus non curauit scandalum pharisæorum: quia non erat actiuum sed passiuum, & tale quod processit ex inuidia,

inuidia, quia volebant impedire doctrinam in qua fuit salus populi. Et tale scandalum est contemnendum. Greg. super Ezech. Si de veritate scandalum oritur, melius est ut permittatur quam quod veritas relinquatur. Ideo magis eos increpauit dicens: *Omnia plantatio quam non plantaui pater meus caelestis eradicabitur*, i. omnis doctrina noua legi dei non consona, sed falsa & superstitiosa eradicabitur: quia non habet firmum fundamentum & radicem. Ideo subdit: *Simile illos, quia cæci sunt & duces cæcorum*, secundum Rabanum: *Cæci sunt*, quia luce mandatorum Dei priuati. *Et sunt duces cæcorum*, quia alios in precipitium ducunt errantes & suo errore excæcant. Vnde subdit: *Cæcus autem si cæco ducatur præstet, ambo in foueam cadunt*: secundum Hier. hoc etiam est quod apostolus præceperat: Hæreticum hominem post primam & secundam increpationem deuitare. sciens quod peruersus est huiusmodi. In hunc sensum præcipit Christus doctores pessimos arbitrio suo relinquendos, sciens eos difficulter ad veritatem posse trahere. Consueuerat autem dominus secundum Remigium parabolicè loqui. Et ideo Petrus cum Christus dixisset: *quod intrat in os non coinquinat hominem*: putauit illum parabolicè fuisse locutum: Et ideo interrogauit ut sequitur. *Respondens autem Petrus dixit: Ediffere nobis parabolam istam*, i. occultam sententiam. Et quia ex persona cæcorum hoc dixerat, ideo simul cum aliis reprehensus est a domino. Vnde sequitur: *Et ille dixit, Adhuc & vos sine intellectu estis? non intelligitis, quia omne quod in os intrat in ventrem vadit, & in secessum emittitur*: Hoc est secundum Hier. Non statim in ventrem vadit, & in secessum dirigitur, sed in fusa esca per venas & artus & medullas infunditur, in quibus per interiores humores coacta per occultos meatus & poros ad inferiora delabitur. Et ergo hoc quod naturale est non coinquinat hominem. Notandum autem secundum Aug. in lib. 15. de Trin. quod hic dominus innuit duo ora hominis, unum corporis, aliud cordis. Nam cum dixit: *Omne quod in os intrat in ventrem vadit*: apertissime demonstrauit os corporis. Per os autem quod sequitur ostendit os cordis dicens: *Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt*, videlicet cogitationes male significationis. Hic. Arguedi sunt ex hac sententia qui cogitationes a diabolo immitti putant, & non ex propria nasci voluntate. Diabolus enim adiutor est & infertor malarum cogitationum: autor verò esse non potest, quia secreta cordis non potest rimari: sed ex corporis habitu & gestibus æstimare & coniecturari potest quid versetur intrinsecus. Verbi gratia: Si pulchram mu-

lierē viderit nos crebro inspicere, intelligit ab oculis homi-
nē intus vulneratū. Sed quia secundū gl. ex cogitationibus
proueniūt mala facta & mala verba quæ in lege phibētur.
Ideo subdit: *Homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia,*
blasphemia, hæc sunt quæ inquināt hominem, i. immundū & impurū
reddunt. Et secundū Aug. Hæc procedunt de ore nō corporis
sed cordis. Nā quādo homo cogitat mala licet nō loquatur
immundus est. Nā licet fur surgit in nocte & nihil dicit
de ore, imō premit facinus toto silentio: & timet vocē suā
audiri nec vestigia sua velit sonare: nunquid ergo quia tacet
mundus est? Hæc autē dico: Ecce adhuc in strato suo iacet,
nondū surrexit, cogitat vt furtū faciat, vigilat & expectat
vt homines dormiāt. iam corā Deo clamat, iam fur est, iā
immūsus est, iam facinus de ore interiori processit quādo
voluntas faciēdi decernitur decreuisse facere. Dixisti, ille
nihil perdidit & tu de furto damnaberis: vt Cau. 14. quæ
vi. fur, vbi dicitur: Non res quæ furatur, sed mens furantis
attenditur. Decreuisti occidere hominē, in corde dixisti, sonuit
de ore interiori homicidiū, adhuc homo viui, & tu homicida
punieris. Hæc Aug. Et hæc sunt quæ coinquināt hominem.
Non lotis autē manibus manducare nō coinquinat hominē, sed
illora conscientia. Ideo Hier. 4. Laua à malitia cor tuum Ierusalem.
Honora patrem & matrem. Nota ad honorandū parentes
debemus induci per quatuor. Primo per præceptū. Secūdo
per exemplum. Tertio per debitū. Quarto per naturę instinctū.
Primo per præceptū, quia Deus præcepit: ergo est faciendū.
Leu. 19. Ego dominus, custodite leges meas. Et infulper
præceptū seruantibus. addidit remunerationē. Exo. 20. Honora
patrē & matrē vt sis longæuus super terrā. Nō seruantibus
additur pœna, s. æternæ damnationis. Leuit. 20. *Qui maledixerit
patri suo vel matri morte moriatur.* Et tamē in nullo præcepto
inuenitur ista promissio vel cōminatio. Per quod datur
intelligi quantū placet Deo quando parentes honorantur,
& quādo displicet sibi quādo inhonorantur. Et sic hæc pœna
nam incurrebat Absalon 2. Reg. 18. qui persecutus est patrē
suū Dauid: & mala morte interiit. Ideo Eccles. 3. Qui timet
Deū honorat parētes, & quasi dominis seruiet his qui se ge-
nerūt. Secundo inducimur per exemplum, s. Christi de quo
dicitur Luc. 2. Venit in Nazareth, & erat subditus illis. Augu-
stinus Erubescat homo fieri superbus quia humilis factus
est Deus. Honorauit enim matrem suā in morte, quia
in

in cruce pēdēs eam commēdauit Ioanni. Honorauit eā post
mortē: quia sicut dicit Sedulius, resurgēs primo sibi apparuit.
Itē honorauit eā viuētē: quia personaliter cū tota cœlesti curia
ad eius obitū venit. Honorauit eā de hoc seculo recedētē,
quia ipsam in corpore & anima ad suā dextrā collocauit.
Tertio inducimur per debitū: nos enim à parētib; recepimus
esse, nutrimentū & documentū: quia sicut ab eis recepimus
esse, sic exhibere debemus ei magnā reuerentiā. Eccles. 7.
Honora patrē tuū, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris.
Memēto quoniā nisi per illos natus non fuisses. Et quia
ab eis accepimus nutrimentū, tenemur eis magnā diligentia,
vt sicut nos diligenter nutrierūt in iuētute: sic & nos cū
diligentia nutriamus eos in senectute. Eccles. 3. Fili suscipe
senectam patris tui, & non contristes illū in vita illius. Et
quia ab eis recepimus documentū: debemus eis magnam obedientiam.
Ephes. 6. Filij obedite parentibus vestris in domino, hoc enim
iustum est. *Honora patrē & matrem tuam,* hoc est mandatū
primū in promissione vt sis longæuus super terram. Quarto
inducimur per naturę instinctū. Natura enim docet nos omnes
quod debeamus parentibus subuenire, quando. s. sunt in
necessitate positi: & quando sunt senectute confecti: & quando
sunt mortui. Et ad ista tria ostendenda ponit Valerius tria
exempla. Nam ad ostendendū quod debeamus parentibus
subuenire, quando sunt in necessitate positi: recitatur in
gestis Romanorū, quod cū quædam mulier nobilis ob
quoddam flagitiū fuisset mortē adiudicata, voluit eam
iudex cōburere, vel alia morte publica eam punire: sed
propter honorem parentū inclusa est in carcere, vt ibi fame
periret. Filia verò eius quæ erat nupta, de licentia iudicis
eam quotidie visitauit in carcere, prius tamen eam
diligenter perscrutabatur ne aliquid comestibile sibi
deferret. Illa verò extracto vbere singulis diebus de lacte
proprio matrē alebat. Cū verò iudex miraretur quod
tanto tempore subiuuaret, repertum est quod fiebat.
Tunc iudex pietate motus matrem condonauit filie.
Ad ostendendū autem quod debemus parentibus subuenire
quando sunt senectute confecti, ostendit exemplum ciconiarum,
quod quando ciconiæ senescunt, filij parētes circa pectus
suum collocant, fouent, & nutriunt. Soli vultures
parentes suos fame mori permittunt. Ideo Iob 12. In-
terroga

terroga iumenta & docebūt te: volatilia cœli & indicabunt tibi. Sed heu multi sunt qui ad modicū tempus nutriūt, sed cū incipiūt habere tædium optant eis mortē. Exemplum, quidā homo desponsauit duos filios & vnam filiam: & dedit eis totum quod habuit. Quodā tempore perrexit ad domum senioris filij qui benignē recepit eū, sed post mensam cœpit habere tædium sui, dicēs: Pater quādo vultis visitare cœpit habere tædium sui, dicēs: Pater quādo vultis visitare alium filium? Ipse autē auertens q̄ sui tædium haberet iuit ad alium filiū, & ille fecit sicut primus. Postea iuit ad filiā, & contigit sibi simile sicut antea. Ille autē multum dolens rediit domum, & comparauit pulchrā cistam cum tribus feris & eam repleuit terra & lapidibus, & vocatis illis tribus dixit eis: Noueritis me habere vnā cistam quā nescitis, accipite clauēs & post mortē meam aperite: & diuidite inter vos quicquid in ea inueneritis. Illi gauisi miserūt patri quod volēbat, sed eo mortuo conuocatis amicis suis aperuerunt cistam, & inuenerunt in ea terrā & lapides & literā in qua erat scriptum: Fatuus est qui tantū dat filiis suis quod ipsum medicare oportebit, hoc cōperi in filiis meis. Quod audientes illi cōfusi recesserunt. Nō sic est faciendū, sed patientibus est subueniendum: & non solūm in hac vita, sed in futura, quando ad statum talem peruenerūt q̄ seipso iuuare non possunt. Eccl. 3. Eleemosyna patris nō erit in obliuione: nam pro peccato matris restituetur tibi bonum. Et in iustitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui. Pro peccatis matris vocatur eleemosyna quæ datur pro deletione peccatorū matris, quasi diceret: Nō debes obliuisci patris tui & matris post mortē: sed debes pro peccatis eorū eleemosynam dare. Si enim homo diligit parentes in vita, debet etiā diligere post mortē. Quantum autem Deo displiceat q̄ filij parentibus non subueniunt, patet per exemplum. Vir quidam dedit filio suo vxorē tradēs ei omnia bona tali conditione, q̄ eum quā diu uiueret nutrire deberet. Cūq; per aliquot dies eum tenuisset, cœpit ei die in diē expensas & cibaria subtrahere. Et ad vltimū dedit sibi cibum seruorū. Quadā die cū pater veniret fessus de agro, filius & vxor eum vidētes pullum quē assauerāt in capsa abscederunt quousq; recederet. Cūq; recessisset & filius de capsula pullū accipere vellet: rana magna exiliuit, & in faciē eius vngulas per circuitū validissimē fixit. Cūq; eam remouere non posset, vocatus est faber, vt cum forcipe

eam

eā detraheret. Ac rana fabrū ita horribiliter inspexit, quod præ timore in terram cecidit, dicens: Non est rana sed diabolus: ergo non accedam. Et sic ille miserabiliter expirauit.

FERIA V. ENARRATIO XLIIII.

Omnes qui habebant infirmos variis languoribus ducebant eos ad Iesum. Luc. 4.

Senecca in lib. de elementia ad Neronem dicit, quod pius Sac benignus rex ac dominus multiplicat sibi populum: ita quod quilibet nititur sub eius dominio habitare. Spiritualiter, sic Christus rex regū est mitissimus. De quo introitus: Salus populi ego sum. Iste dominus vult habere mūdū populū, bonū & obediētē. Illā mūditiā petit ecclesia in collecta, dicēs: Cōcede quęsumus omnipotēs Deus vt ieiuniorū sancta deuotio purificationē nobis tribuat: & maiestati tuę nos reddat acceptos. Etiā vult habere populū bonū & obediētē. Ideo ipse misit seruū suū Ieremiā c. 7. dicēs: Sta in porta domus domini & dic: Audite verbum domini omnis Iuda qui ingredimini per portas has vt adoreris dominū. Bonas facite vias vestras & studia vestra, & inhabitabo vobiscum in loco isto, ait dominus, & c. Ideo omnes debemus preparare nos ad sui obediētiā: quia ipse secundū Psal. 102. sanat omnes infirmitates nostras: de quo thema: *Omnes qui habebant infirmos, & c.* In summa Euāgelij duo innuūt. Primō infirmitatis curatio singularis, ibi: *Socrus autē Simonis.* Secundō subditur imbecillitatis sanatio generalis, ibi: *Cum solocci disset* De primo dicit, In illo tempore, s. cū Iesus docebat Sabbatho in Capharnaum. *Et stupebant in doctrina eius, & mirabatur in eius potestate, non tamen credebant. Tunc surgens Iesus de synagoga introiuit in domum Simonis.* In fideles deseruit & ad fideles accessit, ad designandū quod synagogam propter perfidiā reprobauit, & ecclesiā propter obediētiā elegit. Simon enim interpretatur obediens, cuius domus est vniuersalis ecclesia, quam ei dominus gubernandā commisit, dicens Mat. 16. Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Cuius obediētiā dominus cōmendat per Prophetam Dauid, dicentem: Psal. 17. Populus quē non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Ideo Iudæi propter inobediētiā repulsi sunt. Et si nolumus abiici sed assumi, obediētiā studeamus assumere. Tunc subdit: *Socrus autem Petri tenebatur magnū febribus.* Ecce quam prius synagogam, iam focrum Petri appellat. Socrus autem

autem est mater vxoris. Mater autē ecclesiæ quæ est vxor
 Simonis sacramentaliter, sub cōiugio copulata intelligitur
 synagoga. Nā de synagoga nati sunt primi fideles, de qui-
 bus secūdm carnē & ipse Christus traxit originē, propter
 quod & ipse dicebat Io. 4. Salus ex iudæis est. Postquā ergo
 Christus de synagoga recessit deserēs eam propter perfidiā,
 cōepit magnis febribus detineri. Nō dixit, febre singulari-
 ter, sed febribus pluraliter: vt intelligatur non vna tātūm,
 sed multis febribus laborasse. Synagoga quippe duabus fe-
 bribus detinebatur, scilicet erroris & inuidiæ. De prima Psal. Er-
 rauerunt ab vtero: locuti sunt falsa De secundo Matth. 27.
 Sciebat Pilatus quōd per inuidiā tradidissent eum. Febbris
 erroris de frigido procedit humore, iuxta illud quod legi-
 tur Ioan. 10. Facta sunt encænia in Hierosolymis, & hyems
 erat, scilicet erroris & inuidiæ. Febris autē inuidiæ de tali proce-
 dit humore: de quo Psal. 57. Supercecidit ignis, scilicet inuidiæ &
 non viderūt solem, i. Christum. Ideo Psal. 105. Exarsit ignis
 in synagoga, eorū flāma cōbussit peccatores. O quā gra-
 ui torquetur inuidia synagoga quādo videt Ecclesiam, re-
 gnum & sacerdotiū, templum & altare, legem & prophe-
 tiam: & quōd ablatū est regnum Dei: & datum est genti fa-
 cienti fructū eius. Tam grandi etiā detinetur errore vt nec
 intelligat veritatē: cū tamen bos cognouerit possessorem
 suum, & asinus præsepe domini sui, Israel autem eum non
 cognouit: & populus insipiens non intellexit. His quoque
 febribus locus Simonis petri, i. synagoga detinetur. Sed qui
 sunt in domo fideles erant pro ipsa petentes: vt auferretur
 velamen à cordibus eorū vt Iesum Christū qui est veritas
 cognoscat. Vnde sequitur: *Et rogauerunt illum, scilicet discipuli: pro
 illa, & stans super eam manus imposuit & febris dimisit illam. Stās super
 illam, scilicet ad dexterā patris exaltatus, ad Phil. 2. Propter quod
 exaltauit illū Deus qui dedit ei nomē quod est super omne
 nomen, vt in nomine Iesu, &c. Non quōd febris tanquā res
 sensibilis vel rationalis intellexerit, sed Christus de ipsa
 suum beneplacitum impleuit: quia dixit & facta sunt: ipse
 mandauit & creata sunt. Nam quæcunque dominus voluit
 fecit in cœlo & in terra. Nihil potentius quā quod eius
 imperio insensibilia quoque sentiunt & obedunt imperanti.
 Vnde & cōtinuo surgens ministravit illi. Licet enim sit naturale fe-
 bricitatibus incipiēte sanitate laceffere & ægritudinis mo-
 lestiam resentire: tamen miraculum vicit naturam: quia sa-
 nitas*

nitas quæ domini datur imperio, tota simul & integra re-
 dit. *Et: deo continuo surgens ministrabat illi.* Miraculum quamuis
 in hoc alludat mysterio: quia sanitas animæ tota simul &
 integra restituitur. Scriptum est enim, quia totū hominem
 saluum fecit in sabbatho. Hoc autē implebitur quādo ple-
 nitudo gentium intrabit ad fidem, tunc enim omnis Israel
 saluus fiet. Nota per febrē signatur peccatū mortale. Nam
 sicut febricitas modò patitur frigus, modò æstus: sic pecca-
 tor modò patitur timorē qui est frigus animæ, modò cupi-
 ditatē quæ est calor animæ. Vnde dicit Aug. super illū Psal.
 Incensa igni & suffossa. Quōd omnia peccata duæ res fa-
 ciunt, scilicet timor & cupiditas. Timor facit surgere omnia quæ
 sunt carni molesta. Cupiditas facit appetere omnia quæ
 sunt carni suauia. Sicut autē sunt diuersæ species febriū, sic
 etiam sunt diuersa genera peccatorū. Prima est febris quo-
 tidiana, & significat peccata venialia quæ quotidie agi-
 mus, quæ secūdm Aug. in homil. 105. Assimilantur guttis aquæ
 arenæ & scabiei: guttis aquæ assimilatur: quia feruorē cha-
 ritatis amittūt. Arenæ, quia sæpe à bonis operibus animam
 subtilem faciunt. Scabiei, quia decorē animæ diminuunt. Et
 dicit ibid. Aug. quōd sicut multæ guttæ navi faciūt naufragiū:
 multa grana arenæ faciūt onus pōderosum: multitudo
 scabiei corpus reddit corruptū. Sic peccata venialia quādo
 non contrūduntur, sæpe sua multitudine, grauitate & defor-
 mitate disponunt animā ad mortale. Vel febris quotidiana
 potest esse gula ppter quotidianā exactionē. Isa. 56. Venite
 sumam⁹ vinū & impleamur ebrietate, & erit sicut hodie sic
 & cras, & multò amplius. Gulosus cū si bene comedit cras
 melius comedere appetit. Ideo assimilatur sanguisugæ. Pro.
 30. Sanguisugæ duæ sunt filię, dicētes, Affer affer: quia gulo-
 sus post vnū ferculū dicit, affer aliud. Secūda febris est eph-
 mera, quæ dicitur ab ephemero pisce, quæ eodē die quo nascit⁹
 moritur. Et significat subitū iræ motū, qui debet finire ante
 solis occasum. ad Eph. 4. Sol nō occidat super iracūdiā ves-
 trā. Talis motus subitus ferē oēs inuadit, quia sicut dicit
 Hier. Qui nulla perturbatione mouetur, aut Deus aut lapis
 est. Dicit tamē Gre. Nazian. quod sunt tres qui nō possunt
 cōmoueri, duo in cœlo, scilicet Deus & Angelus: tertius in terra, scilicet
 Christianus Philosophus. Quāuis enim Deus dicitur iras-
 cit: tamen secūdm Aug. non dicitur irasci per turbulērum
 mētis affectū. Angeli etiam quāuis de perditione peccato-
 rum

rum dicatur dolere, tamē nullū sentiūt dolorē aut passionē, sed dicūtur dolere, quia ad modū dolentiū se habēt. Christianus autē philosophus appellatur ille qui in Dei amore est perfectus, talis est, si aliquādo perturbationem patitur: tamen ex hoc eius rationem nō obumbrat, quia turbationem talē tenet sub dominio rationis. Tertia febris est erraticā quæ non accedit certis horis. Et significat inuidiā quæ quādo alijs laudatur accedit: quādo verò vituperatur recedit: & sic inuidia nō habet horā determinatam: sed quotiescunq̄ renouātur laudationes, toties reuocātur accessiones. I. Reg. 18. de Saul hoc patet q̄ inuidebat Dauid. Cū em̄ dicerēt: Saul percussit mille, & Dauid decē millia, passus est magnā accessione: & quoties audiebat de sua probitate, toties laborabat ista accessione. Quādo autē Dauid eanem mortuū & publicū se nominabat: tunc ista accessio recedebat. Ideo inuidus significatur p̄ Heli, de quo dicitur, I. Reg. 3. q̄ nō poterat videre lucernā dñi anteq̄nā extingueretur. Lucerna accēsa lucet, extincta foetet. Lucerna ergo accensa sunt viri sancti siue studiosi. Extincta peccatores foetidi. Inuidus ergo nō pōt sine magna afflictioe sustinere vt videat viros studiosos & sibiip̄s abiectos. Ideo dicit Socrat. Vriñā inuidi in omnib⁹ ciuitatib⁹ oculos haberēt, vt de cunctorum sc̄licitatib⁹ torquerētur. Quarta febris est tertiana qua laborāt illi q̄ de peccatis satisfacere nolunt, habēt em̄ cōtritionē & cōfessionē sed nolūt habere satisfactionē. Vnde legitur exēplū. Cū qdā dæmoniacus ad quēdā sanctū virū fuisset deductus, & dæmonē adiuraret vt recederet & nomē suū ei diceret. Respōdit: Nos sumus tres fratres qui habem⁹ nostra officia determinata. Ego em̄ vocor claudēs cor. Alius verò claudēs os. Tertius claudēs marsupiu. Officiū em̄ meū est cor peccatoris indurare, ne possit contritionē habere. Et si forte cōteritur, cito relabatur. Secundus, s. claudēs os vt cōfessio impediatur: & si fortē cōfessus fuerit, iterū labitur in peccata. Tertius frater me⁹, s. claudēs marsupiu ne satisfaciatur, nec malē ablata restituatur. Quinta febris est continua, ista laborant auari & maximē vsurarij. Cæteri enim peccatores aliquando dilationem faciunt in peccatis, vsurarius verò continuē peccat, scilicet die & nocte, qualibet hora, quolibet momēto & quolibet festo. Ideo videtur esse peior Iuda Scarioth: ille enim vendidit Christum tantum: iste autem vendit Christū & beatam virginē,

& omnes

& omnes sanctos & sanctas Dei, quia ipsorum festiuitates complet in vsuris. Et quia vsurarius similis est Iudæ in culpa, ideo similis erit ei in pœna. Iudas enim in aëra interit qui est habitatio dæmonū, ad innuendum q̄ nō debebat stare in cœlo cū angelis, nec in terra cū hominibus, sed in aëre cū dæmonibus. Eodē modo vsurarius nō habitabit in cœlo, quia Deum & beatam virginem & omnes sanctos offendit: nec in mundo, quia homines cōturbauit: sed in inferno cū dæmonibus quos per auaritiā adorauit, iuxta illud Colo. 3. Auaritia quæ est idolorum seruitus. Ista febris continua, s. auaritia ritē extinguitur, quia tollit tria quæ sunt vitæ necessaria, s. cibum, somnū, & quietē. Auarus em̄ nō audet comedere. Eccle. 14. Non satiatur pane indigens: & in tristitia erit super mensam suā. Nec potest dormire. Eccle. 2. Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni sunt. Nec per noctē mente quiescit, nec potest quietē habere. Hier. 49. Præ solitudine quiescere non potuit. Sexta febris est quartana: & significat superbiā propter quatuor species superbię, de quibus dicit Grego. Quatuor sunt species tumoris, s. cū quis bonū quod habet existimat à se habere, vel pro suis meritis datū sibi putat, vel despectis cæteris appetit singulariter videri habere quod nō habet, &c. Vel potest significare luxuriā quæ per corpus implerur q̄ quatuor elemētis cōponitur. Vel febris quartana dicitur cuius prima dies est, sicut mala suggestio, secūda malus cōsensus, tertia malū opus, quarta mala cōsuetudo. Ista triplex species quartanę difficulter curatur: quia superbia semper est in ascensu. P̄ sal. 73. Superbia eorū qui te oderūt ascendit semper. Luxuria curatur difficulter q̄n in carne radicatur: quia totū corpus imflāmat. Iob. 31. Hoc em̄ nephas est, & iniquitas maxima, ignis vsq; ad cōsummationē deuorās: & omnia eradicās genimina. Iob 16. Conuulneraui lūbos meos. Ipsum cor corrūpit & foedat. Ioël. 1. Cōputruerunt iumēta in stercore suo. Mala cōsuetudo difficulter curatur. Hoc significatū est Io. 11. in Lazaro quatruiduano quē dñs cū difficultate suscitare voluit, s. cū oratione, cū clamore, cū sui perturbatione, & cū lachrymarū effusione. Septima febris est hectica quæ radicata est in mēbris & naturalē humiditatem consumit, & significat tristitiā illā de qua dicitur 2. Cor. 7. Seculi tristitia mortē operatur. Prouerb. 17. Spiritus tristis excicat ossa, i. robor virtutū. Sunt tū ossa quæ non tantum

Quadrag. Theol.

T

sunt exiccanda, sed etiam incineranda. Amos 2. Incenderunt ossa regis Idumæque vsq; ad cinerem. Idumæa interpretatur sanguinea, & significat diabolum qui sanguinem nostrum sinit, eius ossa sunt nostra peccata per quæ diabolus contra nos robur assumit. Sunt ergo quidam qui ista ossa habent integra, qui s. de peccatis non cõteruntur. Alij ista ossa in grossas partes frangunt, qui, s. superficialiter conteruntur. Alij sunt qui ea incinerant, qui, s. præcordialiter conteruntur, & istã incineratione facit salubris tristitia. De qua dicitur 2. ad Cor. 7. Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiã & salutem stabilem operatur. Item peccatum mortale comparatur febre. Nam sicut febricitas habet palatum inordinatum propter quod dulcia sibi videtur amara & eoduerso, sic peccator eodem modo habet inordinatum palatum anime, quia omnia videtur sibi insipida. Et ad hoc ostendendum ponit Chryl. super Mat. tria exẽpla. Primũ est si leoni pratũ vi rens ostenditur, non excitatur eius appetitus, quia de natura sua non appetit comedere herbas virentes sed carnes. Secundũ exemplum est, quia si pluuia cadit super lapidem, lapis quidem a foris balneari: intus autẽ siccus existit. Tertiũ exemplum est, quia si in aliquo vase pleno aceto gutta mellis infundatur, & mel perditur & acetũ indulcoratur. Primũ exemplũ pertinet ad luxuriosos, quibus si ostendantur herbe virentes, i. pœdicentur eis cœlestes amœnitates, nõ excitatur eius voluntas ad desiderandum, quia nõ est in natura sua desiderare cœlestes amœnitates, sed carnales voluptates. Quia dicitur 1. Cor. 2. Animalis homo nõ percipit ea quæ spiritus dei sunt. Eccl. 21. Audiet luxuriosus verbũ, s. castitatis, & displicebit ei & proiciet illud post dorsum suũ. Secundum exemplum pertinet ad superbos qui habent cor lapideũ, ita quod si Deus pluuia suæ gratiæ, vel inspirationis æternæ eis immiserit, cor eorum exterius potest tangere, sed interius nihil potest intrare, & ideo remanent aridi & sicci ab omni humore gratiæ. De talibus dicitur Iob 41. Cor eius indurabitur quasi lapis, &c. Magna misericordia dei quãdo tale cor durũ molificatur, vt gratia dei intrare valeat. Eze. 36. Auferã cor lapideũ & dabo vobis cor carneũ, & spiritũ meũ ponã in medio vestri. Tertiũ exemplũ pertinet ad auaros qui habent cor acetosum, i. multis amaritudinib. plenu & repletũ, habet enim amaritudinẽ laboris in acquirendo, timoris in custodiẽdo, & doloris in amittẽdo. Et ideo diuitiæ vocantur spinæ, vt dicitur

dicitur Mat. 13. Ex eo quod cor totaliter pugunt. Si ergo mel, i. verbũ cœlestes vel inspiratio diuina in taliũ corda immittitur, & verbũ perditur vt coreorũ nõ amittat. Et ideo faciendũ quod dicit Aug. Discas non diligere mundũ vt discas diligere deũ, funde vt implearis, auerte vt auertaris. Secundõ ponitur curandi modus, cum dicitur. *Et rogauerunt illũ pro ea.* Et stans super illã imperauit febre & dimisit illã. Ex quo habetur quod dñs ad precẽ discipulorũ eã sanauit. Per quod datur intelligi quod aliquãdo Deus ad preces sanctorũ virorum alicui peccatori salutem anime concedit, peccator enim immundus est dei inimicus & claudus, quia immundus nõ auert corã deo apparere, quia deus tales abominatur. Ps. 5. Virum sanguinũ & dolosum abominatur dominus. Quia peccator est dei inimicus, & nihil potest a Deo impetrare. Io. 9. Scimus quia deus peccatores non exaudit. Et ideo deus talibus potius indignatur quã placatur. Isa. 46. Cognoscetur manus dñi in seruis eius, & indignabitur inimicis suis. Grego. Cum is qui displicet ad intercedẽdũ mittitur, irati animus iudicis ad deteriora prouocatur. Et quia est claudus nõ potest ad deũ accedere, quãuis enim habeat pedẽ fidei, tamen non habet pedem boni operis. De talibus dicitur 3. Reg. 18. *Vsq; quo claudicatis in duas partes?* Ideo peccator indiget auxilio sanctorũ virorũ, quia ipsi sunt mundi. Psal. 100. *Ambulãs in via immaculata hic mihi ministrabit.* Ipsi sunt Dei amici. Ps. 7. *In animas sanctas se transfert amicus dei, & prophetas constituit.* Ipsi sunt recti & sani. Hebr. 12. *Rectos gressus facite pedibus vestris vt non claudicãs quis erret, magis autẽ fauetur.* Tertio ponitur curationis effectus cum dicitur: *Et continuo surgẽs ministrabat illis.* Naturaliter vt dicit glosa, homo febricitans incipiente sanitate incipit lassescere, sed ista cessante febre cõtinuo surrexit & Christo ministravit. Per quod datur intelligi quod peccator nõ debet diu in peccato iacere, sed cõtinuo surgere. Aliquãdo autem de peccato in peccatũ cadit. Et hoc accidit ppter tres causas. Prima est ppter peccati pãderositatẽ, quia peccatum valde onerosum est. Ps. 37. *Iniquitates meæ supergressę sunt caput meũ, & sicut onus graue grauata sunt super me.* Et ideo sua pãderositate ad aliud trahit. Gre. Peccatũ quod per pœnitentiã nõ diluitur, mox suo pãdere ad aliud trahit. Secũda causa est propter peccatoris cœcitatẽ. Et ponit exemplũ Chry. de Samsone, cui cum capilli in quibus virtus sua erat, de-

truncati fuissent. Philisthæi ipsum ligauerunt, & sibi oculos eruerunt, & ipsum mollem fecerunt, quia quoniam peccator robur suarum virtutum perdit, mox demones funibus peccatorum ipsum ligant, oculis fidei ipsum excæcant, de vitio in vitium ipsum currere procurant. Tertia causa est propter quãdam connexionem. Nam avaritia trahit ad furtum & rapinam, & ad multa mendacia. Gula trahit ad ebrietatem & luxuriam. Superbia trahit ad multas iniurias inferendas & multas ambitiones. Dicitur enim Isa. 24. Qui fugerit a facie formidinis, cadet in foueam: & qui se explicuerit de fouea, tenebitur in laqueo. Per formidinem intelligitur avaritia, quia auarus est semper formidolosus. Per foueam intelligitur luxuria. Prover. 23. Fouea profunda est meretrix. Per laqueum intelligitur superbia quæ oes illaqueat. Saepè autem contingit quod quoniam auarus dimittit avaritiam, & dat se inhærentiæ, cadit in luxuriam: & quando luxuriosus superat omnem concupiscentiam, cadit in vanam gloriam vel superbiam. Dixi secundò subditur imbecillitatis sanatio generalis. ibi: Cum autem Sol occidisset, id est Christus. De quo propheta Psal. 103. Sol cognouit occasum suum. Hic est sol iustitiæ de quo Ioan. 1. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Hic Sol occubuit quando Christus inclinato capite spiritum emisit. Subdit: *Omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum. Et ille singulis manus imponens curabat eos*, quia cum Christus extenderet manus in cruce, oes sanati sumus liuore eius. Genes. 47. Salus nostra in manu tua est. Et figuratur Num. 21. Ad aspectum serpentis ænei sanati sunt qui sunt percussi ab igneis serpentibus. Tunc subdit: *Exhibant enim demonia à multis clamantia & dicentia, Tu es filius Dei. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebam eum esse Christum.* Sed diceres, quare ergo prohibebat demonia dicere veritatem? Nonne enim firmum est testimonium quod profertur de aduersario? Respondetur, tribus de causis prohibuit. Primò vt doceat nos fugere inanem gloriam, ne, libu mani fauoris delectetur applausu. Secundò vt doceret nos hæreticam prauitatem vitare: quatenus in hoc exemplo inhi beamus hæreticis ne prædicent etiã veritatem: quia fel draconum propinant in calice Babylonis. Deut. 32. Fel draconum vinum eorum. Tertiò ne demones (quia sunt spiritus falsitatis) falsitatem dicere crederemus si aliquando dicerent veritatem. In quo notabiliter docemur quod non laudari velimus à falsis & mendacibus, quorum laudatio magis redundat ad inia

iniuriam quam ad honorem. Illud autem quod subditur: *Quia sciebant eum esse Christum.* sanè debet intelligi ne videatur contrarium ei quod dicit aposto. 1. Cor. 2. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Quod à quibusdã exponitur de demonibus. Hi si cognouissent Christum esse dominum gloriæ, nunquam eum suggestione maligna crucifigi fecissent. Nam hoc mysterium absconditum est à seculis & generationibus, vt dicit apostolus ad Col. 1. Sapientia in mysterio abscondita, quã nemo principum huius seculi cognouit. 1. Co. 2. Quã prædestinauit Deus ante secula in gloriã nostrã, reuelata est principibus & potestatibus per ecclesiã: quia nunc manifestatum est sanctis eius quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius. Designentur igitur tæpota & cõcordabit scriptura. Demones enim, vt dicit Beda, quãdoque credebant, quãdoque dubitabant. Nam cum videbant eum humanos defectus sustinere, dubitabant de eo an Christus siue filius Dei esset: quia verum hominem intellexerunt, vt legitur quod cum ieiunasset 40. diebus & 40. noctibus postea esuriit. Accedens tæpator dixit ei, &c. Cum autem videbatur operari mirabilia, credebatur: vel secundum verbum Bedæ intellexerunt vel suspicati sunt de ipso, quia filius dei esset, quia & demones alibi dixisse leguntur Matth. 8. Iesu Nazarene quare venisti ante tempus torquere nos? nos scimus quia sanctus dei es. Non igitur Iudeis, dicit Beda, ideo eum crucifigere per-suasit, quia Christum siue filium Dei non esse putauit, sed quia se morte illius non vidit esse damnandum. De hoc enim mysterio à seculis abscondito dicit Apostolus, quod nemo principum huius seculi cognouit: quia si cognouissent, dominum gloriæ non crucifixissent.

FERIA VI. ENARRATIO XLV.

Domine da mihi hanc aquam vt non stiam. Ioan. 4.

Consuetudo est hominum ambulantiũ, quod habet appetitum cibi & potus vt eo melius ad patriam ambulent. Spiritualiter omnes sumus in itinere constituti & peregrini. Psal. 78. Aduena ego sum & peregrinus. Ideo bonum esset signum sanitatis vt potum lachrymarum & panem cœli sepe ederemus. hoc signum petit ecclesia in introitu: Fac mecum domine signum in bono, vt videant qui me oderunt, s. diaboli, & confundantur. Nam ex hoc magna oritur eis confusio & nobis securitas. Figuratur 3. Regum 19. Helias comedit de pane & bibit de aqua, & fortificatus est. Et sic hæc aqua

lachrymarum non habuerunt Iudæi. Hoc figuratum est in epistola Numerorum cap. 20. quod filij Israel murmurauerunt in deserto contra Moysen & Aaron, dicentes: Domine da nobis aquam ne moriamur siti. Moyses & Aaron prostrati in terrâ clamauerunt ad dominum: domine Deus audi clamorem populi huius & aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ viuæ. Et ait dominus Moysi: Accipite virgam tu & Aaron, & loquimini ad petram & dabit vobis aquas, & percussit bis filicem & fluxerunt aquæ largissimæ ita vt biberent homines & iumenta. Spiritualiter, & sic tu si vis habere aquam lachrymarum, ne anima tua moriatur siti, Moyses, i. intellectus, & Aaron, i. deuotio deberet clamare ad dominum vt aperiat tibi thesaurum aquæ viuæ. Et bene thesaurus per hanc aquam emitur, s. regnū cœli. Matt. 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Deniq; debes percutere bis filicem, i. cor durum, s. Deum in memoria habere. Primò quid per peccata perdidisti, secundò quid per ea meruisti, s. æternam penam. O si cognosceres, diceres cum hac muliere Samaritana: Domine da mihi hanc aquam vt non sitiam. Aliud thema: Si scires donum Dei, &c. Io. 4. Tria sunt signa dilectionis personarum. Primum est doctrina. Isa. 48. Ego dominus docens te vtilia. Secundū passio pia. Isa. 43. Seruire me fecisti in peccatis tuis. Tertium quando præstat dona. Greg. Probatio dilectionis exhibitio est operis. Primū habetur in introitu, secundum in epistola, tertium in euangelio: Si scires donum Dei, &c. In summa euangelij duo innuuntur. Primò petitio mirabilis obsequij, ibi: Mulier da mihi bibere, secundò subiungitur explicatio laudabilis beneficij, ibi: Si scires, &c. In eadem præterea hæc duo innuuntur. Primò itineris Christi descriptio, cum dicitur: Venit in ciuitate Samaria. Secundò cuiusdam mulieris obuiatio cum dicitur: Venit mulier de Samaria. De primo dicitur, In illo tempore, s. Vt cognouit quia audierunt Pharisei quod Iesus plures haberet discipulos quam Ioannes. Tunc reliquit Iudæam & voluit ire in Galilaam. Oportebat autem eum ire per Samariam: Tunc venit Iesus in ciuitatem Samariae, s. regionis, Quæ dicitur Sichem. Chryf. dicit q̄ locus ille erat, vbi Simeon & Leui grauem occisionem fecerunt propter Dinam sorore oppressam: postquã filij Israel, vt dicit Theophilus, ciuitatem desertam fecerunt, tẽpore procedente dedit eam Iacob filio suo Ioseph. Gen. 34. Et ergo subdit: Iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autẽ ibi fons Iacob, quem fodit ibi habitando:

bitando: Iesus autem fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem, hora autem erat quasi sexta. Ecce de quo cecinit Psal. 23. Dominus fortis & potens fatigatus est. O res mirabilis qui infirmos corroborat fatigatus est. Nota Christus discurrebat & laborabat tribus de causis. Primò vt nobis quantitatem nostræ iniquitatis ostenderet, pro qua dominum maiestatis laborare oporteret. Isa. 43. Præbuiisti mihi laborẽ iniquitatibus tuis. In opere creationis semel dixit & facta sunt omnia. Sed in opere redemptionis per triginta & tres annos vt ait Bern. dixit multa, gessit mira pertulit dura. Secundò vt in amore accenderet. Io. 3. Sic Deus dilexit mundum vt filium suum unigenitum daret, &c. Tertio vt exemplum laboris in seipso nobis præberet. Iob 5. Nascitur homo ad laborẽ, &c. Pl. 72. In labore hominum nõ sunt. Aug. Iesus fortis: quia in principio erat verbũ. Infirmus, quia verbũ caro factum est: Hora sexta. Ratio literalis, quia calor intẽsus. Mysticè quia in sexta ætate caro factus. Secundò sexta die passus. Tertio sexta hora crucifixus. Dico secundò innuitur cuiusdam mulieris obuiatio cum dicitur: Venit mulier de Samaria hauriẽs aquam. Aug. Accipit autẽ denominationem a morte Somor sic dicto à quodam eius possessore qui dictus fuit Somera, vt dicit Chryf. Et 3. Reg. 16. Olim nõ Samaritani, sed Ismaelitæ dicebantur, & Iudæi inhabitant regionem. Attamẽ propter peccata eorũ rex Assyriorũ captiuos eos duxit in Babyloniam, & gẽtes inhabitare fecit in ciuitatibus Samariæ, sed deus immisit barbaris leones qui interficiebant eos: quod cum nũtiatũ fuisset regi, misit rex vnũ de sacerdotib. Israel qui doceret eos legem Dei. Attamen cum hoc idolis dediti quinq; libros Moysi obseruabant. 4. Reg. 17. Dicit ei Iesus: Da mihi bibere. Aug. Sitiebat fide mulieris. Discipuli enim eius intrauerunt ciuitatem cibum emere. Ecce parsimonia. Respondit mulier illa Samaritana: Quomodo tu cum Iudeis sis, s. ex habitis: quia Iudæi vtebantur palliis quibusdam quadratis, in quorũ extremitatibus erant simbræ, vt dicitur Nu. 15. Bibere a me posui, quia sum mulier Samaritana? Non enim constantur Iudæi Samaritani. Respondit: Si scires donum Dei, & quoniam est, qui dicit tibi da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo: & dedisset tibi aquam viuam, i. gratiam spiritus sancti. Illam aquam non intellexit: Dicit ei mulier: Domine neque in qua haurias habes, & puteus altus est: unde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu es maior patre nostro Iacob qui dedit nobis puteum istum, & ipsa ex eo bibit & filij eius & pecora eius? Hæc mulier carnaliter verba Christi in-

telligens (quia animalis homo nō percipit ea quæ spiritus Dei sunt 1. Cor. 2.) hic voluit arguere: Tu promittis mihi aquā viuā: aut ergo de illo puteo aut de alio, sed de isto nō, quia neq; in quo haurias habes, de alio autem non videtur credibile q̄ dare posses mihi miraculosē: quia hoc fieri non potest nisi esses maior patre nostro Iacob, quod nō videtur, ideo dixit ei: Nunquid tu maior es patre nostro Iacob qui dedit nobis puteū istum quē fodit: quod nō fecisset si aquā viuam pro sua volūtate aliunde habere potuisset. Quare autem patrē eorū Iacob dixit, innuit Chryl. dicēs: Vide qualiter hęc mulier se ipsam ingerit in nobilitatē Iudaicā & totā suam gentē. Samaritani enim Abrahā progenitorem suum dicebant quasi à Chaldæa existentē. Sed & Iacob patrem vocabant quasi illius existentē nepotem. Hęc ille. Vel secundum Bedā, patrē suū Iacob vocat, quia ipsa sub lege Moyſi vixerat: & prædiū quod Iacob filio suo Ioseph dederat, possidebat. Respondit Iesus & dixit ei: Omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterū: qui autē biberit ex aqua quā ego dabo ei, nō sitiet in æternū. Sed cōtra Eccl. 24. c. Qui bibūt me adhuc sitiēt, vbi loquitur de aqua sapiētiz. Dicendum q̄ sitis vno modo accipitur pro desiderio alicuius rei. Et sic omnis tēporalis res adepta generat magis sitim quā tollit, quia cupiditatem augmētat. Similiter aqua corporalis, quia non habet effectū nisi ad tēpus, oportet q̄ iterū alia aqua eodem modo sumatur ad sedandā sitim. Alio modo accipitur sitis pro desiderio eiusdē rei habitæ ad habēdā eam perfectius. Et sic habētēs deū per gratiā sitiūt ipsū habere per gloriā. Et hoc modo loquitur autoritas Eccl. 24. Sed allegata autoritas cū dicitur: *Non sitiet in æternum*, intelligitur de siti illa secundo modo dicta: quia habēs gratiam non desiderat aliud quod nō habet, sed desiderat Deū quem perfectius habere vult. Ratio huius pōt esse: quia est differentia inter rem tēporalem & spirituales, quia res tēporalis antequā habeatur æstimatur magni pretij, & est insufficiēs ad quietandū desiderii. Res verò spiritualis nō cognoscitur, nisi cū habetur. Apoc. 2. Nemo scit nisi qui accipit. Et ideo nō habita nō mouet desiderii, sed cū habetur & cognoscitur, tunc delectat affectū & mouet desiderii. Nō quidē ad aliud habēdū, sed quia imperfectē percipit propter recipientis imperfectionē mouet, vt ipsa perfectē habeatur. De hac siti dicitur in Ps. 41. Sitiuit anima mea ad Deū fontē viuū. *Sed aqua quam ego dabo*

dabo ei fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. quasi diceret: Aqua quam ego dabo non solum sitim auferet, sed vitam præstat viuū cōiuncta fonti. Vnde dicit: Fiet in eo fons aquæ producens per bona opera ad vitam æternam. Ideo dicit sic: *Aqua salientis*, id est salire facientis in vitā æternam. Naturale enim est, aqua verò tantum ascendere potest quantum ipsa descendit. Et ideo sicut aqua gratiæ à Christo in nos derivatur: ita anima per ipsam ad Deū eleuatur: quia per ipsam consors diuinæ gloriæ efficitur. Dū ergo sermonibus prædicta mulier delectata, & tantū muneris opus habere cupiēs, & adhuc prudentiā carnis amplectens, dicit quod sequitur. In quo tangitur doni petitio. *Domine da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniā huc haurire.* Vbi sciendum quod hęc mulier in principio locutionis Christum nondum nouit, sed Iudæum vocat dicēs: Quomodo tu cū Iudæus sis, &c. Modò verò eum ostendit dominū, Dicens: Domine da mihi, volens per hoc à duplici corporis necessitate liberari: videlicet à siti & à labore: refugit enim homo naturaliter laborē, iuxta illud Psal. 72. In labore hominū nō sunt. Sciendū etiā q̄ per hoc præposuit ipsū Iacob patriarchæ, quasi diceret: Hęc aquā non potuit habere Iacob. *Dicit ei Iesus: Vade, voca virum tuū, & veni huc.* Quia enim hęc mulier non poterat capere verba Christi, ideo consequēter procedit ad signa instruens eā primo per reuelationē secreti. Secretū autē illud erat q̄ mulier adulterū tenebat, qui tū credebatur ab omnib. hominib. loci illius esse maritus eius. Et quia Christus dixit hoc secretum mulieri, ostendit se scire secreta & occulta. Dicit ergo: *Vade & voca virum tuum*, scilicet putatiuū. Nō dixit dominus hoc, vt vocaret virū: sed vt responsione eius conuenientius argueret eam secretū reuelando. Vnde secundū Chrysoſtomum, dominus volebat dare aquam spiritualis doctrinæ, nō sibi soli, sed specialiter viro suo. Quia vt dicit 1. Corint. 11. Caput mulieris vir. Ideo voluit vt præcepta ad mulierē per virum deuenirent. 1. Corint. 14. dicitur q̄ si mulier aliquid addiscere vult, domi virū interroget. Ideo dicit: *Vade, voca virum tuum, &c.* Secundum verò August. exponitur mysticē, quod vir iste sit intellectus, mulier verò voluntas: q̄ instar mulieris concipit & parturit animā apprehensiuam. Quia ergo hęc mulier prompta erat ad recipiendū, sed non mouebatur ad intellectum & rationem vt spiritualiter hoc intelligeret: sed adhuc sub sensu detinebatur. Ideo dicit

dominus: Vade tu sensualis voca virū tuū, id est rationalem intellectum, quo spiritualiter intelligas quæ modò carnaliter sapias. *Respondit mulier & dixit: Non habeo virum. Dicit ei Iesus: Bene dixisti, quia non habeo virum. Quinque enim viros habuisti: & hunc quē nūc habes non est vir tuus.* Ecce quomodo occulta huic mulieri dixit, vt per hoc ostenderet in se aliquod diuinum. Sed mysticè secundū Chrysostomū, quinque viros habuisti, id est, quinque sensus, quibus vsq; modò non vtebaris. Sed hunc virū quem nunc habes, id est errorē, non est vir tuus: quia ratio perfecta non est sed erronea: ideo est adulter. Et ideo tolle istū adulterum errorem qui te corrūpit, & voca virum tuū, id est, intellectum vt intelligas me. Mulier ergo ista ex reuelatione illius secreti intelligens Christū tanquā prophetam: quærit ab eo solutionem cuiusdam dubij, per cuiusmodi solutionem secundario instrueret eā: sicut sequitur. *Dicit ei mulier, per modū cuiusdā solutionis. Domine video quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos, scilicet Iudæi, dicitis quia Hierosolymis est locus vbi adorare oportet.* In quo patet secundum Augustinum, quia cœpit ad eam venire fides, sed nō plenē venit: quia non dominum prophetarū putabat venisse: licet enim propheta esset. *Matth. 13.* Nō est propheta sine honore nisi in patria sua & in domo sua. Cū erat plusquam propheta, quia prophetas ipsos cōstituit: vt dicitur *Sapient. 7.* In animas sanctas per nationes se trāsfert amicus Dei, &c. Admiranda est huius mulieris diligentia: quia nō vt cæteræ mulieres curiosæ de mundanis interrogabat, sed de his quæ Dei sunt. *Matt. 6.* Primū quærite regnū Dei. Mouet ergo quæstionē de his quæ homines in terra illa mouere cōsueuerant, scilicet de loco adorationis de quo quæstio vertebatur inter Iudæos & Samaritanos. Et Samaritani dixerunt quod in monte Garizim ibi esset locus adorationis, & probabāt per rationem, dicentes: quod antiqui patres eorū ibidem adorabāt. Ideo & ipsi in eodem loco adorare deberent. Ideo & dicit: *Patres nostri in monte hoc adorauerunt.* Patres isti secundum Chrysostomum possunt intelligi aliqui circa Abraham. Nam illi aiunt filium suum obrulisse ibi: Iudæi verò dicebant in Hierusalem esse adorandum autoritate domini qui præcepit *Deut. 12.* quod distruerent aras & lucos, & non adorarent vbique dominum, sed in loco vno determinato quem dominus elegisset. Qui quidem locus adorationis primo erat in Sylo, postea verò autoritate domini, David,

Salo

Salomonis, & Nathā prophetæ arca Dei est portata de Sylo in Hierusalem: & ibi factū est templum secundū illud *Psal. 77.* Repulit tabernaculū Sylo, tabernaculū suum, &c. Et sequitur: Sed dñs elegit tribū Iuda montē Sion quem dilexit: Proposita ergo quæstione per mulierē: respondit ipse Saluator sicut sequitur: *Dicit ei Iesus: Mulier crede mihi, quia veniet hora, quando nec in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitur paruum.* Quia veniēte hora publicationis euangelij cessauit cultus gentiū, & Iudæorū cæremoniæ cessauerūt: ipsorumq; sudorium tēplū orationis domus destructū est, & populus Christianus creatus est: qui nec super montē Garizim nec in Hierusalem: sed in omni loco benedicebat dominū. Oportebat quidē quòd adoratio Christi euacuaret Iudæorū & gētiliū adorationē. Nam si aliquis vellet duos populos in vnū cōiungere, oporteret ab vtroq; remoueri illud, in quo ab inuicem discordarent: & aliquid eis commune in quo conueniant cōcedere. Christus ergo volens Iudæos & gentiles in vnū coniungere, remouit à Iudæis cæremonias: à gētibus idolatriā, quæ duo erāt sicut paries vnus in quo vterque ab inuicē diuidebātur. Et fecit ex vtroque populo vnū populū: secundū illud *Eph. 2.* Ipse est pax nostra qui fecit vtraque vnū, & mediū parietē maceræ soluens inimicitias in carne sua, &c. Sic ergo cessauit cæremonialis cultus Iudæorum & idololatria gentium, & introductus est verus Dei cultus à Christo. *Remig.* In hoc quòd dicit hora veniet, in hoc designatur tēpus gratiæ, quādo ablata vmbra omniū figurarū, lux veritatis illustrabat mētes fideiū. *Mysticè.* Quidā participant Dei sapientiā obnubilatam tenebris erroris: & istā dicuntur adorare in monte Garizim. Quidā sine errore, sed tamen imperfectè: & illi dicuntur adorare in Hierusalem, id est in ecclesia militate. Quidā sine errore & perfectè: quia videt Deū sicut est. Et ideo dicit: Veniet hora quando neque in erroribus neq; imperfectè, & in ænigmatate participabitis diuinā sapientiā, sed videbitis eum sicuti est. *Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus: quia salus ex Iudæis est.* Hoc additū est ideo: quia ante publicationē euangelij cultus Iudæorum erat licitus & bonus: non sic autem cultus gentilium. Ideo illud ait de gentilibus. Attribuere enim illud deo quod sibi non conuenit, vt quod sit corpus: vel aliquid aliud huiusmodi est ipsum nescire: hoc autē faciebāt gentiles, qui Deum non credebant esse super omnia, sed quæ-

lem

sem aliquib⁹ creaturis. Ideo simul cū eo adorabāt idola. De Iudæis verò ait: Nos adoramus quod scimus: hoc nō intelligitur de omnibus, sed de prophetis & patriarchis: quia vera cognitio Dei p̄ legē & p̄phetas erat cōcessa populo Iudæico: iuxta illud Rom. 3. Quid ergo amplius Iudæo est? quia credita sunt illis eloq̄a Dei. Cōcessa sunt eis etiā dona spiritalia sicut prophetia, & alia huiusmodi quæ prius in eis fuerāt, vt ad alios deuenirēt: iuxta illud Rom. 11. Tu, s. gentilis cū esses oleaster, i. sterilis & amarus, inseri⁹ es in illis, s. Iudæis. Et Rom. 15. Nā spiritaliū eorū, s. Iudæorū participes facti sunt gētiles. Concessum est etiā eis Christū ex ipsis nasci secundū carnē. Ideo hic dictū est: *Quia salus ex Iudæis est.* Subdit: *Venit hora & nunc est quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate.* Vbi sciendū secundū Origenē, quòd supra loquens dominus de adoratione non dixit: *Venit hora & nunc est,* sed simpliciter venit hora, &c. quia tunc locutus est de adoratione in patria secundū quā perfectam Dei cognitionem participabimus, quæ nondū viuētibus in hac carne mortali venit: hic verò loquitur de ea, quæ est in vita ista quæ iā venit per Christū. Ista autem adoratio, quæ nūc est fit in spiritu & veritate Remigius: Deus nullo loco continetur, nec in templis manufactis, sed puris mentibus comprehenditur & inhabitat. probat hoc per hoc: Spiritus enim est Deus: Ad cuius euidētiā sciendū quòd adoratio Christianorū excellit adorationē Iudæorū in duobus. Primo quia illa est secundū carnales cæremonias. Hebr. nono: Solūmodo in cibis & in potibus & in iustitiis carnis vsque ad tempus, &c. Adoratio verò Christianorū fit secundū spiritum. Secūdo quia Iudæorū adoratio fiebat secundū figuras. Nā deo victimæ secundū quod sunt res quædā nō placebāt. Vnde Psal. 49. Nūquid māducabo carnes taurorum: aut sanguinem hircorū potabo? Et alibi Psal. 50. Si voluisses sacrificiū dedissem: vtique holocaustis non delectaberis, s. inquantū sunt res peccatorū, sed inquantū sunt res vitæ & veri sacrificij. Hebr. 9. Umbrā habet lex futurorū bonorū, non imaginem rerū. Adoratio autē Christianorum est in veritate, quia ipsa secundū se placet deo. Ioan. 1. Gratia & veritas per Iesum Christū. Ideo quantū ad primū dicit, quòd veri adoratores adorabunt in spiritu non in cæremonialibus carnalibus. Quantū ad secundū dicit: In veritate non in figura. Secundo potest legi quòd dominus per

hæc

hæc duo quæ dicit in spiritu & veritate: vult ostendere differentiam huius adorationis, non tantū ad illam Iudæorum, verū etiam ad eam quæ erat Samaritanorū. Ad illā quidē Iudæorum per hoc quod dicit in spiritu, sicut dictū est statim supra. Illā verò Samaritanorū p̄ hoc quod dicit: *Et in veritate.* Nam illa cū errore erat, quia adorabant quòd nesciebāt. Ista verò cum Dei cognitione. Tertio potest legi vt per hoc quod dicitur, *in spiritu & veritate,* ostēdatur cōditio veræ orationis. Ad hoc enim quòd oratio bona fiat & vera duo requirūtur, vnū quòd fiat spiritu. Et ideo dicit in spiritu: & in feruore spiritus. 1. Cor. 14. Orabo spiritu, orabo & mente. Secūdu quòd fiat in veritate. Primo quidē in fide, quia nullus feruor spiritualis desiderij est ad merēdū idoneus nisi afflatur veritas fidei. Secundo verò in veritate. i. sine fictione & simulatione. Cōtra quod dicitur Mat. 6. Amāt in angulis orare vt videātur ab hominibus. Sic ergo ad orationē feruor charitatis & veritas fidei requirūtur. Iac. 1. Postulet autē in fide nō hēsitās. Et rectitudo intētionis. Sequitur: *Nam pater tales querit qui adorent eum. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum in spiritu & veritate oportet adorare.* Vbi sciendū, qui vult exaudiri a deo, debet ei assimilari, vt propter similitudinē hominis ad eū ipsum exaudiat: quia omne animal diligit suū simile. Eccle. 13. Sed homo non assimilatur deo secundū carnalia, quia est incorporeus, sed secundū spiritalia, quia Deus spiritus est. Ephes. 4. Renouamini autem spiritu mētis vestræ, &c. Est etiam veritas. Io. 14. c. Ego sum via, veritas, & vita. Ergo oportet in spiritu & veritate adorare. Vnde Aug. contra Samaritanos qui putabāt Deū corporeū, & ideo in mōte esse adorandū. Quærebās mōtē forte ad orandū vt deo esses propinquior, sed ipse qui in altis habitat, humilibus appropinquat, ergo descēde vt ascendas. Ascēssiones, inquit, in corde eius in cōualle plorationis quæ humilitatē habet, in templo vis adorare, in te ora, sed prius esto templū Dei. *Dicit ei mulier: Scio quia Messias veniet, qui dicitur Christus: cūm ergo venerit ille, annuntiabit nobis omnia,* quasi dicat, Ego ista verba non capio, sed quando venier Messias, tunc sciemus omnia ista. Dicit Aug. quòd hæc est prima locutio vbi vocat eū Christum, vt daret intelligere quòd post quinque sensus corporeos iam incipiet redire ad virū legitimum. Ideo dominus aquam doctrinæ spiritualis propinat manifestādo se ei. Sciendum quòd multiplex est aqua. Prima signa

ma significat amorē mundi, & hæc non extinguitur sitim. 2. Reg. 14. Omnes quasi aqua dila. Verē omnes delitię & diuitiæ & honores significatur per aquā. Hanc autē aquā nullus debet appetere: quia turbida & amara. Hier. 2. Et nunc quid tibi vis in via Aegypti vt bibas aquā turbidā? Superbus enim habet cor turbidū præ cōtumatione, indignatione, contentiosa æmulatione. Pro. 13. Inter superbos semper iurgia sunt. Psa. 14. 4. Tange mōtes & fumigabunt. Auarus semper habet cor turbidū præ nimia tristitia & sollicitudine. Eccl. 14. In tristitia erit super mensam suam. Hier. 49. Turbati sunt in mari, præ sollicitudine quiescere nō potuerunt. Libidinosus habet cor turbidū præ nimia concupiscētia & feruore. Iob 31. Igais est vsq; ad consummationē deuorans & omnia eradicās genimina. Non solum autē ista aqua est turbida p effectū: sed etiā in seipsa. Aqua verō turbida non est apta ad bibendū, cum sit amara, nec ad speculandū cum sit turbulenta, nec ad lauandū cum sit immūda. Eodē modo amor mundi non est aptus ad bibendū, quia est amarus, facit enim amaritudinē in consciētia. Prou. 5. Nouissima illius amara quasi absinthium. Et tādē facit amaritudinem in pōna. Isa. 24. Amara est potio bibentibus illam. Si videtur amor mūdi nō est aptus ad speculandū cum sit turbulētus. Nō enim possumus speculari Deū per cōtēplationem mūdanorū, nec etiā peccata nostra nisi per contritionē. Legitur in Vitis patrū: Cūm quidā frater cor plenū anxietatibus & tribulationibus haberet, & more solito Deū cōtemplari non posset: quidam sanctus pater ad quendam fontem eum duxit, & cūm aquam cum quodā baculo perturbaſset, dixit vt respiceret si faciē suam videre posset, qui expectauit vsque clarificata fuerit, & tunc vidit. Adaptatio huius. exēpli plena est. Similiter amor mūdi non est aptus ad lauandum cum sit immūdus. Si quis ergo habet cor immundū, & vult lauare illud cum amore mundi, magis se inquinabit. Vnde Ambr. in lib. de virgi. Pythagorā reprehendit dicēs: Pythagoras postquam cubitū iuerat, tibicinem iubebat molliora canere, vt anxia secularibus mulceret corda. Sed ille qui la terē lauabat secularia secularibus frustra cupiebat abolere, magis enim se lineiebat luto, remediū voluptate quærebat. Aug. Quisquis es qui es in mūdo, ad te venit qui fecit mūdū, vt eripiat te de mūdo. Quod si fortē aliqua delectatione te retinet mūdus, semper vis esse immūdus. Secūdo domi-

RUS

nus dat aquam contritionis. Hier. 9. Quis dabit capiti meo aquā & oculis meis fontē lachrymarū, & plorabo die ac nocte? Aug. Si totus vertar in fletū vt iam nō sint guttæ lachrymarū, sed abūdantia fluminis: dignē tamē non potero flere mala mea omnia, &c. Sic tu fac luxuriū. Psa. 50. Lauabis me & sperniuem dealbabor. Isa. 1. Si fuerint peccata vestra vt coccinū, quasi nix dealbabitur. Vnde Ber. Vinū angelorum sunt lachrymæ poenitētium, vt patet in exēplo de muliere. Tertio dominus dat aquā doctrinæ. Eccl. 15. Aqua sapiētiz salutaris potabit eum, s. hominē, videlicet Christum. De ista aqua dicitur Apoc. 22. Ostēdit mihi fluuiū aquæ viuæ procedentem de sede Dei & agni. Per fluuium intelligitur sacra scriptura quæ procedit de sede agni, i. à regno Dei. Psa. 67. Deus dabit verbū euangelizantibus. O quam dulcis aqua. Psa. 118. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua. Heu aliquibus amara est. Ioā. 6. Durus est hic sermo. Et Petrus: Verba vitæ æternæ habes. Hæc aqua mūda. Io. 15. Iam mūdi estis propter sermonē quem locutus sum vobis. Quarto dominus dat aquā gratiæ. Io. 4. Si scires donū Dei, &c. tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquā viuam, i. gratiā viuificantē. Psa. 35. Apud te est fons vitæ. Hæc petiuit hæc mulier, dicēs: Domine da mihi hanc aquā vt nō sitiā. Apoc. 21. Sitienti dabo fontē aquæ viuæ gratis. Primo gratia spiritus sancti cōparatur aquæ, quia abluit. Ezech. 36. Effundā super vos aquam mundam, & mundabimini: ab omnibus iniquitamentis vestris. Psa. 50. Lauabis me, &c. Secundo extinguit. Eccl. 3. Ignem ardentē extinguit aqua. Et sic gratia spiritus sancti extinguit peccata. Tertio aqua est cōmunis, & sic gratia spiritus sancti. Isa. 55. Omnes sitientes venite ad aquas, &c. Ansel. Non ideo non habes, quia Deus non dat, sed quia te non præparas accipere. Apoc. 3. Ego sto ad ostiū & pulso. Quarto manet in imis. Et sic gratia spiritus sancti in humilibus. Psa. 103. Qui emittit fontes in conualibus. &c. 1. Petri 4. Humilibus dat gratiam. Nota hæc aqua, scilicet gratiæ est dulcis ad bibendum. Eccl. 24. Qui me bibunt ad hæc sitient. Clara ad speculandum. 2. ad Cor. 3. Nos autem reuelata facie gratiam domini specularites, &c.

SABBATHO, ENARRATIO XLVI.

Vade. & iam amplius noli peccare. Ioannis 8.

Consuetudo est vbi homo exit domū suā, & relinquit ostiū apertū & fenestras, tūc frequēter perdit thesaurum

rum suū, post perditionē autē tūc inuocat iudicē vt prouideat de restitutione. Spiritualiter, vbi homo aperit ostium oris inordinatē & fenestras sensuū exteriorū, s. visum, auditū, &c. ille per thesaurū virtutū. Eccl. 9. Auerte faciē tuam à muliere compta, & ne circumspicias speciem alienam. Ibidē 18. Sepi aures tuas spinis, & linguā nequā noli audire. Claude ostium domus, id est os tuū. Et hoc petit ecclesia in introitu, Verba mea auribus percipe domine, &c. quasi dicat, Ego perdidit thesaurū animæ, ergo adiua vt restituatur mihi. Et hoc petit in collecta, Præsta quesumus omnipotens Deus. Similiter sic petiuit Susanna quæ perdidit thesaurum bonæ famæ, vt patet in epistola, quæ erat exaudita. Similiter hæc mulier in euāgelio perdidit thesaurū conjugalis castitatis, ipsa speravit in domino & non est derelicta, sed meruit audire, *Vade & amplius noli peccare.* In summa euāgelij tria innuuntur. Primò Iudæorū fallax interrogatio, cum dicitur, *Magister.* Secundò subditur iusta sententiæ diffinitio, ibi, *Qui sine peccato est, &c.* Tertiò magna Christi miseratione, ibi, *Vade & amplius noli peccare.* De primo dicit, In illo tempore, s. cum in vltimo die Scenopægiæ tota die in tēplo prædicasset, tunc vesperi perrexit ter in montē Oliueti. Alchuius: Christi cōsuetudo erat maxime circa passionē, & tota die in templo prædicauit Hierosoly. & miracula fecit, sero reuertebatur in Bethaniā. Aug. Iuit in motē Oliueti ad orandū, ad designandū q̄ in oratione deuota oleū misericordię acquiritur secundū Alchuiū. Nā sicut oleū dolentibus mēbris solet ferre medicamen vel leuamen: sic oratio diuinam pietatē. Itē sicut oleū superfertur omnibus liquorib⁹, sic misericordia. Psal. Miserationes eius super omnia operā eius. Et diluculo iterū veniebat in templū ad orandū zelum animarū. Et omnis populus veniebat ad eū: simplices vt discant, scribæ & pharisæi vt laqueos iacent. Et sedens docebat eos, s. viam salutis æternæ. *Adducunt autem scribæ & pharisæi mulierem deprehensam in adulterio.* Sed diceret, quare non adduxerunt adulterum: cum secundum legem eadem pena est puniendus? Respondetur quod adulter erat diues & vnus de scribis, & ideo pro pretio eum liberauerunt. Sed ipsa paupercula, ideo eam adduxerunt. Nora adulteriū tripliciter punitur à deo. Primo pœna tēporali. Gen. 12. Flagellauit dominus Pharaonē plagis maximis, & domū eius ppter Saram vxorem Abrahæ. Item Gen. 20. Cōminatus est dominus

dominus mortē Abimelech propter vxorē Abrahæ, quam rularat nesciens ipsam eius esse vxorē, sed eā forem eius putabat. Vbi Iosephus dicit q̄ dominus percussit eum graui infirmitate, ita q̄ medici deſperabant de eo. Itē dñs cōclufit omnē vuluā domus Abimelech propter. Saram vxorem Abrahæ. Itē de Dauid 2. Reg. 12. cui dixit Nathan, Non recedet gladius de domo tua. Secūdo pœna legali, quia omnes leges tam diuinæ q̄ humanæ prohibent & puniunt adulteria. Nā secundū humanas leges aliqui exhæredantur, aliqui nudi rugantur. Sed secundū legē diuinam adulteri manifesti debent lapidari, sed occulti & suspensi debebant separari. *Et statuerunt eam in medio, s. vt magis confunderetur, & dixerunt: Magister.* Chry. Magistrum vocant vt quasi honoratus secretum sui cordis manifestet. Et non vt discipuli. Io. 13. Vocatis me magister & domine & benedicitis: quia illi causa faciendi, isti causa decipiendi. Pharisæi enim & adulatores faciunt vt scorpio qui applaudit facie, sed pungit cauda. Sed caue à talibus. Ps. 140. Oleum peccatoris non impinget caput meū. Cato, Cum te quis laudat, iudex tuus esse memento. Nā nullus in hoc mundo debet velle laudari. Nā omnis vita nostra vel est præſens, vel præterita, vel futura. Si præterita, inueniet se multa commiſſe de quibus debet erubescere. Ro. 6. *Quem fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis?* Si præſens, sic est in loco periculoso, de quo debet dolere. Ps. 119. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Si futura, & sic inueniet dei iudicia de quibus debet timere. Ps. 118. A iudiciis enim tuis timui. Sed qui sunt in futura patria sunt laudandi, qui de præterito non habent erubescere, de præſenti non dolere sed gaudere, quia sunt securi. Subditur, *Hæc mulier deprehensa est modo in adulterio. In lege autē mandauit Moyses huiusmodi lapidari, tu ergo quid dicis?* Secundum Augustinū, In Christo Pharisæi cognouerunt tria, s. veritatem doctrinæ, mansuetudinē misericordię, & rectitudinē iustitiæ. Et Iudæi volentes eum decipere cogitabant intra se, Ipse vel dicit q̄ mulier debet lapidari, aut non: aut tacebit. Si iubet eam lapidare, tum dicemus eum immisericordē, cum misericordiam prædicaret. Si non iubet lapidare, tunc accusabimus eum q̄ est hostis legis & contrarius Moyſi. Si tacebit, tunc dicemus q̄ non habet veritatem doctrinæ, sed propter timorem humanam veritatem prædicare formidat. Ergo subdit, *Hæc dicebant tentantes*

eum, ut possent eum accusare. Sed dominus in respondendo iustitiam seruaturus, à mansuetudine, non erat recessurus. Vnde sequitur, *Iesus autem inclinans se deorsum scribebat in terram.* Ambr. dicit quod scribebat, Terra terram accusat. Aug. Scripsit illud quod postmodum voce expressit, s. *Qui sine peccato est, &c.* Gl. Scripsit eorum peccata ut eos ostenderet ineptos ad huius sententiarum executionem, quæ illi legentes præ verecundia exierunt. Beda, Digito scripsit in terra ut illum se fore demonstraret, qui quondam legem in lapide scripsit. *Cum autem perseverarent interrogantes eum, erexit se & ait, Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat,* quasi dicat, puniatur peccatrix, sed non à peccatoribus, impleatur lex quam allegatis, sed non à præuaricatoribus legis. Et sic seruauit iustitiam, misericordiam & veritatem in eo quod non venerat perdere sed querere quæ perierant. *Et iterum se inclinans scribebat in terra.* August. Ut daret eis liberam facultatem exeundi quos citius exituros quam plura interrogaturos præuidebat. Secundum aliquos hic scripsit quaedam figuras, in quibus ex diuina permissione quilibet sua peccata cognoscebat, & non mulieris quæ fuerant per contritionem deleta. In hoc docemur quod prius quam peccantem fratrem corripiamus, diligenter perpendamus utrum ipsi peccatis de quibus alium castigamus, etiam obnoxij simus, ne nobis contingat taliter ut sequitur, *Audientes autem hæc vnus post alium exiebant: incipientes à senioribus.* Glof. quia forte magis rei erant interrogantes eorum conscientiam. Et qui iudicare venerant iudicio dei digni erant. *Et remansit Iesus solus à calumniatoribus.* Et mulier in medio stans, scilicet discipulorum & aliorum bonorum. Gl. Mulier illa ab illo puniendam se sperabat, in quo peccatum inuenire non poterat, sed ille qui aduersarios eius repulerat lingua iustitiæ, leuans in illam oculos mansuetudinis interrogauit eam ut sequitur, *Erigens autem se Iesus ait illi, scilicet confutatis calumniatoribus: Mulier ubi sunt qui te accusabant? nemo te condemnauit? Quæ ait, Nemo domine. Dixit ei Iesus, Nunc ego te condemnabo,* quasi diceret, Ego propter peccatores veni, *Vade & amplius noli peccare.* O pium verbum & mansuetum. Serui erant crudeles, dominus pius, homines erant immiseriores, deus misericors. Sed illam penitentiam à Christo iniunctam non debent trahere in consequens ipsi sacerdotes: quia non noscunt cor: neque conscientiam hominis ut Christus. Nam ad quodlibet peccatum requiritur satisfactio.

factio. Aug. nullum malum impunitum, &c. Quod Greg. in pastorali per tria exempla probat. Primum ut si literas aliquis vel figuras scribit non sufficit quod ulterius non scribat, sed quod malè scriptum deleatur. Et sic peccata nostra scripta sunt coram deo. Ier. 16. Peccatum Iudæ scriptum est stilo ferreo in vngue adamantino. Non autem sufficit non peccare, sed præterita peccata contritione delere. Secundum exemplum quando quis aliquem blasphematur, non sufficit dimittere sed satisfacere. Et sic per peccatum blasphemamus deum. ad Rom. 2. Nomen dei per vos blasphematur, ergo oportet ut satisfaciamus penitentia. Iob 41. Idcirco me ipsum reprehendo, & ago penitentiam in fauilla & cinere. Tertium exemplum quod debitor non absoluitur à debitis, eo quod alia non multiplicat, sed oportet quod ea quæ tenentur exolvat. Et sic per peccatum contrahimus, ideo non sufficit quod oremus, Dimitte nobis debita nostra, sed oportet quod nos satisfaciamus per satisfactionem. Matt. 3. Facite dignos fructus penitentiarum.

D O M I N I C A L A E T A R E, E N A R R A T I O XLVII. DE EVANGELIO.

Accipit Iesus panem & gratias agens distribuit discumbentibus.

Ioan. 6. Matth. 14. Marc. 6. Luc. 9.

Tenens agrum alicuius domini semper tenetur domino illi respondere de nascentibus primitiis in agro. Spiritualliter, sic nos tenemus animam nostram in seudum domino. Ge. 2. Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. Et ultra possessionem animæ etiã ab ipso recipimus semina verbi dei etiã doctrinæ. Quæ si in agro animæ seminata essent & colerentur bonis operibus, nascerentur virtutum fructus speciosi, & decori, quibus obtineretur æterna gloria. Ideo de his dominus vult habere partem, s. gratiarum actiones. Nota, hæc bona nascuntur à bonis operibus quæ à dño donantur in anima sancta, s. adeptio veniæ, acquisitio gloriæ, & gratiarum actio. Dominus de omnibus his solo vltimo contentatur. Figuratur Genes. 47. Tempore famis Ioseph terras & possessiones oēs regni Aegypti obligauit prouidendo omnibus de cibo ne periclitarentur. Veruntamen possessiones prædictas illis relinquebat in seudum, tali pacto ut accepto semine redderent regi quintam partem nascentium. Gen. 47. Spiritualliter, tempore quo in Aegypto peccati primorum paratum

omnes periclitabatur fame, veniens Ioseph, i. Christus pane angelorum refecit nos, & nobis tradidit semen purissimum quod fructu attulit multiplicem in terra nostra, i. in anima nostra qua redemit de paupertate mortis, reddens illa nobis vt partem quinta, s. vt gratiaru actiones de his supradictis a nobis tantum recipiat: quia secundum Ber. Ingratitudo ventus est vrens & exiccans fontem pietatis, rorem misericordiae, & fluentia gratiae. Dñs in exemplum se nobis hodie proponit qui gratias patri egit, De quo thema, *Accepte ergo Iesus panes: & gratias cum egisset distribuit discipulis, & c.* Aliud thema. Auicenna in primo canone dicit, & experimēto certificatum est, qd māmillae matris in os infantis positae valde conferunt ad remediū eius, quod ei obest. Spiritualiter, sic in proposito mater nostra ecclesia 2. Reg. 1. Sicut mater vni cum amat filiū, ita te diligebam. Ista mater ostendit nobis duo vbera, i. duplicē consolationē, s. gratiae & gloriae. Psal. 83. Gratiā & gloriā dabit dñs. Sed cum filio ostenderit vbera laetatur, & sic nos. Vnde in introitu, Laetare Ierusalem, & conuentum facite omnes qui diligitis deum, gaudete cum laetitia qui in tristitia fuistis, vt exulteris, vt fatiemini ab vberibus consolationis eius Ps. Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi, & c. Psal. 121. Nicolaus de Lyra exponit hunc psalmū ad literā qd sit exultatio ipsius Dauid de hoc quod Natham propheta sibi dixit de futuro templo per Salomonem aedificando, vt habetur 1. Reg. 7. Et 1. Paral. 17. Sic nobis dicitur de futuro, In domū dñi laetantes ibimus. De qua domo Baruch 3. O Israēl, q̄ magna est domus domini, & ingens locus possessionis eius. In illa domo quidam habitant affectu & effectu vt sancti. Ps. 118. Qui habitat in caelis, & c. Secundi affectu & non effectu, vt boni viatores ad Phil. Nostra conuersatio in caelis est. Ps. 119. Heu mihi, quia inco-latus meus prolongatus est. Alij neutro modo, sed potius habitare eligunt in domo ruinosā. Aug. Si architectus diceret ruituram domū, nōne prius migrares q̄ interimeres? Sic autor mundi dixit ruiturū mundum & ei non credis. Audi vocem eius, Lu. 21. Caelum & terra transibunt, & c. Dicit enim Solinus, Hirundines in ruitura domo aedificiū non petunt. Sic electi dei qui hirundinibus cōparantur. Ier. 8. Hirundo & ciconia cognoscunt tempus aduentus sui, & praesciunt futura. Scimus verō qd mundus est aedificium ruinosum, domus verō dei semper stabit, Ps. 92. Domum tuā domine

mine decet sanctitudo in longitudine dierum. Hanc petiuit Dauid. Ps. 26. Vnā petij a dño, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitae meae. Notanter dicit vnā & non duas, sicut filij seculi secundum carnē viuētes. Aug. super Gen. In arca non admittebantur animalia, quae generabantur ex putrefactione & corruptione, sed in diluuiō perierunt. Sic in domo dei non admittuntur qui ex sanguinibus, & voluntate carnis generantur 1. ad Cor. 15. Caro & sanguis regnū Dei possidere non possunt. Eccl. 17. Nihil nequius q̄ quod excogitauit caro & sanguis. Ro. 8. Qui secundum carnem sunt, Deo placere nequeunt. Ideo in epistola ad Gal. 4. Abraham duos habebat filios, vnum de ancilla & vnum de libera. Qui de ancilla, natus est secundum carnem, qui de libera, per reprobationem & secundum spiritum, qualis non erat filius ancillae. Gen. 25. Diuisit Abraham filios suis hereditatem, filius concubinarum dedit munera. Ergo de filiis in patria dicitur in euangelio, Saturati sunt, & c. In summa euangelij tria innuuntur. Primo constantiae conueniens aequalitas, ibi, *Abiit Iesus.* Secundo miraculi expediens opportunitas, ibi, *Cum subleuasset.* Tertio beneficij sufficiens largitas, ibi, *Facite homines discumbere.* De primo dicit, In illo tempore, s. cum Iudaei querebant Christum interficere, & non erat adhuc tempus passionis suae. Ideo, *Abiit Iesus trans mare Galileae quod est Tyberiads.* Iste locus sic appellatur iuxta morem Iudaeorum qui omnē congregationē aquarum appellabant maria. Et aliquando dicitur mare Galileae propter Galileā prouinciā in qua fuit. Aliquando dicitur mare Tyberiads propter famosam ciuitatē ibidem situatam quam Herodes aedificauit in honorē Tyberij Caesaris. Aliquando dicitur stagnum Genezareth propter auram quae ibi regnat, vel propter regionem quandam paruum. *Et sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa quae faciebat super his qui infirmabantur.* Chrysof. Mouebatur enim turba magis signis quam doctrinis. Nora Hiero. ponit quinque rationes quate eum turbae sequebantur. Primo quidem propter comestionem, de quibus dicitur Io. 6. Queritis me, non quia vidistis signa, sed quia saturati estis de panibus. Et fuerunt gulosi, quorum deus venter est. Et figurant illos qui seruiunt Deo vt habeant victum & amictum, quibus dicitur Matr. 6. Querite primū regnum Dei & iustitiam eius, & haec omnia adicientur vobis. Item alij vt ditarentur, vt

patet de illo Mat. 8. Magister, sequar te quocunq; ieris. Cui respondit Iesus, Vulpes foucas habent, & volucres cœli nidus: filius autē hominis non habet vbi caput suū reclinet. Et significat auaros, qui plus rogant deū pro diuitiis tēporalibus q̄ æternis. De his Matr. 6. dicitur, Non potestis deo seruire & māmonē. Mat. 19. Impossibile est diuiti intrare in regnum dei. David Ps. 61. Diuitiæ si affluant noli cor apponere. Quidā verō vt miraculū viderent vt curiosi. Matr. 12. Magister, volumus à te signū videre. Et figurant illos qui tātū audiunt verbū dei vt sciant & non vt faciāt. De quibus dicitur ad Rom. 2. Non auditores legis iusti sunt apud deū, sed factores legis iustificabuntur. Iac. 1. Estote factores verbi & nō auditores tantū. Lu. 11. Beati qui audiūt verbū dei, & custodiūt illud. Quidā propter corū infirmos. Luc. 6. Omnis turba querebat eū tangere, quia virtus ab illo exibat & sanabat oēs. Et signat illos qui deū & sanctos inuocant dum infirmantur. De quibus Ps. 15. Multiplicatæ sunt infirmitates corū, postea accelerauerunt. Sed cū sanantur mali efficiuntur vt prius. Hi grauitē deū offendunt quibus dicitur Io. 5. Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi cōtingat. Lu. 11. Fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Quidam propter reprehensionem vt Pharisæi Matr. 22. Abeuntes Pharisæi inierunt consiliū vt caperent Iesum in sermone. Quidam propter sanctam doctrinam & vitam vt discipuli, & hi persistunt aliis recedentibus, Io. 6. Domine quo ibimus? verba vitæ æternæ habes.

Nota Christū sequi debemus. Primo vt viator doctorem. Prou. 4. Viā sapientiæ monstrabo tibi, & ducā te per semitas æquitatis. Micheæ 2. Ascendet iter pandens ante eos. Secundo vt oues pastore. Io. 10. Cū proprias oues emiseric, vadit ante eas. Tertio vt discipuli doctorem. Isaï 2. Venite ascendamus ad montem domini, & ad domum dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius. Psal. 70. Deus docuisti me à iuuentute mea. Quarto vt filij patrem cum amore. Iere. 3. Patrē vocabis me super terram. Bernard. Sequemur te bone Iesu: quia sine te nullus ascendit. Nam tu es via, veritas, & vita. *Subit ergo in montem Iesus, & sedebat ibi cum discipulis suis.* Chrylōstomus, Ad vacādum cōtēplationi fugienda est multitudo, & eligendus est locus solitarius. *Erat autem proximum paschæ.* Beda, Circa hoc festum paschæ Ioānes Baptista fuit decollatus. Et postea an-

no sequenti in festo paschæ Christus fuit crucifixus. *Dies festus Iudæorum,* hæc autē festiuitas erat celeberrima: quia tunc liberati fuerant à seruitute Aegyptiaca. Exo. 12. Habebitis hūc diē in monumentū, & celebrabitis eum solennē domino in generationibus vestris cultu sempiterno. Et benē dicit: quod eras dies festus Iudæorū, quia Iudæi tēpore illo celebrabant festiuitates, nō ad Dei honorē, sed magis propter vanitates & comestationes. Propter hoc dicit eis Deus Isa. 1. Iniqui sunt cœtus vestri: Kalēdas vestras & solēnitates vestras odiuit anima mea. Dixi secūdo tangitur miraculi expediēs oportunitas. De quo subdit: *Cū subleuasset oculos Iesus.* Sciendū, duplex est oculus Dei, s. sapiētiæ & gratiæ. Primū oculū non aperuit ante legē, sed tēpore Moyſi cū legem dedit. Secūdū oculum, s. gratiæ aperuit tempore natiuitatis & paschonis suæ. De quo Ps. 10. Oculi eius in pauperē respiciunt: sed potest esse tertius oculus dei, s. iustitiæ quē adhuc habet clausum: aperiet autē tēpore iudicij. Psal. 33. Vultus domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriā eorum. Et tali oculo, Matr. 22. vidit hominē non vestitū veste nuptiali, &c. Ideo subdit: *Et cū vidisset quia multitudo magna venit ad eum.* Lira, Qui in tantū desiderabāt audire Christū, q̄ etiā sine alimento sequebantur eum. Et dicit Matr. 14. q̄ turba expectāuit tota die vsq; ad vesperam. propter quod necessariū fuit fieri hoc miraculum. Ideo subdit: *Dixit ad Philippum: Vnde ememus panes vt manducent hi?* Non querit ignorans, sed querit sicut Gen. 3. Adam vbi es? & Gen. 4. Vbi est Abel? Ibi querit vt illi cognoscerēt reatū suū, hic verō vt ex re spōsione Philippi eo certius appareat miraculū. Ideo sequitur: *Hoc autem dicebat tentans eum,* nō quasi ignorās, sed vt defectus aliis ostēderetur, sicut Gen. 22. Tentauit Deus Abraham, s. vt eius obediētia aliis manifestaretur, propter quod sequitur: *Ipse enim sciebat quid esset facturus,* quia inquantū Deus omnia cognouit ab æterno. Hebr. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. *Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorū panes non sufficiunt eis,* quasi diceret, Pauperes sumus, tantam pecuniam habere nō possumus, & si haberemus nō sufficeret pro eorū refectōne. Ideo subdit: *Vt vnusquisque modicū quid acciperet.* Alchuinus: Considera imperfectionem Philippi, non aspiciēbat ad virtutem eius qui de aqua vinum fecerat, nec alia signa. *Dicit ei vnus ex discipulis eius Andreas frater Simonis Petri.* Hic videtur habuisse respectum ad multiplicationem

panum factam per Helisæum 4. Reg. 4. vbi quidā detulerat ad Helisæum viginti panes hordaceos quos præcepit apponi centum viris dicens: Hæc dicit dominus, comedet & supererit, quod & factum est. Ideo subdit: *Est puer vnus hic.* Iste dicitur fuisse sanctus Martialis, qui habet *quinque panes hordaceos & duos pisces.* Chryl. Considera eorum parsimoniā quod vtebantur cibo iumentorū, & nō dixit eos habuisse carnes, sed pisces, nec corū copiā, sed duos tantum. Ideo spiritali cibo inhæserunt in tantum q̄ corporalem contempserunt. Et subdit: *Sed hæc quid sunt inter tantos?* quasi dicat: Si multiplicarentur etiā eo modo quo per Helisæum, adhuc esset valde modicum in hac multiplicatione. Dico tertio tangitur sufficiens largitas diuini beneficii, dicens, *Facite homines discumbere,* i. ordinate sedere ad manducandum, quasi diceret: Consilium humanum subuenire non potuit, nec adiutorij præstabat: vos confessi estis inopiam, sed modò cognoscetis Dei virtutem. *Erat autem fenū multum in loco.* Theophilus: Fenum dicitur herba viridis. Erat enim pascha, quod quarta decima luna mensis aprilis celebratur, vbi terra germinat & arbores florent, & sic erat locus aptus ad sedendum. *Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque millia,* sed in modum Hebraicum soli hic numerantur viri à viginti annis & supra, & habetur Num. 1. Sed mulieres & pueri tacentur. Hoc autem dicit euangelista vt appareat maius miraculū. Considera hic obedientiam apostolorū. Non dixerūt ad quid debent sedere & vnde debent refici: sed mandatum humiliter impleuerunt, sperantes q̄ qui parauerat olim mensam in deserto: nūc etiam in solitudine turbas reficeret. *Accipit ergo Iesus panes.* Sed diceret, quare non creauit nouos panes. Respondetur q̄ prima causa huius secundum Theophilum est vt confundat errorem Manichæi dicentis corporale substantiam esse malam: quia à malo Deo, i. diabolo fit creata. Si creatura illa esset mala, nequaquam Christus qui est bonus mala multiplicasset. Quinq; alias causas assignat Chry. Prima est, quia ideo creaturis vititur ad miraculū, ne videretur esse alienæ ab eius sapientia. Secūdo vt ostendat se virtualiū largitorē. Ps. 135. *Qui dat escam omni carni.* Tertio ideo panes multiplicat, vt ostēdat se esse eū qui in principio dixit, *Germinet terra herbā virentem & facientem semen.* Gen. 1. Pisces verò multiplicat, vt probet se esse illū qui in principio omne animal aquaticum produxit. Quarta ratio est vt

per

per hoc ostēdat se esse dominū terræ & maris. Quinta ratio est in exēplum: q̄ si etiam pauca habemus: eo libenter indigentibus tribuamus. Tob. 4. *Si multum tibi fuerit, abūdanter tribue, si exiguū tibi fuerit, libēter illud impartiri stude.* Considerandum est, vt dicit Chrylost. q̄ iussu apostoli dare quinque panes non murmurant dicentes: Vnde mitigabimus famem nostram? sed statim obediunt. Deinde ostendit quid egerit Christus: *Cum gratias egisset.* Gratias egit Deo patri secundū naturā assumptā, qui virtute deitatis est omnis gratiæ distributor. In hac autē gratiarum actione primò Christus suā humanitatē & paternā reuerentiā inuit. Secūdo inde, vt dicit Chryl. erudit nos nō prius tāgere mensam donec gratias egerimus ei qui dat nobis cibū in tēpore opportuno. Sciendū est q̄ alij tres euāgelistæ omissa gratiarum actione dicūt q̄ Christus tria fecit, quia respexit in cælum, deinde benedixit panes, & postea eos fregit. Quæ tria Ioannes breuiter cōplectēs dixit: *Cum gratias egisset distribuit,* respexit in cælū vt dicit Chry. Et q̄ credēdū erat Christū venisse à patre, facturus miraculum aspexit in cælū, nō propter indigentiam quasi auxilio indigeret, quia patri in diuinitate æqualis erat ad operandū miracula. Benedixit panes. Benedictio autē Dei secundū Aug. nihil aliud est quā diuersorū bonorū collatio & eorundē multiplicatio. Sicut igitur in principio mūdi omnes creaturas benedicēs, contulit illis naturalē virtutē vt ex se inuicē naturaliter multiplicarētur: Ita nūc q̄ multitudo panis erat mirabilis, necessaria fuit singularis benedictio. Et istā benedictionē Christus aliquibus verbis expressit quib. & sanctificauit & multiplicauit creaturā. Sed euāgelistæ tacēt illa verba, q̄a fortē fatiatuē pro nobis fecit vt discamus q̄ in principio mēsa cūm frāgere debemus panē, debemus offerre & elicere super ipsum benedictionē supernam: vt creatura sanctificetur prius per verbū dei & signo crucis. Nā ppter hoc in homines diabolus sibi vsurpauit potestātē in reb. istis corporalib. ordinatis ad necessitatē hominis. vt per eas ipsi homini noccat. Vnde Chry. sup. Mat. Causa inquit, sanctificandarū escarum hæc est: quoniā totus mūdus in maligno positus est. Vnde etiā res corporales quæ sunt magna pars mūdi in maligno sunt positæ. Consequēter etiā infantes quādo nascūtur, quātū ad carnē in maligno sunt positi. Et ideo oportet res cor-

porales benedicere vt expellatur nocentū: quod venenū peccati prestitit. Quod primò benedixerit, ad hoc facit exemplū S. Benedicti qui benedicēs vas in quo erat venenū mixtum vino, ipsa benedictione facta vas cōtractū est. Itē exemplum sanctimonialis quā obsedit diabolus lactucā comedentis pretermissa benedictione. Dicitur etiam q̄ dominus panes benedictos fregit, vt frustatim primò diuiderētur, & distribui discumbentibus. Hęc autē distributio per apostolos facta est. Vnde in Mattheo dicitur: Dedit discipulis panes, discipuli autē turbis: *Similiter ex p̄ s̄. s̄. b̄. quantū volebāt.* Vbi attendenda est abūdantia cœlestis beneficij. Quæritur quomodo ista multiplicatio panū & pisciū facta fuerit. Ad hoc respondet Hylarius tertio de Trinitate, dicēs: q̄ nec sensus, nec visus profectum tam cōspicibilis operationis assequitur. Est quod nō erat, videtur quod nō intelligitur, vnde solūm superest vt deus omnia posse credatur. Sed tūc vt dicit Hier. Frāgente domino panē facta est multiplicatio partiuū. Item secundū Chryl. etiā ipsi panes augebātur in manibus discipulorū ministrantiū. Itē secundū Hylariū, In manibus sumentiū & in mensa crescebat panis substantia. Sed hoc videtur multū mirabile secundū Hylarium: q̄ in manibus frangentiū nō minueretur: sed dato vno fragmēto alterū succederet. Et dicēdū q̄ non est dubiū quin hoc fuit mirabile: sed tamē Deo nō impossibile: quia nō est impossibile apud deū omne verbū. Sed si adhuc dicerēs, vnde veniebāt partes illius panis quæ succedebāt frangēti & distribuēti. Respondet Aug. dicēs q̄ eadem virtute qua Deus multiplicat ex paucis granis segetes, eadē potestate multiplicauit hos quinq; panes & duos pisces. Nam illi quinq; panes erant quasi semina, nō quidē terræ nascentia, sed ab eo qui terram fecit multiplicata. Sed dicerēs, Bene habeo cuius virtute hoc factum est. Sed ego quæro vnde productæ sunt partes illę huic iusmodi multiplicationis. Si dicatur q̄ Deus præexistētem materiā conuertit in substantiam panis, sicut humor terrestris cōuertitur in substantiam carnis: tunc certē Deus non fatiauit illam multitudinem ex solis quinq; panibus substantialiter: sed magis ex altera substantia, quod videtur contrarium euangelio. Et ideo dicit magister in sententiis lib. secundo, di. 18. q̄ illa substantia panis diuina virtute in se multiplicata est, sine alicuius alterius additamento, quod quomodo fieri potuerit excedit inuestigationem humani intellecte

intellectus, vt dicit Hilar. Tertio, de recollectione mēsa: *Vt autem impleti sunt. Psal. 77. Manducauerūt & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis. Dixit discipulis suis: Colligite quæ superauerunt fragmenta ne pereant.* Quod ideo precepit vt dicit Chry. ne phantasma crederetur quod factum est: quia ex collectione fragmentorū magna apparet certitudo miraculi: *Ne pereant.* Non enim sunt abiicienda quæ superfluit mēsa: sed pauperib⁹ erogāda. *Collegerūt ergo & impleuerūt duodecim cophinos fragmentorum.* Est autem cophinus corbus factus de iuncis vel foliis palmarū cōtextis ad seruilia opera. Cophinis enim, vt dicit Alchui. seruilia implentur officia. *Et quinq; panibus & duobus piscibus quæ superauerunt in his qui manducauerūt.* Vnde secundum Theophil. Addiscamus non esse tenaces in dandis eleemofynis: quia Deus abūdātius tribuit. Quarto inde tangitur laus subsecuta diuinum beneficium. Sed sciēdum quod nihil dignū Deo possumus tribuere pro beneficiis acceptis. Primò quidē, quia omnia nostra ipsius sunt. 1. Paral. 29. *Tua domine sunt omnia: & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi.* Secūdo, quia dicit Psal. 15. *Bonorum meorum nō eges.* Tertio, quia eius beneficia excedunt nostrā facultatem Psal. *Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Sed tamē vult Deus à creatura laudari, in quo nō ipsi sed creaturæ proficit.* Vnde attenditur quales reddere debent Deo grāias homines refecti. Illi ergo homines cū vidissent quod fecerat signum, vnde ipsius declarabatur omnipotētia, dicebāt laudādo & glorificādo: quia hic est verē propheta. Secundum Aug. dicitur propheta, quia dominus prophetarū est propter tria. Primò quidem, quia omnes prophetæ acceperunt de spiritu eius vt præuiderent futura. Ipse verò in seipso omniū habet cognitionem. Io. 16. *Nunc scimus quia scis omnia.* Secundò, quia Christi cognitio est æterna: prophetæ verò cognouerunt in tempore. Tertio, quia omnis prophetia terminatur ad Christum. Act. 4. *Huic omnes prophetæ testimoniū perhibent de spiritu qui venturus est in mundum, scilicet ad redemptionem humani generis: & vt nos ad cœlestia regna perducatur, quod nobis præstare dignetur, &c.*

DE EODEM, ENARRATIO XLVIII.

Accepit Iesus panes, &c. Ioan. 6.

Ista dominica vocatur dñica de rosa triplici ratione. Prima est literalis quā ponit Innoc. lib. 3. Est enim quoddam consol

consolatoriū & recreatoriū populis continuo ieiunio fatigatis: Dicit enim Cato: Interpone tuis interdū gaudia curis. Quod caret alterna requie durabile nō est. Ideo dicit dīctus Innocētius: Ne populus propter asperitatē quadragesimalis obseruatiā: sub cōtinuo labore deficeret, in hac mediana dominicā rosā solatiū interponitur vt anxietas tēperata melius sufferatur. Secūda ratio spiritualis, in ipsa enim rosa sunt tria. Est enim facta de auro: intus verō ponitur muscus & balsamū. Et ideo significat Christum, in quo sunt tres subitātia, s. caro incorrupta, quæ significatur per aurū: anima odore omnīū virtutū plena, quæ significatur per muscū: & diuinitas preciosissima, quæ significatur per balsamū. Qui ergo vult pœnitentiā quadragesimalē leuiter ferre: debet hāc rosam in corde suo portare. Tertia ratio est moralis, per hoc enim datur intelligi, quia per ieiuniū & per pœnitentiā vitiōrū spinæ conuertuntur in rosam virtutum: ita q̄ qui prius erat libidinosus efficitur castus, qui prius erat superbus efficitur humilis & māfuerus. Qui prius erat gulosus efficitur sobrius. Isa. 35. In cubilibus in quibus prius dracones habitabāt orietur viror calami & iunci. &c. quia in cordibus peccatorū, in quibus prius habitabāt dæmones per exercitia vitiōrū, orietur per pœnitentiā viror virtutū. Secūdo hāc dominica vocatur dominica de panibus, ex eo q̄ Christus quinq; millia hominū de quinq; panibus satiavit. Sicut autē tunc satiauit illos de quinq; panibus corporaliter: sic quotidie reficit fideles de quinq; panibus spiritualiter. Primus est panis pœnitētiālis: & iste conficitur de tribus farinis, quarū vna tota est amara, alia est tota dulcis, tertia est dulcis & amara. Verus enim pœnitēs debet habere timorē, amorem & sp̄. Timorem quidem debet habere de cōsideratione pœnæ æternæ, & ista farina est amara. Ezech. 12. Fili hominis panem tuū in conturbatione comede. Multum enim pœnitens debet timere & cōturbari, quādo considerat horribiles pœnas inferni. Iob 21. Quando recordatus fuero pertimesco, & cōcutit carnem meā tremor. Secundo pœnitēs debet habere amorē de cōsideratione cœlestis gloriæ: & ista farina tota est dulcis. Nihil enim dulcius quāam Dei gloriā mente conspiciere, & ipsam considerare. Psal. 30. Quā magna multitudo dulcedinis tuæ domine, &c. De isto pane dicitur Luc. 14. Beatus qui manducabit panem in regno Dei. Tertiō pœnitens debet habere sp̄em de cōsideratione

ratione peccatorum & veniæ. Et ista farina dulcis & amara est. Amara quādo cōsiderat peccatorū multitudinē. Isa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Dulcis quādo habet sp̄em de venia obtinēda. Prou. 14. Cor quod nouit amaritudinē animæ suæ. Ecce amaritudo culpæ: in gaudio eius nō miscetur extraneus: Ecce gaudium pro venia. Secūdus est panis sacramēntalis, quē in festo paschæ recepturi sumus. Et iste panis fuit formatus in arca virginali, s. de farina æterna, i. de deitate sempiterna. De farina antiqua, s. de carne ab Adā tracta: & de farina noua, i. anima de nouo creata. Iste panis sic formatus triplici igne fuit excoctus, s. igne amoris: de quo dicitur Luc. 12. Ignē veni mittere in terrā: & quid volo nisi vt ardeat? Et isto igne amoris ipse fuit inflāmat: quia propter amorē nostrū fuit passus. Io. 15. Maiorē hac dilectionē nemo habet, &c. Similiter igne doloris fuit inflāmat. Thren. 1. O vos omnes qui trāstis per viā, attēdite & videte si est dolor, sicut dolor meus. Et igne passionis Psal. 16. Igne me examinasti: & nō est inuēta in me iniquitas. Idē Psal. 101. Ossa mea sicut cremiū aruerunt. Iste panis fuit formatus, & sic decoctus de quinq; partibus vulnerū: & fuit incisus, vt primum vulnus nos patri recōciliaret. Secūdū cœlestē ianuā aperiret. Tertiū ruinā angelorū repararet. Quartū s̄ctos patres de limbo reduceret. Quintū dæmones subiugaret. Tertius panis est materialis, quē quotidie petimus in oratione dicētes: Panē nostrū quotidianū da nobis hodie. Istū panē cū pauperibus debemus cōmunicare si volumus, quōd nostra ieiunia sint Deo grata. Vnde postquam dixit dominus. Isa. 58. Nōne hoc est ieiuniū quod elegi, subdit: Frāge esuriētū panē tuū, &c. Dicit enim Petr. Raue. quōd eleemosyna est in ieiunio, sicut oleū in lucerna. Sicut enim lucerna extinguitur, quādo oleū deficit: sic ieiunij meritū perditur cū eleemosyna subtrahitur. Greg. Talia sunt sine charitate nostra ieiunia, qualis est sine oleo lucerna accensa: fumigare quidem & fœtere potest & lucere non potest. Et etiam sicut sol dici. Sicut enim sol nubes excellit & glaciē dissoluit: sic eleemosyna peccata extinguit. Eccl. 3. Eleemosyna enim patris non erit in obliuione. Et sicut in sereno glacies soluitur: sic in eleemosyna soluentur peccata nostra. Est etiam eleemosyna ieiunio, sicut anima corpori. Sicut enim anima corpus viuificat: sic eleemosyna ieiunium grauitat. Et si-

cut corpus moritur cum anima recedit, sic ieiunij meritum perditur cum elemosyna deficit. Quartus est panis infernalis, qui cōficitur ex peccatis. De quo pane dicitur Pro. 13. Comedunt panē impietatis: & vinū iniquitatis bibūt. Nihil enim proderit abstinere à cibo & pane materiali, cum non abstineatur ab ipso pane peccati. Vnde dicitur Isa. 58. Nonne hoc est ieiunium quod elegi? solue fasciculos deprimētes. Quidā libri habēt impietates colligātes, q̄a quidā ex mala cogitatione cadunt in delectationē, de delectatione in cōsensum, de consensu in opus, de opere in cōsuetudinem, de consuetudine in necessitatē peccandi. Hi habent etiā fasciculos peccatorū deprimētes: quia cum deberent de isto fascio peccatorū diminuere, semper volunt peccata peccatis addere. Legitur enim in Vitis patrū quod S. Arsenius ostēdente sibi angelo vidit tres viros, vnū qui fascē lignorum in nemore faciebat, & super sarcinā tāta ligna addebat donec ferre nō poterat. Alius infundebat aquam in cisternam perforatā quæ tota effluebat. Tertius quidem trabem non per longū, sed in trāsuersum in quandam ecclesiam ducere volebat. Exposuit autē ei angelus hanc visionē, quod primi sunt, qui peccata peccatis addunt cum deberēt diminuere. Eccl. 17. Precare corā domino, & minue offendicula. Secūdi sunt qui habent cor suum per diuersa crimina perforatum: ita quod quæ opera de genere bonorū faciunt, omnia perdunt. Agg. 1. Qui merces cōgregauit, misit eas in saccum perforatū. Tertij sunt superbi qui nolūt ire rectē, sed trāsuerſinec volūt se inclinare, sed eleuare. Et ideo cum porta sit angusta, in domum cœlestem intrare nō possunt. Mar. 7. Quā angusta est via quæ ducit ad vitam. Quintus panis est cœlestis, quē sancti manducabunt in mensa cœlesti: Luc. 22. Et ego dispono vobis, sicut pater cœlestis disposuit mihi regnū, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Ex quibus haberur quod illud conuiuū habebit ministrantis nobilitatē cum dicit: Ego nō alius, non Angelus, non Petrus Apostolus, non alius sanctus, sed ipse Christus. Eiusdē 12. Amen dico vobis quod præcinget se, & faciet illos discubere: & tranſiens ministrabit illis. Habebit conuiuantium ordinabilitatem cum dicit: dispono, i. in diuersis mensis pono: Nam in vna mensa erunt patriarchæ, in alia prophetæ, in alia apostoli, in alia martyres, in alia cōfessores, in alia virgines. Beata autē virgo habebit vnā mensam

per

per se à dextris filij collocatam. Ioan. 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Habebit etiam in illo conuiuio plenam satietatem: ideo dicitur, Vt edatis & bibatis. Can. 5. Comedite amici mei & bibite & inebriamini charissimi. Habebit mensæ nobilitatē: quia in eadem mensa sedebunt cum Deo. Ideo dicit, super mensam meam. Psal. 127. Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Habebit loci amœnitatem. Ideo dicit, in regno meo. Num. 24. Quā pulchra tabernacula tua Iacob, & tētoria tua Israel, vt valles nemorosæ, vt horti iuxta fluuios irrigui.

DE EODEM, ENARRATIO XLIX.

Est puer hic vnus habens quinque panes hordeaceos, etc. Io. 6.

Puer est Christus à quo quinque panes habemur: videlicet **P**naturæ, doctrinæ, pœnitentiæ, eucharistiæ & gratiæ. Primus est corporalis. Secūdus est doctrinalis. Tertius est pœnitentiæ. Quartus est sacramentalis. Quintus est spiritualis. De primo Gen. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Pro isto pane parū sudant vsurarij & alij qui adulationibus & detractionibus & periuriis, imò & emptionibus & multis mēdaciis victū acquirunt. Pro. 20. Suavis est homini panis mēdacijs: & postea implebitur os eius calculo, i. lapide igni 10. Dicit gl. De isto pane, s. corporali colliguntur fragmenta elemosynarū. Isa. 58. Frange esurienti panē tuum, &c. Frange, s. esuriētibus in mūdo. Tob. 4. Panē tuum cū esuriētibus & egenis comede, &c. Et in purgatorio, Neemiæ 8. Mittite partes eis, qui nō pręparauerunt sibi. Et in cœlo. Esuriunt enim sancti elemosynā, & alia bona opera nostra. Et maxime Christus, Matt. 23. Esuriui & dedistis mihi māducare, &c. Greg. Ad tribuēdū pigri nō sitis: quia hoc quod in terra iacti porrigitis, sedēti in cœlo datis. Sic habes quasi trium sportarū fragmēta. De secundo Eccl. Cibauit illū pane vitæ & intellectus, &c. Sicut autē pater familias eiicit eum de familia, qui otiosē comedit panē suū: sic & Christus. Otiosē autem comedit panem qui doctrinā intelligit & non facit, Contra quos Prou. 31. Panē otiosa non comedit. Vide quomodo hordeacus est qui nō otiosē, sed cū labore comedēs est. Istius panis quasi trium cophinorum fragmēta sunt credendorum, fugiendorum, agendorum documēta. Vnde aliquando dictum est Threnorum 4. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Modo autem iste panis frāgitur paruis & magnis plus quā velint. De tertio dicit

Psal.

Pfal. Cibabis nos pane lachrymarū, & potū dabis nobis in lachrymis in mēſura. Sed quia pœnitētia & auſtera vita ſæpe corrūpitur per fermentū vanæ laudis vel admixtæ carnalitatis vel ſexuillis timoris, quando ſolum timore gehennæ fit pœnitētia. Vnde dicitur Deut. 16. Septē diebus comedes abſq; fermento afflictiōis panē. Septem diebus, i. ſemper: omne enim tēpus ſeptē voluitur diebus. De iſto pane ſunt fragmenta cōtritionis, confeſſionis, & ſatiſfactionis, quaſi trium ſportarū. Hunc panē dat dominus per prælatos pœnitētibus inducēdo eos ad contritiōē & iniungendo pœnitentiā. Pauci vero ſciunt frangere vel nolunt hunc panē. Ier. 16. Non frangent inter eos lugenti panē ad conſolationem ſuper mortuo. De quarto dicitur 1. ad Cor. 11. Quicumque manducauerit panē & biberit calicē domini indignē, reus erit corporis & ſanguinis domini. Timendū eſt valde verbū hoc, vide ergo quomodo panis hordeaceus non ſolum in dolore de memoria paſſionis Chriſti, ſed etiā in dolore de peccatis, quaſi agnus cum lactucis comedēdus eſt. Qui hunc panē nō indignē vult comedere, debet ſicut ouicula māſuetē & innocētē viuere. Vnde de ouicula pauperis quā diues ſibi abſtulit, dicitur 2. Reg. 12. quōd erat de pane illius comedēs, & de calice bibēs. Pauper enim Chriſtus eſt qui paucas oues habet: diues eſt diabolus q̄ habet oues & boues vniuerſas, in ſuper & pecora cāpi. Iſtius panis fragmenta ſunt tres partes hoſtiæ fractæ. 1. Cor. 10. Panis quē frāgimus nōne participatio corporis Chriſti eſt? Dñs etiā hūc panē benedixit & fregit. Quid autē ſignant illæ tres partes dicitur in ſentētiis. Poſſumus etiā dicere q̄ tres partes ſūt: quia hoc ſacrificiū offertur ad honorē ſanctorū in cœlo, ad ſalutē viuorum in mundo: vnde ſacerdos dicit, vt illis proficiat ad honorē, nobis autē ad ſalutem ſempiternam. Et ad ſolutionē pœnarum in purgatorio: ideo dicitur notāter & ſanctorū & viuorum & mortuorū. De quinto dicitur Pſal. 103. Panis cor hominis confirmat. Iſtum panē timor, ſollicitudo facit hordeaceum. Ber. Time cū adſit gratia, time cū abierit, time cū denuō redierit. Sed quis vixit vquam dormientē comedere: ſic tu niſi de ſomno ſurrexeris peccatorū, pane gratiæ non paſceris. Vnde bene dicitur 2. Reg. 19. quōd angelus Eliam bis de ſomno excitauit vt comederet panem, in cuius fortitudine quadraginta diebus ambulauit. Excitatur homo bis: primo per timorem gehennæ,

hēnæ ſecūdo per amorē gloria. Iſtius panis fragmenta ſunt varia gratiarū dona. Luc. 24. Cognouerūt cum in fractione panis, &c. Quæ fragmenta per duodecim cophinos diuiditur vt plena ſint opera noſtra. Sine eū gratia dei nō ſunt plena. Apoc. 3. c. Non inuenio opera tua plena coram. Deo meo.

DEEODEM, ENARRATIO L.

Eſt puer vnus hic habens quinque panes hordeaceos. Io. 6. cap.

Hordeacci panes ſignare poſſunt auſteras reſectiones quas habet anima fidelis de doctrina legali, vel de pœnitētia medicinali, vel de diſciplina ſiue continētia ſenſuali, vel de pœna dominicali. Iſta enim licet hordeaceam habeat aſperitatē, reſciant tamen animā & confortant. De primo Deu. 8. Nō in ſolo pane viuunt homo, ſed in omni verbo quod egreditur de ore Dei. Legitur. Dan. 10. q̄ Abac. intriuerat panes in alueolo, & ibat in cāpum vt ferret meſſoribus, quos tamen portauit Danieli duſtu angelico in lacū ſeptē leonum. Panū intritio eſt ſcripturarū expoſitio in cordis alueolo. Malū autem eſt ſignū cū infirmus abominatur panē. Iob 33. Abominabilis ſit ei in vita ſua panis. Lacus eſt mūdus, leones ſunt dæmones. 1. Pet. 5. Tāquā leo rugiēs circuit quærens quē deuoret. Septē leones ſunt vitiōrū capitaliū principes. Quicumq; ergo in mundo eſt, ipſe in lacu leonum eſt. Sed nota q̄ hic quinque panes doctrinæ legalis ſunt quinque verba, quibus tota cōprehenditur ſcriptura. Quæ ſunt hæc, Crede, fuge, age, time, appete. crede in Deū, fuge vitia, age bona, time ſuppliciū, appete præmiū. 1. Cor. 14. In eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui, vt & alios inſtruam q̄ decē milia verborū in lingua. De ſecundo, Pſal. 41. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Aug. Da mihi domine in hoc exilio panē doloris & lachrymarum, quem eſurio ſuper omnem copiā deliciarum. Hic eſt panis qui per coruum miniſtratur Helix in torrēte Carith, ſicut legitur 3. Reg. 17. Torrens contritiōnem ſignat. Thren. 2. Deduc quaſi torrentem lachrymas per diem & noctem. Per coruū autē nigrū & clamoroſum ſignatur cōfeſſio peccatorum. Hic coruus figuratur Gen. 8. Aperta oris fenestra emittitur de arca conſtrata, & hic miniſtrat tibi panem reſectionis pœnitentiæ ſedente te in torrente plorant. Plora ergo o peccator. Auguſtin. Qui enim ſe cognoscunt ſicut ſemper peccant, ira ſemper plorant: vitam enim ſuam quæ tota eſt tentatio ſuper terram plorant. Sed hi quinque

Quadrag. Theſ.

X

panes sunt quinque partes pœnitentiæ, videlicet contritio, cõfessio, oratio, ieiuniũ, & eleemosyna. De tertio signatum est Iudicũ 7. vbi legitur q̄ panis subcinericius castra Madian subuertere per somniũ videbatur. Castra Madian sunt sensus nostri, qui vtiq; Madianitæ sunt q̄ interpretatur cõtradicientes, contradicunt enim frequenter rationi. Ps. 54. Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate. Vnde in castris inimicorũ habitant animæ nostræ in sensibus constitutæ. Panis ex hordeo factus est rigor disciplinæ & continentia sensus cõtradicientes cohibens. Eccl. 32. Panis & disciplina & opus seruo, i. sensui vel corpori. Qui panis etiam subcinericius dicitur: quia per igne recordationem nostræ incinerationis futurę sensus ab illicitis cohibemus. Sed hic nota: quinque panes sunt quinque sensu disciplinæ siue continentia. Aug. Contineendus est animæ appetitus à voluptate auris & oculorũ, à voluptate olfaciendi, rãgendi & gustandi. Tali continentia anima pascitur & tanquã panibus cõfortatur. De quarto dicitur mulieri colligenti duo ligna. 3. Reg. 17. Fac de ipsa farinula subcinericiũ panẽ paruulũ. Duo ligna crucem signant. Ier. 11. Mitramus lignũ in panes eius, & eradamus eũ de terra viuentiũ. Farina est granum contritũ. Granũ autẽ Christus. Io. 12. Nisi granũ frumẽti cadẽs in terrã mortuũ fuerit, ipsum solum manet, si autẽ mortuũ fuerit, multũ fructum affert. Qui cõtritus est per passionẽ. Isa. 53. Attritus est propter scelera nostra. Mulier ergo, i. ecclesia vel anima, colligens per fidẽ & deuotionẽ duo ligna crucis de farinula panẽ facit, quando de passione Christi se reficit. Panis iste paruulus est, quia per passionẽ Christus minutus & humiliatus est. Ad Phil. 2. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortẽ. Subcinericius est quoq; : quia sub cinere amarę passionis Christi memoriter coctus est. Ps. 101. Cinere tanquam panem manducabã. Sed nota q̄ quinque panes quinque vulnera Christi sunt, quæ multum reficiunt animã deuotam, qui non solum sunt animæ hordeasee per passionẽ, sed etiam oleati & mellici per deuotionem Bern. Foderunt manus eius, & pedes eius, & latus lancea perforauerunt. Per has rimas licet mihi suggerere mel de petra, oleũq; de saxo durissimo. De omnibus his variis panibus intelligi potest, quod Dauid ad Abimelech dixit, 1. Reg. 16. Si quid habes ad manducandum, vel quinque panes da mihi, aut quicquid inueneris, &c.

DI

DE EODEM ENARRATIO LI.

DE EPISTOLA.

Illam autem Ierusalem quæ sursum est, libera est, quæ est mater nostra. Ad Galatas quarto.

Quando aliquis crucem transmarinam assumpsit, & proponit in terra sancta remanere, valde libenter audit bona de terra illa, & magnum solatium in talibus verbis recipit. Sic multi nostrũ crucem pœnitentiæ assumpserunt in hac quadragesima, proponentes ire in illam cœlestem Ierusalem. Tales enim sunt verè peregrini, singulis enim diebus post assumptionem pœnitentiæ dietam vnã fecerunt peregrinationis suæ. Hæc peregrinatio in hoc est excellenter aliis, quia propter hanc sunt alia. Et si hæc non fiat, alia parũ valent. Beati sunt illi qui iam assumpserunt si peruerant, vñ autem illis qui nondũ assumpserunt, cum tamen rex cœli hoc tẽpore crucem assumpsit. Ioã. 19. Balaam sibi crucem exiuit in eũ qui dicitur caluarie locũ. Et nullũ reperit de familia sua nisi qui illã crucẽ assumit. Mat. 10. Qui non accipit crucem suam & sequitur me, nõ est me dignus. Ecclesia autem ad solatiũ eorũ, qui iam pœnitentiæ crucem ceperunt, & ad prouocandum eos, qui nondũ assumpserunt, ut assumant commendat cœlestem Ierusalem, dicens, *Illam autem quæ sursum est Ierusalem.* Hodie appropinquit nuntius de cœlesti Ierusalem, id est apostolus & nuntiat bona, scilicet q̄ Ierusalem libera est & mater nostra, id est regio & patria. Quia naturaliter quilibet diligit & desiderat patriã suam. Et sic nos cœlestem patriam. August. Fecisti nos domine ad te, inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. Heb. 13. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Ideo non desideremus diu viuere in hoc mundo. Quod figuratur Genes. 28. Isaac ait ad Iacob: Noli accipere coniugem de filiabus Chanaan, sed vade in domum Batuelis patris matris tuæ, & accipe tibi inde vxorẽ de filiabus Laban. Spiritualiter Laban interpretatur candidatio, & significat Deum, hic habet duas filias Rachel & Liam, id est gratiam & gloriam. Ps. 83. Gratiam & gloriam dabit dominus, gloriam videlicet per contemplationem. Fortunatus in homilia, Nequaquam deus se animæ applicaret, nisi se in contemplatione erigeret, ideo sume crucem pœnitentiæ. In summa verborum epistolæ huius duo inuuantur. Primo ponit sensum historicum & literalẽ, ibi,

X 2

Frates scriptum est Secundo subdit sensum allegoricū, mysticū seu spiritualē, ibi, *quæ sunt per allegoriam dicta*. De primo dicit: *Frates scriptū est*, s. Gen. 16. & 31. *Quoniā Abraham duos filios habuit*, s. Ismaēlem & Isaac. Sed diceret, tamen habuit plures quā duos, ut patet Gen. 25. ergo hoc est insufficienter dictū. respondetur, verū est: plures habuit quā duos, sed illi duo fuerunt principales. quos scriptura cōmemorat ppter figurā sequentē, s. electorum & reprobōrū, qui per illos figurantur. Ideo subdit, *unum*, s. Ismaēlem, *de ancilla*, s. de Agar, quæ fuit ancilla Saræ. Gen. 15. *Et unum de libera*, i. de Sara, s. Isaac. Nam Sara erat libera, quia neptis Abrahā & filia fratris sui. Sed diceret, quare Abraham habuit duas vxores, cū hoc sit contra legem naturæ & contra primam institutionem coniugij? Respondet magister in quarta dist. 33. pro varietate tēporum varia inuenitur dispositio conditoris. Primo fratres sororibus sunt iuncti, sed post hoc cognatis iuncti, post hæc penē omnes falsis diis adhæserunt, & paucis permanentibus in vera fide, consultum est à deo plures vni coniungere, ne cultus dei deficeret. Aug. Antiquis patribus illud non erat peccatū, quia non gratia lasciuiendi sed gignēdi fecerunt. Sed diceret, Hoc etiā faciā. Respondetur nō, quia tunc non erat contra præceptū ut modō. Etiam respondetur quod deus ex rationabili causa dispensauit cū antiquis patribus ante legem & post legē, & hoc propter multiplicationem prolis ad cultum Dei ædificandæ, erant enim tunc pauci fideles. *Sed qui de ancilla*, i. Ismaēl secundum carnem natus est, i. secundum legem propagationis sine vlla promissione de ipso facta & absque vilo miraculo. Sicut patet Gen. 16. Poterat enim Agar iuuenula naturaliter concipere de Abraham sene. *Qui autem de libera*, supple natus est, s. Isaac per repromissionem, s. diuinam à Deo factam, & cum diuino miraculo, quia pater centum annorum erat & mater nonaginta, ut patet Gen. 18. Sed diceret, quare apostolus dicit tantum Isaac per repromissionem natum, cum etiam legimus promissionem esse factam de Ismaēle, quia in Gen. 16. dicitur, Cū Agar esset in deserto. Sur, tunc apparuit ei angelus domini, dicens, Agar ancilla Saræ vnde venis, aut quò vadis? Quæ respondit, A facie Saræ dominæ meæ ego fugio. Cui angelus, Reuertere, inquit, ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius. Et rursus multiplicans, inquit, multiplicabo semē tuum. Ecce paries filium, & vocabis

his nomē eius Ismael. Hic erit homo ferus, manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum. Responderet quod ista promissio, quādo facta est tūc iam Ismael erat conceptus, promissio verò Isaac facta est antequā conciperetur: ut patet ex verbis angeli positis in Gen. 18. c. Et sic apparet Isaac non secundū consuetudinē humanæ naturæ esse natū, sed per repromissionem ex longæuo patre & vetula matre nonagenaria. Dixi secūdo subdit sensum allegoricū seu spirituale, dicēs, *Quæ sunt per allegoriam dicta*, i. per sensum alterū quā verba sonare videntur. Vnde allegoria est quādo ex vno aliud intelligitur. Vbi nota quod quadruplex est sensus factæ scripturæ. Primus historicus quādo factū narratur sicut est: ut dicit Isid. in lib. etymo. Historia est narratio rei gestæ: Tropologicus sensus est, cum per hæc quæ facta sunt aliqua faciēda mōstrantur. Allegoricus est cum per id quod factum est aliquod futurū intelligitur. Sed anagogicus secundū Aug. est, per quem de supernis & æternis tractatur. Verbi gratia historicè Ierusalem est ciuitas tērena. Tropologicè est anima sancta. Allegoricè militans ecclesia. Anagogicè æterna patria. Hæc enim, s. libera & ancilla sunt, i. significāt duo testamenta. Abraham enim qui interpretatur pater multarū gentiū, significat Deū: qui de duobus testamentis quasi de duabus vxoribus duos populos, s. Iudaicum & gentilem, quasi duos filios generauit. *Vnū quidem in monte Sina*, supple dedit, s. vetus, ut patet Exod. 19. & 20. *In seruitutē generās*, s. populum Iudaicum, qui timore pœnæ Deo seruiebat, & promissione temporalium per occasionem. Quæ, id est, cuius testamēti veteris figura est Agar, i. significatur per Agar. Sina enim mons, i. vetus testamentum datū in monte Sina, est in Arabia, s. minori, i. in humilitate & afflictione, quia humiliabat & affligebat homines. Nam Arabia interpretatur humilitas & afflictio. *Qui mons*, i. testamentum datum, *coniunctus est*, i. per omnia similis est ei quæ nunc est Ierusalem, i. synagogæ vel Iudaico populo. Nam sicut vetus testamentū pœnas minabatur & temporalia promittebat, ita populus Iudaicus timore pœnæ & amore temporalium seruiebat. *Et seruit cum filiis suis*, i. profelytis qui timore pœnæ seruunt legi. Ex his patet quod lex vetus non est seruanda. Tū quia in seruitute generat, tum quia timore pœnæ homines humiliat, tū quia à regno dei alienat, & propter temporalia seruare faciebat, tum quia carnalib. obseruatiis affli-

gebat. Tunc subdit, *Illa autē Ierusalem*, id est ecclesia de gentibus congregata quæ sursum est, s. per affectionem vel spem cœlestium. ad Phil. 3. Conuersatio nostra in cœlis est. Nā ecclesia partim regnat cū Christo, & partim adhuc peregrinatur in terris, s. corpore deorsum, mente sursum. Hęc libera est: quia non ex timore sed ex amore seruit, nō propter temporalia, sed propter cœlestia bona. *Quæ est mater nostra*, id est omnium credentium. Et ecclesia significatur per Sarā. Nam Sara interpretatur carbo. In carbone autem est calor & splendor, & sic in ecclesia feruor charitatis & splendor honestatis. Tropologicē Ierusalem est anima. Primò quia sursum debet esse per affectionē & amorē. non deorsum sed sursum eleuata in spiritalibus & cœlestibus. Colos. 3. Quæ sursum sunt querite, &c. Et hoc ostendit natura hominis, quia erectus est. Augus. Non discrepet cor tuū à facie tua, vt facies tua sursum, cor autem deorsum. Sciendū tria alleuiāt animā sursum. Primū pœnitentia, quia naturaliter leue ascendit, & hoc facit pœnitentia. Euseb. Vnusquisq; fidelium confessione facta sentit se naturaliter alleuiatū. Ratio, quia peccatū grauat. Psal. 37. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput, &c. Secundū est eleemolyna. Ratio, quia ea quæ sunt puriora sursum situantur, impura deorsum. Prou. 15. Cœlū sursum, terra deorsum. Sed eleemolyna purificat. Luc. 11. Date eleemolynā & omnia munda sunt vobis. In seipso mundat à culpa. Ecel. 30. Miserere animæ tuæ placēs deo. Isid. Quid prodest alium pascere, si tamen propria anima pereat fame? In proximo delet à pœna. Tertiū est orationis instātia. Damasce. Oratio est mentis in deū eleuatio, s. quando est feruens. Ps. 140. Dirigatur oratio mea sicut incensum in cōspetu tuo. Secundò Ierusalē interpretatur pacifica, & sic anima debet esse pacifica. Primò cum Deo, sed non sic peccatores sunt pacifici. Isa. 48. Nō est pax impiis dicit dñs. Quia vbi odium ibi non est pax. Eccles. 12. Altissimus odio habet peccatores. Secundò in seipso, & sic non sunt pacifici peccatores. Ps. 37. Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum, scilicet in conscientia. Prouerb. 25. Tecta pestilantia in die frigoris, & litigiosa mulier comparantur. Sed boni. Psalm. Pax multa diligentibus legem tuam. Tertiò cum proximo, Rom. 12. Si fieri potest cum omnibus hominibus pacem habentes, quia aliquando non potest pax fieri cum malis, sed bellum propter deum. Matt. 10. Non veni

mittere

mittere pacē sed gladiū. Pacem, s. cum malis. Aug. ad Bonifaciū: Bellum excitatur aduersus malos vt pax acquiratur. Ideo dicit Apostolus: Quantū ex vobis est, ad ostendendum quod debet esse in præparatione animi, vt homo sit paratus ex parte sua habere pacē cū proximo si expedit. Vel dicit quantum ex vobis est, ad ostendendū quod debeat esse spontanea & nō coacta: vt quis coactus vel timore alicuius mali eminentis pacē seruet. Aug. in libr. de ciuitate Dei: Pax est hominum ordinata concordia. Tertiò dicitur libera, & sic anima. Primò à peccati infirmitate. ad Rom. 6. Liberati à peccato serui facti estis iustitiæ. Peccatū est sicut infirmitas grauissima quæ tollit sensum, gustū & spiritum. Vnde etiam aliquādo infirmitas facit aliquē fatuum & sic peccatum: vnde peccatores fatuis pueris comparātur. Greg. Quid insanius quàm pro modica delectatione carnis se obligare æternis suppliciiis? Prou. 1. Viquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sibi sunt noxia cupiūt: Quartò debet esse fructifera, quia mater nostra est. Ad modū enim matris debet cōcipere bonū propositū & parare opus bonū. Anagogicē per Ierusalem quæ sursum est, intelligitur æterna patria. In hoc quod dicit sursum est, cōmendat eā à situ, & verē est sursum: quia in cœlo empyreo. In hoc quod vocat eā Ierusalem cōmendat eam à pace. Interpretatur enim Ierusalem pacifica vel visio pacis. In hoc quod vocat eam liberā notat eius nobilitatē. In hoc quod dicit eam esse matrem nostrā ostēdit eius charitatē ad nos, eò quod multum debemus de ea sperare & eam amare. Circa primum nota circa hoc quod aliqua ciuitas in alto est sita, solēt tria bona sequi. Primū est mūditiā quā cōstat esse in ea. Vnde Apoc. 21. Nihil coinquinatū intrabit in eā. Zach. 9. Replebuntur electi quasi phialæ in domo domini. Secundum est sanitas quam cōstat esse in ciuitate illa: nullus enim ibi infirmatur vel moritur. Apoc. 2. r. c. Mors enim vltra nō erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra. Tertium est fecunditas: non enim patet accessus hostium quando ciuitas est sita in loco alto. Securissima est ciuitas ista. Nā in mundo isto non est securitas. Boni enim timent ne bonitatē suā perdant. Iob 10. Verebar omnia opera mea sciens quod nō parceres delinquenti. Mali trepidant vbi non est timor. Aug. Timent illud quod nō oportet, amant quod non decet, vanē dolent & vanius gaudent. Ideo ad Colos. 3. c. Quæ sursum sunt querite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ

fursum sunt sapite, non quæ super terrâ. Circa secundû: Aeterna patria dicitur Ierusalem, i. visio pacis. Iuxta illud Isa. 32. Sedebit enim populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia, & in requie opulenta. In mundo isto non est perfecta pax de malis. Hoc patet Isa. 48. Nô est pax impiis dicit dominus. In bonis videtur esse pax. Ps. Pax multa diligentibus legē tuam. Sed secundû veritatem non est illis perfecta pax. Quomodo enim aliquis habet pacē in domo sua qui malam habet vxorem, & quinq; filios querulosos qui nunquā satiātur? Mala vxor caro est quæ litem & bellum habet cum spiritu. Vnde Rom. 7. Video aliā legem in membris meis repugnantem legi mētis meæ. Et ad Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum. Quinq; filij querulosi sunt quinq; sensus. Eccl. 1. Non satiatur oculus visu, nec auris auditu impletur. Sic ergo in nobis pacē nō habemus. Ad proximos etiā non habemus pacem perfectē, cum multa in eis videmus vnde perturbamur. Cum Deo etiam non habemus perfectē pacem: quia eum frequēter offendimus: & quia multa sunt ab eo quæ nobis non placent. Sed in superna Ierusalem erit pax hæc triplex perfectē: quia voluntati Dei in nullo discordabimus, & nihil displicebit nobis in illa sancta societate. Et corporibus nostris dominabitur perfectē. Psal. 36. Et delectabuntur in multitudine pacis. Circa tertium nota eius nobilitatem, cum dicit, *Libera est*. Nota in superna Ierusalem multiplex est libertas. Prima à seruitute tyrannica. Christus enim qui verē Deus est, ibi se habet vt sponsus & amicus. Ioan. 25. Iam nō dicam vos seruos sed amicos: Secunda libertas erit à seruitute peccati, quia ibi erit annus iubileus perpetuus quantum ad electos. In anno enim iubileo omnia libere dimittebantur: vt habetur Leu. 25. Tertia libertas erit à carcere corporis, qui carcer adeo sordidus est, vt per fenestras lutū exeat. De quo carcere Rom. 7. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Psal. Educ de carcere animam meā. Quarta libertas erit à miseria huius exilij. Apoc. 21. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum. Circa quartū in hoc quod dicit. Mater nostra est, ostendit nobis quod ciues huius ciuitatis Ierusalem nos ideo amant vt à nobis amari debeant. Mater enim amat & amatur: amat enim filios suos, quia care comparauit eos. Filij etiam amant matrem ea de causa: quia multa passa est pro eis. Tob. 4. Honorem habebis matri tuæ

tri tuæ omnibus diebus vitæ eius. Memor enim esse debes quæ & quāta passa est pro te in vtero suo. Sic sancti qui sunt in superna Ierusalē multa passi sunt pro peccatoribus. Non tantū dolorē passa est mater tua pro te quantū Christus in cruce. Multum enim passus est Paulus & Petrus, & alij sancti pro peccatorib. Zelus enim quē habebant circa circumcissionē peccatorū eos occidit. Ideo multū sunt diligendi ab his qui sunt in ecclesia militante. Et facta eorum debent in magna reuerentia laudari. Et magnam fiduciam habere debent ad eos sicut filia in matre. Quia apostoli & sancti martyres, atq; prædicatores qui nos præcesserūt, ipsi prægenuerunt nos in fide Christi sua doctrina, & suis scriptis atque exemplis. De qua generatione dicit Apost. ipsis Cor. 1. Ad Cor. 4. Per euāgelium vos genui. Ideo subdit: *Latere sterilis que nō parit*, i. peccator qui non parit filios bonorum operū, quasi diceret: Quia nunc est tempus gratiæ & pœnitentiæ. Erumpe & clama, s. in gaudium & præ nimia iucunditate. Pro quo sciendum, hæc Dominica vocatur Dominica lætitiæ: Ideo totum officium missæ incitat ad lætitiā: quod patet primo per introitum: *Latere Ierusalem, &c.* Isa. vlt. Sicut enim pater ducens filios per desertum veniens in medium montis dicit: *Lætamini quia sumus in medio.* Et sic Deus pater hodie in toto officio. Reuera lætandū. Isidor. de summo bono: Qui futuræ vitæ præmia diligenter cogitat, omnia mala equanimiter tolerat. Nota, multa genera hominum lætantur. Primò captiui in carcere de liberatione. Et sic nos. Isa. 55. In lætitia egrediemini & cum pace deducemini, s. de captiuitate Babylonica. Et hoc figuratur in tribus dominicis præcedentibus, vbi agitur de vexatione diabólica. Et sic nūc sumus liberati. Nam vitulus ligatus soluitur. Psal. 106. Eduxit eos de tenebris & ymbra mortis: & vincula eorum dirupit. Secundò lætantur errantes de cognitione vitæ, & cæci de illuminatione, & sic nos. Sap. 5. Errauimus à via veritatis, &c. primæ Petri secūdo: Eratis sicut oves errantes, sed conuersi nūc estis ad pastorem & episcopum animarū vestrarum. Et cæci illuminati sunt. Ps. 96. Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia. Tertiò pauperes lætantur de inuentione pecuniæ & bursa, & sic de alijs. Et sic nos inuenimus thesaurū scientiæ & sapientiæ. Ps. Videant pauperes & lætentur: quærite dominū & viuet anima vestra. verē peccatores sunt pauperes. Eccl. 9. Qui in vno pec-

cat multa bona perdet. Mat. 12. Simile est regnū cœlorū thesauro abscondito in agro, i. filio dei in carne abscondito, &c. Quartō quando sterilitas cessauit, & sic nos nos in epist. ad Gal. 4. *Laetare filia quæ nō parit.* Luc. 1. Amici gaudebāt cū Eliza beth: quia sustulit opprobriū in Israel. Quintō, quādo pestilētia cessauit. Hier. 9. Mors intrauit per fenestras nostras, s. sensum. Luc. 15. Epulari & gaudere oportet, quia frater tuus hic mortuus erat, &c. Ideo hodie mors expellitur. Sextō, quando seruus à malo seruitio ab bonum venit, lætatur, & sic nos Io. 8. *Qui facit peccatū seruus est peccati.* 2. Pet. 2. A quo quis superatur, huius & seruus est. Sed tunc habemus bonum seruitium. P. sal. Iubilare Deo omnis terra: seruite domino in læticia. Figuratur Matt. 2. Reges gauisū sunt de inuentione stellæ perditæ.

DE EODEM, ENARRATIO LII. DE EVANG.

Hic est verè propheta. Ioan. 6.

Isti homines quinq; panum miraculo illuminati, veritatē cognoscūt & dicūt: Hic est verè propheta. Attende quòd dicūt verè. Et iuxta hoc attendendum est q̄ sacra scriptura sub attestatione veritatis nobis insinuat humanā fragilitatem, angelicā charitatem, diuinam autoritatē, diabolicam importunitatem. De primo Isa. 40. Verè fœnū est populus, exsiccatū est fœnum & cecidit flos, i. pulchritudo carnis vel gloria mundana. O quàm miserabile est, hodie homo per trāsitoriam vitam yrescit, cras per mortē vel adhuc hodie sicut fœnum arefcit. Mat. 6. Si fœnum agri quod hodie est, cras in clibanum mittitur: Deus sic vestit, &c. Vbi ergo est flos impiorum temporalis, quādo quasi fœnum aridū mittentur in clibanum ignis. Aug. Florent in seculo, arefcūt in iudicio, & post ariditatem in ignē mittētur. O domine deus si fœnū est homo, ergo cibus est iumētorum. Certè sic. Peccator enim cibus dæmonum spiritualiter est. Iob 40. Ecce Behemoth quē fecit tecum fœnū quasi bos comeder. Behemoth est diabolus: quia interpretatur animal aut bestia. Pl. 73. Ne tradas bestiis animas cōfiteentiū tibi. De secūdo. Act. 12. Nūc scio verè quia misit dominus angelū suū & eripuit me de manu Herodis. Herodes est diabolus de cuius manu frequēter nos eripit angelus. Pl. 33. Immittet angelus domini in circuitu timētū eum & eripiet eos. Verè autem eripit nos in morte dum per angelū de carcere huius mundi educimur. Luc. 16. Factum est autem vt moreretur mendicus & porta

portaretur ab angelis in sinū Abrahæ. Tūc per angelū primā & secundā custodiā dæmonum euadimus. Primā quam habent cōtra venientes. Secundam quam habēt contra decedentes. Pl. 141. Educ de custodia animā meam, &c. His traahis porta ferrea, i. aditus cœli vltro aperitur. Ferrea dicitur propter firmitatē. Pl. 147. Quoniā confortauit seras portarum tuarū. Aug. Ierusalem secura esto, securē lauda, sine sine lauda, fortiter clausæ sunt portæ tuæ, non exit amicus, nō intrat inimicus. De tertio dicitur: *Hic est verè propheta.* Mirabatur de potestate quā faciebat in quinq; panibus, & nō mirantur homines, de potestate quā adhuc hodie dominus ostendit in omnibus panibus mundi quos de paucis granis multiplicat. Possunt etiā quinq; panes hordeacei quinque partes pœnitentiæ signare quæ sunt contritio, cōfessio, ieiuniū, oratio, eleemosyna, quibus animæ nostræ optimè confortantur. Figuratur 3. Reg. 19. vbi dicitur: Angelus ostendit Helix subcinericium panē & vas & aqua, de quo comedēs & bibens ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta dieb. & quadraginta noctibus vsq; ad montē Dei Oreb. Panis subcinericius pœnitentiā significat. Pœnitētes enim in cinere pœnitere solēt. Luc. 2. Olim in cinere & cilicio sedētes pœniterēt. Et quia pœnitentia cū lachrymis fieri debet, ideo vas aquæ ad caput ostēditur. Hier. 19. Quis dabit capiti meo aquā, & oculis meis fontē lachrymarum, & plorabo die ac nocte. Quadraginta sunt quater decē, quadraginta ergo dies significat totū tēpus quo secūdū legē quatuor euāgelistarū & decē mandatorū bene viuendo ambulare debemus vsq; ad montē cœlestis patriæ. Oreb enim mēsa interpretatur. Luc. 22. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mēsam, &c. De quarto Isa. 37. Verè cū dñe defertas fecerūt reges Assyriorū terras: & deos earū dederūt igni. Reges iniquorū sunt dæmones. Iob 41. Ipse est rex sup omnes filios superbiæ. Terra signat ecclesias Christi quæ sunt plures particulares: licet vna sit vniuersalis. Sed qui sunt dij: deus bonus est, potēs est, sapiēs est. Boni ergo & potētes & sapiētes per deos figurātur. Pl. 81. Ego dixi dij estis, &c. Exo. 7. Ecce cōstitui te Deū Pharaonis. Diabolus quoq; ait Gen. 3. Eritis sicut dij, & Bern. O maligne, ô maleuole, ad quid eis similitudo huius vitæ & sciētū profunt. Certè sunt sicut dij recti, iusti & veraces. Tales deos saepe dæmones igne iniquitatis succendūt. Legitur quòd

quod Chaldaei ignē pro Deo colētes per hoc Deū suū potē-
tissimū probauerunt, q̄ omnes alios deos cōsumeret. Dein-
de alia gens idolū suum aqua impleuit, & foramina parua
in ipsos faciēs cera obstruxit: & sic aqua erūpēs ignē extingue-
xit. Sic nos aqua gratiæ & contritionis impleri extinguerē
debemus ignē vitorū per foramina lachrymantū oculorū.
Greg. Exinguamus fletibus peccata: & dignis pœnitentiæ
fructibus vt per culpas tempora indulta non pereant.

FERIA II. ENARRATIO LIII.

Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis. Ioan. 2.

Matth. 21. Marc. 11. & Luc. 19.

Peregrini & mēdici solent petere eleemosynā in honore
illorū sanctorum quorū limina frequentant, & in quibus
nominibus sperāt exaudiri. Spiritualiter. Et sic nos mē-
dici. P. sal. 85. Quoniam inops & pauper sum ego. Et P. sal. 38.
Peregrin⁹ sum apud te sicut omnes patres mei. Ergo quic-
quid debemus habere, debemus petere à Deo. 1. ad Cor. 4.
Quid habes quod non accepisti à Deo? quasi diceret, nihil.
Ergo debem⁹ petere in nomine illius in quo speramus ex-
audiri, s. in nomine Iesu. Io. 16. Quicquid petieritis in nomi-
ne meo fiet vobis. Act. 4. Non est aliud nomē sub cœlo datū
hominibus in quo oporteat nos saluos fieri, &c. Quod cō-
siderauit Dauid, dicēs: Propter nomē tuū domine propiti-
aberis peccato meo, multū est enim. P. sal. 24. Et sic petit Ec-
clesia hodie: Deus in nomine tuo saluū me fac: & in virtu-
te tua iudica me. Exaudi Deus orationē meā. P. sal. 53. Nota
hunc psalmū fecit Dauid cū fugit à facie Saul. 1. Reg. 23.
Et in desertū Ziph. Tunc Ziphæi venerūt ad Saul, dicentes:
Dauid ecce latitat apud nos in Colle-hachila. Ecce nūc ve-
ni, & sicut desiderauit anima tua vt descēderes descēde: no-
ni, & sicut desiderauit anima tua vt descēderes descēde: no-
strū autē erit, vt tradamus eū in manus tuas. Dixitq; Saul:
Benedicti vos à domino, q̄a doluistis vicē meā. Abite ergo
oro, & diligētius pręparate & curiosius agite, & cōsiderate
locū vbi sit pes eius velociter: vel quis viderit eū ibi vbi di-
xistis, & reuertimini ad me vt vadā ad rem certā vobiscū,
quòd etiā si in terrā se obstruxerit, perferatobor eū in cun-
ctis millibus Iuda. At illi surgētes abierūt in Ziphāte Saul,
& Saul post eos: & nuntiatū est Dauid, & fugit in desertum
Maon, & fecit psalmū istum in fuga. Item peregrini etiā so-
lent accedere talia loca vbi inueniūt personas eis eleemo-
synas pręstantes. Et sic nos debemus petere in loco, s. vbi
Deus

Deus sit, s. in tēplo. P. sal. 10. Dominus in tēplo sancto suo. &
sic inuenit eū mater eius. Luc. 2. Ibi debemus eū petere. Et
sic Salomō Pro. 30. Mendicitatē & diuitias ne dederis mi-
hi, tribue tantū victui meo necessaria. Et sic facit ecclesia
in collecta: Pręsta quęsumus omnipotēs Deus, vt obserua-
tiones sacras annua deuotione recolētes, & corpore tibi pla-
ceamus & mēte. Licet Deus vbiq; sit, tamē specialiter pro-
misit nos exaudire in tēplo: & sic Salomon petiit sapiētiam
& exauditus est. vt patet in epist. 3. Reg. 3. ita q̄ audiuit om-
nis Israel iudiciū iustū quòd iudicasset, & timuerūt regem
videntes sapientiam Dei esse in eo. Et hoc acquisiuit ex eo
quòd decorauit domū domini. Et sic nos debemus honora-
re domū Dei vt eo citius exaudiamur. P. sal. 92. Domū tuam
domine decet sanctitudo, &c. Et hoc docet dñs in euangel.
Nolite facere domū patris mei, &c. In sum. Euange. tria in-
nuntur. Primò, paternę habitationis munditia affectata,
quòd vendentiū probat eiecctio, ibi: *prope erat Pascha, &c.* Se-
cundò, tangitur internę aduertentię expressio, ibi: *Respon-*
derunt ergo, &c. Tertio, tãgitur supernę cōuersationis euidē-
tia demonstrata, ibi: *Cum autē esset Hierosolymis.* De primo dicitur,
Et prope erat pascha Iudeorū, & ascendit Iesus Hierosolymam. Vbi
sciendū quòd euangelista volēs ostēdere quomodo Salua-
tor domū sui patris mūdauit, pręmittit quomodo mūdandi
causa Hierosolymā ascendit vt visum est, quia Christus vs-
que ad passionē suam legē voluit obseruare. Matt. 5. Nō ve-
ni solūcere legē sed adimplere. In lege autē Exo. 23. habetur,
quòd in tribus solēnitatibus in anno Iudæi videbātur con-
uenire in Hierusalē, s. in Pascha, Pentecoste, & in festo Ta-
bernaculorū. De vltimis duabus dispēlabatur cū illis qui à
remotis erant, sed de prima nequaquam. Hanc legē obser-
uans venit in Hierusalem Christus. Ad exemplū ergo eius
debemus sollicitē diuina pręcepta obseruare. Secundū Al-
chuin. videtur, quòd homines non ascēdunt ad festiuitates
Dei, nec celebrant pascha siue festa, cū tamen Dei filius
Deum patrē in his honorauit, hęc ille. Sed secundū euan-
gelistā non simpliciter dixit: *Prope erat pascha,* sed addidit: *Iu-*
deorum, & hoc duplici de causa. Prima, quādo aliqui festum
aliquod sanctē & purē celebrāt, dicūtur domino celebrare:
aliās verò nō domino, sed sibi. Isa. 1. Kalendas vestras & so-
lenitates odiuit anima mea. Iudæi ergo, quia nō fructum
animarum quęrebant, sed suum lucrum tantū: ideo dixit:
Pascha

Pascha Iudæorū. Vel hoc dixit ad differentiā nostri paschatis, quia Iudæorum fuit figurale: nostrum verò verum. 1. Cor. 5. Pascha nostrū immolatus est Christus. *Et inuenit in tēplo vendentes oves & boues & columbas, & numularios sedentes.* In quo notatur vitium sacerdotū domum Dei polluentiō. Primo sciēdum quòd quia animalia prædicta non poterāt de longinquo adduci: ideo sacerdotes cupiditate ducti statuerunt ea in tēplo, vbi erat altare thymiamatis, & candelabrum vbi homines orabāt & doctores docebāt: sed nō in atrio sacerdotum vbi erat altare holocaustorū. Et hoc fecerunt vt de longinquo veniētes non haberēt excusationē de oblationibus omittere, sed propter eos qui non habebāt pecunias posuerūt ibi cāpsos qui sub cautione tradebāt pecunias, capientes aliqua munuscula parua, non pecunias ne viderentur facere contra legē. Deut. 23. Non forneraberis fratri tuo ad vsurā pecuniam, quòd tamen prohibuit dominus. Ezech. 22. Vsurā & omnē superabundantiā non accipietis. Vnde de isto vitio auaritiæ sacerdotū dixit propheta Isa. 56. Pastores eius nescierunt intelligentiā, omnes in viā suā declinauerunt vnusquisq; ad auaritiā suā à summo vsq; ad nouissimū. Mysticē boues vendunt qui scripturā sacrā propter honorem prædicant. A bobus sacra scripturā venit, iā sanctis patribus qui portauerunt iugum dñi. Oves vèdunt qui opera pietatis propter vanitatē mundanā faciunt. Columbas, qui dona spiritus, vèdunt & sacramenta. Act. 8. Pecunia tua tecū sit in perditionē. Numularij sunt qui dāt beneſicia propter tribulationē tēporalem. Heu quot sunt vèdentes & emētes in ecclesia, quòd cōqueritur Iere. 6. A maiorē vsq; ad minorē omnes auaritiæ student. Amos 9. Auaritia in capite omnī & nouissimū eorū in gladio interficiā. Glo. super omnes sensus in capite, & sic in omnibus sensibus est cupiditas rerū temporalīū: vt patet intuēti. Ideo nūc sequitur duplex remediū cōtra vitiū sacerdotū, s. operis & oris, vt doceret eos qui curā habēt ecclesię, subditos verbo & facto debere corrigere. Primo, remediū operis ponitur: *cū fecisset quasi flagellū de funiculis omnes eiecit de templo. Oves quoque & boues & numulariorū effudit es & mēsas subuertit.* Vbi sciēdum quòd non solū animalia, sed etiā homines eiecit. Sed dices, quare nō resistebāt ei? Dicēdum quòd diuina virtus in illo facto operabatur quæ operabatur in effectu, quādo volebat, sicut patet Io. 18. vbi prostrasse dicitur eos qui cū capere

perere volebant, sic & hic. Ex oculis enim eius quidā fulgur exibat qui eos terrebat & ei resistere nō audebāt. Sciēdum mysticē secundū Aug. & Deus de peccatis nostris sumit materiam, vnde nos puniat. Ipsa enim protelatio peccatorū secundū & peccata peccatis addūtur, quidā funiculi dicūtur. Pro. 5. Funicibus peccatorū suorum cōstringitur. Et Isa. 2. Vt qui trahitis iniquitatē in funiculis vanitatis. Sed dices, quare fecit flagellū de resticulis, cū solo verbo eos potuisset eiecisse? Respond. secundū Aug. vt doceret & ab ipsis erant flagellandus, ideo prior eos flagellauit. Secūdo ad designandū multiplex flagellū peccatorū. Primū est flagellum correctionis leuiter verberans quo flagellatur iustus, sicut vestis flagellatur vt de ea puluis excutatur. Psal. 37. Ego in flagella paratus sum. Nā dñs leuiter flagellat bonos, sicut puer flagellatur vt efficiatur doctus. Eccl. 30. Qui diligit filiū assiduatur ei flagella. Heb. 12. Flagellat dominus omnē filium quē recipit. Secūdo reperitur flagellū punitiōis vulneris grauius. Et formatur de restibus peccatorū. Et sic Pharaō flagellatus est. Psal. 31. Multa flagella peccatoris. Reuera hic & alibi peccator flagellatur. Et dicūtur multa multiplici de causa. Primo, quia omnia cedunt eis in malū. Aug. in Meditat. O misera sors flagitiosi hominis, siue bonū siue malū pariter omnia sunt illi tormēta. Secūdo, quia singulis peccatis & singulis mēbris quibus homo peccat correspondēt pœnæ singulæ. Bern. in quodā serm. qui incipit: Regio australis, gehēnalis angustia nō habēt meritū, non recipiūt interstitiū, nesciunt remediū singulis excessibus, singulis mēbris quæ fuerunt arma iniquitatis debetur pœna. Attēde autem quòd si illa quæ videbātur aliquo modo licita & quasi ad cultū Dei ordinata de tēplo eiecit: quātō magis si inuenisset illicita? Vnde Bed. Quid ergo fratres mei quid putamus dominus faceret, si rixis desiderēs, si fabulis vacantes, si risu dissolutos vel alio quolibet scelere repererit irretitos? Hæc ille. Vnde Apost. tales reprehendens, 1. Cor. 11. dicit: Nunquid domos non habetis, scilicet ad agenda vel loquenda secularia? aut ecclesiam Dei contemnitis? & Ier. 11. Quid est, & dilectus meus in domo mea facit scelera multalla. 2. 6. In terra sanctorū iniqua gessit, & non videbit gloriam domini. Et quia tēplum Dei ciuitas dicitur. Psal. 86. Fundamēta eius in mōtibus sanctis. Ideo metuēda est sentētia Apost. 1. Cor. 3. dicentis: Si quis templum domini violauerit

lauerit disperdet illū Deus. Et sentētia iudicis dicētis: Disperdet de ciuitate domini omnes qui operantur iniquitatē. Remediū oris ponitur cū subditur: *Et his qui columbas uidebant, dixit: Auserte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis* Zacha. 14. Non erit ultra mercator in domo domini. Et dicit in textu: *domum patris*, & non meā, ad denotandum honorē patris. Ioā. 8. Ego honorifico patrē meum, &c. Aug. In oratorio nemo aliud agat nisi id ad quod factū est. Principaliter tamen negotiationes nō debēt fieri in domo Dei: ut habetur 6. Decretal. de immunit. ecclesiarū & religiosor. locor. cap. decet domū domini: ubi dicitur: Cessent in ecclesiis earūmq; cymiteriis negotiationes, præcipuē nūdinarū ac fori cuiuscunq; tumultus, &c. Nota negotiatio prohibetur. Primò quantū ad statū, & sic clericis prohibetur saltē quantū ad lucrū & ad cupiditatem. Primò propter frequentia vitia inde prouenientia. Prou. 20. Malum est, malum est dicit, omnis emptor, & cū recesserit tunc gloriabitur. Secundò retrahit à curis spiritualibus. 2. Tim. 2. Nemo militās Deo implicat se negotiis secularibus, &c. Secundò quo ad locum ut in templo, & hoc propter fraudulentiam. Vnde Leo papa, Difficile est inter uendentis & emētis cōmerciū non interuenire peccatū. Apoc. 13. Et ne quis possit emere nisi qui habeat characterē aut nomen bestię, i. fallaciam uerborū uel rerū. Vbi sciēdum quod solo uerbo istos amouit: quia simoniaci primò fugandi sunt de ecclesia per excommunicationem, & quia quādiu uiuunt possunt se conuerrere, nō sunt despiciēdi. Si uerò nō conuertātur, tūc non solū sunt fugādi, sed & ligādi cū illis. Matt. 21. Ligatis manibus & pedibus, &c. Attende autē Matt. 21. dicit: Nolite facere domū meam speluncā latronū. Hic uero dicit: *domum negotiationis*. In hoc facit sicut bonus medicus, qui primo à leuioribus incipiens postea dura proponit. Vnde Christus qui hoc factū egit secūdum Bed. quod hic enarratur de expulsiōe, ideo primo eos non latrones uocat, sed negotiatores. Sed quia ex eorū duritia à tali negotiatione nō cessabāt: ideo dominus alia uice uocat eos latrones. Sciēdum quòd licet Iudæi Christum persequebantur ex eo, quia dicebat Deum patrē suum, ut habetur Io. 5. tamen in hoc loco de hoc non sunt turbati q̄ Deum dicebat patrē suum: quia ibi intellexerunt quòd diceret se filiū Dei naturalē: hic uerò quòd solūm se diceret filiū adoptionis. Recordati uerò sunt

sunt discipuli eius. quia scriptū est, Zelus domus tuæ comedit me. Zelus dicit quandā intentionē amoris, qua intensē deū diligens nihil sustinet quod amori suo repugnet. Et inde est q̄ uiri intensē diligentes uxores suas, qui nec eis sustinet aliorū confortiū, ut pote amori contrariū, zelotypi dicuntur. Illi igitur zelū dei habēt q̄ nihil patiēter cōtra honorē dei quē maximē diligit, sustinent. 3. Reg. 19. Zelo zelatus sum pro dño exercituū. Sic & nos pro decore domus dei zelus comedit, dum si quid cōtrariū fieri uidemus, studemus etiā quantūcunq; chari nostri sunt qui hęc faciunt remouere, non timentes propter hoc aliqua mala perpeti. Vnde gl. Bonus zelus est feruor animi quo mens abiecto timore pro defensione ueritatis accēditur. Ab eo comeditur q̄ quælibet praua quæ uiderit corrigere satagit, si nequit, tolerat & gemit. Vnde Ber. super Cantic. serm. 12. Etenim si amares dñm Iesum toto corde, tota anima tua & tota uirtute, nunquid si uideres ei iniurias contēptūmq; inferri, nullatenus æquo animo posses sustinere? Sed mox recepto spiritu iudicij & spiritu ardoris & tanquā potens crapulatus à uino repletus zelo Phinees, diceres cū Dauid, Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliui sunt uerba tua inimici mei. Et cum dño, zelus domus tuæ comedit me. Hęc ille. Vnde Aug. in persona Christi dicit, Quoniam zelus domus tuæ comedit me, i. quia persecutus sum in illis iniquitatibus ipsorū, non patiēter tuli quos sic corripui, quia quæſiui gloriā tuam in domo tua, quia flagellauit in tēplo malēuersantes. Vbi zelus domus tuæ comedit me, dixerūt em̄. Hic alien⁹, hic hospes, hęc nescimus unde sit, quod nō dicerēt si agnoscerēt unde sim, & si agnoscerēt ea quæ mādasti. Si enim inuenit illos seruātes mādata tua, zelus domus tuæ comederet me. Hęc ille. Dixi secūdo tāgitur internæ aduertētix expressio, quod interrogantiū probat præſumptio, cū subdit, *Responderūt ergo Iudæi & dixerūt ei, Quod signū ostēdis nobis, quia hęc facis*. quia Iudæi uidentes Christū eos cū potestate eiicere, mirabantur unde sibi hęc potestas data esset. Ideo potestatis suæ & autoritatis signū quærūt, dicentes, *Quod signū ostēdis nobis*, quasi dicerent, Nō uidetur hoc esse tui officij, nec credimus hoc tibi licere q̄ tanta potestate & autoritate nos expellis, Iudæis nāq; familiare fuit signa quærere, iuxta illud 1. ad Co. 1. Iudæi signa quærūt. Et Pl. 73. Signa nostra nō uidimus, &c. Quia per ea uocati fuerunt ad fidem & ad legem. Deuter. vlt.

Nō surrexit vltima propheta in Iſraēl vt Moyses, &c. Et non quærebāt signa à Christo vt crederent, sed quasi desperātes q̄ signū facere nō posset, & sic cū reprimerēt & impedirent. Quia ergo prauē quærebant nō dat eis signū apertū, sed occultū sicut loquitur, & *ſpondit Iesus & dixit eis, Soluite tēplum hoc & in tribus diebus excitabo illud*, vbi dñs prænūtiat primò mortē suā, dicens, Soluite & nō soluetur, ne intelligas mortē eius naturalē, nec dicit solue, ne intelligas seipsum occidisse, sed soluite quod nō est imperātis, sed prænūtiantis, i. soluetis, vel permitteris, vt sit sensus: soluite, id. facite de corpore meo quid vultis, illud vobis expono. Dicit etiam nōrānter soluite, quia in morte Christi anima à corpore soluta est, aliter tñ illa solutio facta est, quā illorū qui per incinerationē & putrefactionē solūntur, quā Christus nō sensit. Psal. 5. Nō dabis sanctū tuū videre corruptionē. Fuit tñ anima eius à corpore separata. Secūdo prænūtiat suā resurrectionē, dicens, *Et in tribus diebus excitabo illud*. Non dicit excitabitur vel excutabit illud pater, sed ego excitabo, quia propria virtute à mortuis surrexit. Nec tamē negatur quin pater eū suscitauit. ad Gal. 1. Qui suscitauit Iesum à mortuis. Et in Psal. 40. Tu autē dñe miserere mei & resuscita me. Nec est in hoc cōtrarietas, quia est eadē virtus viriusq; Sciendū autem est, q̄ ideo dicit de sua resurrectione, quia in ea maximē apparet virtus & potentia diuinitatis, quia puri hominis nō est resuscitare, sed solius Christi qui est inter mortuos liber. *Dixerūt ergo Iudæi, Quod triginta & sex annis est ædificatū*, i. reedificatū hoc templū, & in tribus diebus excitabis illud? Hoc dixerūt Iudæi, quia putauerūt Christū de corporali tēplo hoc dixisse, quod in tot annis fuit ædificatū sub Zorobabel postquam reuerſi fuerūt Iudæi de captiuitate. Vel tēplū quod Salomō ædificauit, & in septimo anno compleuit, fuit ædificatū 46. annis, vt dicit Orig. vt numeretur tēpus ab eo die quo David mētionē fecit de ædificatione tēpli, cōſuens super hoc Nathā prophetā, 2. Reg. 7. vsq; ad cōsummationē perfectā per Salomō. Nā ex illo die David cœpit præparare materiā & necessaria ad ædificationē tēpli. Et sic hoc dictū consideretur quod extēdit se ad numerū 46. annorum. *Ille autē dicebat de tēplo corporis sui*. Corpus enim Christi templum est. Cuius ratio est, quia illud templum dei dicitur in quo deus habitat. Pl. 10. Dñs in tēplo sancto suo. Ideo aīa sancta dicitur templum. 1. ad Cor. 3. Templum enim dei sanctū est quod estis.

vos. Quia igitur in corpore Christi diuinitas inhabitat, ideo tēplum vocatur corpus in quo habitat plenitudo diuinitatis nō solū secundū animam, sed etiā secundū corpus. Cū ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat de corpore suo & crediderūt scripturæ & sermoni quē dixit Iesus ante resurrectionē suā & passionē. Hoc verò nō intellexerūt propter duo. Primo quia per hoc ostēdebat in Christo diuinitas. Aliter enim corpus ei⁹ nō fuisset dictū tēplū, & hoc tunc tēporis intelligere humanā capacitate excedebat. Secūdo, quia in hoc facit mentionem de passione & resurrectione, quæ nullus discipulorū adhuc audierat. Ideo Petrus alia vice audiēs de eius passione scandalizatus est, vt dicitur Mat. 16. Sed post resurrectionē quādo aperuit eis sensum vt intelligerent scripturas: tūc plenē cognouerūt eū esse deū & hominē, & tunc recordati sunt, quia dicebat de tēplo corporis sui. Et sic crediderūt scripturæ prophetarū. Osē 6. Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. Dixi tertio tangitur supernæ conuersationis euidentia demonstrata, quod credentiū probat ostentio cū subdit, Cū autē Ierolymis esset Iesus in pascha in die festo, multi crediderūt in eū vidētes signa quæ faciebat. Sed diceres, cuiusmodi signa fuerūt hæc cū hic de nullo legitur? Dicendū q̄ nō nulla signa fecit Iesus tūc, licet euāgelistæ de miraculis Christi: cū tot fecerit q̄ nō possēt scribi de facili. Vel dicendū q̄ inter omnia alia miracula maximū fuit, q̄ vnus homo tantā multitudinem hominum solo flagello eiecit. Visis his signis vel hoc signo multi crediderūt in eū. Vbi sciendū q̄ alij credunt propter signa vt isti. Et tales sunt grossiores q̄ qui propter solā doctrinā credūt sicut discipuli Christi. Ideo dicitur 1. Corint. 14. Prophetiæ datæ sunt fide libus & non infidelibus. *Ipse autem Iesus non credebat seipsum eis*, i. sua secreta mysteria eis non reuelauit, sicut nec apostolis. Io. 16. Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò. 1. Cor. 3. Nō potui vobis loqui quasi spiritibus, sed quasi carnalibus. Et ideo euāgelista signanter dicit, In nomine eius, in quo ostendit imperfectē eos credere. Et ideo non dicit quod crediderunt in eum, quia nondū credebant in eius diuinitatem: sed dicit in nomine eius, quasi diceret, illud quod de eo nomine tenus dicebatur, scilicet quod sit iustus. Et huiusmodi. Et isti secundum

Aug. gerūt typū catechumenorum, qui licet credant, tamen corpus Christi eis non datur. Quod sicut nemo conficit nisi sacerdos consecratus, ita nemo recipere illud debet nisi fuerit baptizatus. Subdit, *Eo quidd ipse nosset omnes, & quia opus ei nō erat vt quis testimoniū perhiberet de homine. ipse em̄ sciebat quid esset in homine.* Vbi sciendū q̄ ratio quare se eis non credebatur est, quia ipse perfectē cognouit eos. Ideo dictū est, *Eo q̄ ipse nosset eos, & hoc per potentiā diuinitatis.* Eccl. 23. *Oculi dñi sunt lucidiores super solē circumspicientes oēs vias hominū & profundū abyssi, & hominū corda intuentes in absconditis partes.* Licet enim homines cognoscāt, aliquis tamē non certā cognitionē habere potest de eis, quia homo nō videt nisi ea quæ apparent, deus autē intuetur cor. 1. Reg. 16. Ideo non opus est Christo testimonio aliorū, cum certissimē cognoscat per cordis intuitionē. Ideo dictū est. *Et opus ei nō erat vt testimoniū quis perhiberet de homine, imō ipsemet est testis.* Iob 16. *Ecce in cœlo testis meus, & cōscius meus in excelsis.* Christus etiā cognitionē non solum ad exteriora ostendit, ideo addidit, *eo q̄ ipse sciret quid esset in homine, i. occulta cordis.* Pro. 15. *Infernus & perditio corā dño, quāto magis corda filiorum hominum.* Scire enim ea quæ sunt in corde hominis est solius dei, qui solus corda plasmat, non enim indigebat testibus vt priorū plasmatū mentes addiscat. Plus etiam artifex nouerat quid esset in opere suo, q̄ ipsum opus quid esset in semetipso. Nā Petrus nō nouerat quid in ipso erat quando dixit, *Tecū ero vsq; ad mortē.* Sed dñs nouerat quid esset in homine, dicens, *Prius q̄ gallus canter te me negabis.* Quapropter secundū Bedam monemur, vt nunquam de conscientia nostra securi simus, sed semper soliti formidemus, quia quod nos latet æternum arbitrium latere non valet. Confiteamur ergo plura & maiora peccata habere q̄ nosse putamus, vt maiorem q̄ credimus gloriam consequamur. Nota dicit in textu, *Eiecit de templo oues & boues & numulariorum effudit as.* Pro quo sciendum multa genera hominum eiicientur de templo dei & de regno cæli. Primo eiicientur superbi qui intelliguntur per boues qui cornibus potentiæ alios feriunt. Pl. 100. *Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam.* Dan. 4. *Hęc est interpretatio sententię altissimi quæ peruenit super dominum meum regem.* Eiicient te ab hominibus, & cum bestiis erit habitatio

ratio tua, i. cum demonibus. Pl. 73. *Ne tradas bestiis animas contentiū tibi.* Et sic Lucifer eiectus est de cœlo. Eze. 28. *Eieci te de monte sancto Dei, & perdidisti Cherub.* Isa. 14. *Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer qui manē oriebaris: Et Lu. 10. Vidi Sathanam quasi fulgur cadentem de cœlo.* Secundo eiicientur auari qui intelliguntur per numularios. Ier. 8. *A minimo vsque ad maximum omnes student auaritiæ.* Et tales eiiciuntur. 1. Cor. 6. *Auari regnum dei possidere non possunt.* Ideo ait Iesus discipulis suis, Luc. 14. *Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest esse meus discipulus.* Et Mat. 19. *Quam difficile qui pecuniā amat regnum dei possidet.* Ideo Lucæ 12. *Cauete ab omni auaritia, quia nō in abūdantia cuiusq; vita eius est ex his quæ possidet.* Tertio luxuriosi qui intelliguntur per columbas, quæ est auis libidinosa. Quod figuratur Num. 5. *Omnis leprosus eiicietur de castris, & qui semine fuit pollutusq; est super mortuo.* Et 1. ad Co. 6. *Fornicatores, adulteri & auari regnū dei possidere non possunt.* Ideo Mat. 22. *In resurrectione ne que nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in cœlo.* Quarto hypocritæ qui per oues intelliguntur, qui exterius apparent in pellibus ouium. Matt. 7. *intrinsicus autem sunt lupi rapaces.* Ibidem 23. *Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, &c.* Apoc. 21. *Nihil coinquinatū intrabit, &c.* Et ibidem 22. *Fors canes, venefici, impudici, homicidæ & idolis seruientes.* Omnes tales excommunicati extra palatium regni dei eiiciuntur. O beatus qui ibi nō eiicitur. Pl. 63. *Beati qui habitant in domo tuā dñe.* Ratio. Tob. 13. *per omnes vicos eius cantatur alleluia.* Sed dānati erunt excommunicati. Nā sicut excommunicationis non participamus in locutione, in diuino officio, nec in salutatione, nec in comestione, sic boni nō participabunt malis in quatuor. Primo in locutione, quia facies eorū auersæ erunt ab eis. Pl. 43. *Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros.* Et Lu. 16. *Magnum chaos firmatum est inter nos & vos.* Secundo non in diuino officio. Isa. 65. *Serui mei laudabunt me præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ cōtritione spiritus vlu labitis.* Tertio non in salutatione, quia salutem non optabunt eis. Psal. 57. *Lætabitur iustus cum viderit vindictam.* Quarto non in mensa. Isa. 65. *Serui mei comedent, vos autem esuriētis, & serui mei bibent, & vos sitiētis.*

Ascendit Iesus in templum. Ioannis 7.

Consuetudo est boni serui si offendit dñm placat eū precibus. Spiritualiter nos offendimus deum peccatis nostris. Ideo debemus currere ad dñm placādo cū precibus nostris. Hoc agit ecclesia in introitu, Exaudi deus orationem meam, & ne despexeris deprecationē meam, intende in me & exaudi me. Similiter in collecta, Sacræ nobis quæsumus & dñe obseruationis ieiunia piæ cōuersationis augmentū, & propiciationis continuū præstent auxiliū. Sed & sacerdos tenetur orare pro populo notū est, & figuratur Exod. 31. Moyses orauit pro populo qui peccauit in adoratione vituli, vt patet in epist. Et Christus verus sacerdos secundū ordinem Melchisedech ascendit in templū materiale ad docendū, & in templū æternale pro nobis interpellandū, vt patet in hodierno euāgelio cū dicitur, *ascendit Iesus in templum, &c.* In sum. euang. tria innuntur. Primo doctrinæ Christi origo de supernis quod missio probat paternalis, ibi, *Iam die festo, &c.* Secundo tangitur turbæ abiectio de interioribus, quod solutio pbat saluatoris, ibi, *Nōne Moyses dedit vobis legem, &c.* Tertio ponitur essentia Christi origo de occultis, quod trāsmissio probat supernaturalis, ibi, *Dicebat ergo quidā ex Hierosolymis, De primo dicit, Iam die festo mediante Iesus ascendit in templum. Vbi sciendum q̄ Christus volens suæ doctrinæ originē ostēdere, primo ponit eiusdem doctrinæ tempus & locū & admirationem turbarū. Tempus quidē dum ait, Iam die festo mediante, i. cū illius festi dies remāssent quot effluerāt. Vnde cū p̄ septē dies illud festū agebarur, dicitur hoc fuisse quarto die. Ideo autē in medio festi ascendebat, quia in principio oēs magis intenti sunt his quæ festi sunt. Boni quidam ad cultū dei, alij verò ad vanitates & lucra. Sed circa mediū tēpus Christus ascendebat, vt hi q̄ in principio festi ea quæ festi erāt expediebant, magis parati essent ad doctrinā audiendā. Locus autē doctrinæ rāgitur cū dicitur in templū, q̄ est locus aptus ad sanā doctrinam, & conueniens doctrinæ Christi sanctissimæ. Isa. 2. Venite ascendamus ad montem dñi & ad domum dei Iacob. Itē vt ostenderet se docere veritatem quæ calumniari non potest, ideo *ascendit in templum.* Ioannis 18. Ego in occulto locutus sum nihil. Admirationem verò turbarum ponit cū dicitur, *Et mirabantur Iudei dicentes: Quomodo hic literas scit cum non didicerit?* Sciebant enim*

enim Iesum esse filiū pauperis mulieris, & vt putabant filiū fabri qui de labore suo viuebat. Vnde probabile videtur q̄ Iesus etiā de labore suo viuēs nō inuiteret studio literarū, sed potius operi manuali: secundū illud Ps. 87. Pauper ego sum & in laboribus à iuuentute mea. Et ideo cū audierūt eum docere & disputare mirabantur, dicentes: *Quomodo hic li-teras scit.* q. d. Miramur quomodo scit legem. cū nemo scire eam valeat nisi qui legē legat. Nemo autē legem legere valet, nisi literas sciat. *Hic autem literas non didicit.* ideo mirādum est vnde nouerit legem. Hac tamē de causa mirabantur secundū gl. quia nemo intelligebat eum esse legis autorem & dominum. *Quia si credere voluissent, non mirātur si ille legem non nosset qui legē dedisset.* Origo spiritualis doctrinæ ponitur cū subiūgitur: *Respōdit ei Iesus & dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.* q. d. Ista doctrina quæ est mea approbatiuē & subiectiuē, non est mea, s. per exercitiū acquisitionis humanæ: sed eius qui misit me, i. data est mihi à patre, quia licet filius secundū naturā diuinā habeat eandem scientiā cū patre, tamen habet eā ab ipso patre. Secundum verò naturam humanam habet aliam scientiā, s. creatam: non tamen habet eam per exercitiū acquisitionis humanæ, sed ab instanti conceptionis infusam: sic & soluta est quæstio qua quærebāt: *Quomodo hic literas scit.* Vel aliter, si dixisset doctrinā quā ego doceo non est mea, nulla esset quæstio. Sed quod dicit: *doctrina mea non est mea,* videtur contradictionem implicare. Sed hoc soluitur sic: quia hoc esse dicitur multipliciter. Ratio, quia sua doctrina aliquo modo dicitur sua, aliquo modo nō sua. Si enim intelligitur de Christo filio Dei, sic cū doctrina vniuscuiusq̄ nihil aliud sit quàm verbū eius: filius autem dei cū sit verbum patris: sequitur ergo q̄ doctrina patris sit ipse filius. Istud autē verbum est sui ipsius per idēritatem scientiæ: est autē non suum per originem. Vel quia non est verbū nullius, sed alicuius. Vnde Aug. dicit hīc q̄ breuiter videtur dixisse, *Mea doctrina nō est mea,* ac si diceret: Ego nō sum à me ipso. In quo hēresis Sabellianorū cōfunditur: qui dicere nisi sunt ipsum esse filiū qui est & pater. Vel mea doctrina quā ego pronūtio verbo creato nō est mea, sed eius qui misit me patris, i. non est mihi data à me ipso, sed à patre meo: quia etiā cognitionē filius per æternā generationē habet à patre. Mat. 11. Omnia tradita sunt mihi à patre meo. Si verò intelligatur de Christi

sto filio hominis, tunc dicit: Mea doctrina quā ego habeo secundū animā creatā, & profero ore corporis nō est mea, i. nō est mihi à meipso sed à Deo, quā omne verū à quocunq; dicatur à spiritu sancto est. Sic ergo secundū Aug. de trinitate secundū illud quod dixit doctrinā suā, & secundū aliud quod dixit eā nō suā, dixit eam secundum formā Dei suam, & secundum formam serui nō suam. Ex quo patet exemplum quod omnem modū cognitionis cum gratiarū actione recognoscimus esse à Deo 1. Cor. 4. Quid habes quod nō accepisti? Si autē accepisti quid gloriaris quasi nō acceperis? Subdit: *Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscat de doctrina mea vtrum ex Deo sit, an ego à meipso loquar.* Vbi probat doctrinā suā esse à Deo, primo ex iudicio rectæ sententiæ. Vbi sciendū quod iudicio illius standum est, qui bene in arte in qua expertus est operatur: sicut an aliquis bene loquatur Gallicè, est standū iudicio eius qui est peritus in lingua Gallica. Secundū hoc ergo dicit dominus illius iudicio standum esse an doctrina mea sit ex Deo, qui est expertus in reb. diuinis. Talis enim rectè potest de his iudicare. 1. ad Cor. 2. Animalis homo nō percipit ea quæ sunt spiritus Dei, &c. Spiritualis autē iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur. Et quia vos alienari estis à Deo: ideo non cognoscitis de doctrina vtrū ex Deo sit. Sed si quis voluerit voluntatē eius, i. Dei facere, iste potest cognoscere vtrū doctrina hæc sit à Deo: an ego à meipso loquar. Iste quidem à seipso loquitur qui falsum dicit. Quia sicut dicitur Io. 8. *Qui loquitur mendaciū ex propriis loquitur.* Ideo sequitur: *Qui à seipso loquitur, gloriam propriam quaerit: qui autem quaerit gloriā eius qui misit illum, hic verax est, & iniustitia non est illo.* Probat id ex sua intentione, & ponit duplicē intentionem per quam intelligitur duplex origo doctrine, dictū est enim aliquos loqui nō à se. Loquitur autē non à se quicunq; studet loqui veritatē. Omnis enim cognitio veritatis ab aliquo est, per modū quidē disciplinæ à magistro: per modū verò reuelationis à deo: sed per intentionē à rebus. ad Rom. 1. Inuisibilia enim Dei à creatura mūdi per ea quæ facta sunt intellecta cōspiciūtur. Quocūq; ergo istorū modorū cognitio aliqua habeatur nō est hominū à se. A se autē loquitur qui ea quæ dicit nec ex reb. nec ex reuelatione, nec ex doctrina humana accepit: sed de corpore suo. Ier. 23. Visionē cordis sui loquitur non de ore domini: Et Ezech. 13. Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritū suum & nihil

nihil vidēt. Sic ergo cōfingere aliquid ex se fit propter humanā gloriā. Quia dicit Chryf. Qui aliquā propheticā vult instruere doctrinam: propter nihil aliud hoc vult quā vult gloriā acquirat. Et hoc est quod dominus dicit probās doctrinā suā à Deo: Qui à seipso loquitur de certa cognitione veritatis quæ est ab alio, iste quaerit gloriā prophanā, propter quam & propter superbiam hereses & falsæ opinioniones introducuntur, & competit Antichristo. 2. Thef. 2. Qui aduersatur & extollitur super omne quod dicitur Deus. Qui autē quaerit gloriam eius qui misit illum sicut ego quaero. Io. 8. Ego gloriam meā non quaero, &c. Hic verax est, quia doctrina mea continet veritatem, & iniustitia in me nō est: quia alterius gloriā non vsurpo. Et vt dicit Aug. Magnum nobis præbuit humilitatis exemplum dum habitu inuētus est vt homo. Quaerit gloriā patris sui, non suam, quod & tu homo facere deberes: quādo aliquid boni facis gloriā tuam quaeris: quādo aliquid mali Deo calumniā inferre meditaris. Patet autem quod gloriā suam non quaerebat: qui si fuisset adularus principibus sacerdotum, non fuissent ipsum persecuti. Sic ergo Christus, & quicunq; gloriā Dei quaerit, habet quādam intra se Dei cognitionem. Mat. 22. Magister scimus quia verax es. Et ideo dicit hic, *verax es.* In affectu autē habuit rectam intentionem. Vnde dicit: Et iniustitia non est in illo. Iniustitia enim est, quod vnus vsurpat sibi honorem alienum. Gloria autē proprie solius Dei est, qui ergo quaerit sibi gloriā exhiberi, iniustus est. Dixi secūdo tangitur turbæ abiectio de interius, quod solutio probat saluatoris. *Nōne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem? qui me quaeritis interficere,* quasi diceret: Qui vult alium sine causa, siue sine iussu Dei interficere: ille facit contra legem Moysi. Exo. 20. Non occides: Potuissent enim Christo dixisse: Ideo doctrina tua non est à Deo: quia sabbathū soluis, secundū illud Ioan. 9. Non est iste homo à Deo qui sabbathum nō custodit. Hoc volens excludere, primo excusat se ex parte accusantium, quasi dicat: Dico, & vos dicitis, quod doctrina mea non sit ex Deo: quia legem non seruo sabbathum soluens: tamen vos non habetis potestātē me accusandi cum sitis in tali delicto. Vnde dicit: *Nōne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem?* Act. 7. Accepistis legem in dispositione angelorum & nō custoditis. Act. 17. Vt quid tentatis Deum imponere iugum super ceruices discipulo-

rum, quod neq; nos neq; patres nostri portare potuimus. Si ergo vos non seruatis legē, quare propter trāsgressionem eius uultis me interficere? Non enim propter hoc fecistis, sed propter odiū. Alioquin si propter zelum legis feceritis, ipsi vos seruaretis cā. Sap. 2. Circunueniamus iustū: quoniam inuitis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & morte turpissima condemnaemus eum. Sequitur iniqua responsio turbæ. *Respondit turba & dixit: Dæmonium habet, quis te quartus interfecerit?* quasi dicerēt: Nos non conueniemus, & in hoc mentiuur: quia querebāt mortē eius sicut postea effectu ostēderunt. Glosa Remig. O scelus inexpiabile, o blasphemia, neq; in hoc seculo, neq; in futuro dimittēda. Nā peius fuit hoc dicere quā Christū occidere. Et nanq; dicebāt: *Dæmonium habes.* cum tamē solo imperio dæmonia expellebat. Obrundē essent aures ad tam sceleratā contumeliā, nisi ipsius de mini disceremus habere patiētīā: neq; enim a furiosis turbatis ipse hęc audiens turbatus est, sed in sua veritate tranquillus permanēs. nō reddidit malum pro malo, nec maledictionē pro maledictione. Quibus sic respōdere potuisset & dixisset: Vos potius dæmonium habetis: quia nisi pleni dæmonio fuissetis, tam peruersē Deo loqui non potuissetis. Idcirco, *respondit eis, per rationē, dicēs: Vnum opus feci & omnes miramini, quasi dicat secundū Remig. Si tantum miramini in sanatione vnus hominis: quantum miraremini si omnia opera mea videretis: an non legistis dictū patris mei: Omnia in sapientia fecisti, quę est sapientia patris nisi filius: Bonā enim rem fecerat quando sanauerat in sabbatho paralyticū, qui 38. annis decūbebat. Et turbati sunt: quia non intelligebant eum autōrē & dominū esse sabbathi. Nec destruxerat sabbathum, hominem in eo sanando: quia propter salutē omnium hominum sabbathi custodia data est. Propterea Moyses dedit vobis circumcissionem: non quia ex Moysse est, sed ex patribus, & in sabbatho circumcidit hominem. Si circumcissionem accipit homo in sabbatho, ut nō seluatur lex Moysi, ut quid mihi indignamini, quia totū hominem sanāsi ei in sabbatho?* In quibus verbis dupliciter eos arguit. Primo licet in humanis legibus posteriora præiudicent prioribus: tamen in diuinis priora sunt maioris autoritatis. Et ideo præceptum factum Abrahę de circumcissione non præiudicat præcepto Moysi de obseruatione. Multo ergo minus præiudicat mihi qui facio quod dispositū est à Deo ante mundi constitutionem de salute omnium in sabbatho. Secundo quia

quia Iudæi mandatū habebāt vt nihil operarētur in sabbatho, & tamen operabātur ea quę ad salutē particularē erāt. Dicit ergo, si vos (licet mandatum habeatis nihil operari in sabbatho) circumcissionē accipitis ipso die, quę est quædam particularis salus, quia in particulari mēbro fit, & hoc facitis vt sic seruetur lex Moysi, ex quo patet ea quę ad salutē pertinet in sabbatho prætermittēda nō esse: Ergo multo magis debet homo facere ipso die ea quę sunt ad vniuersalē salutē. Non ergo debetis mihi indignari, quia totū hominē saluum feci in sabbatho: quia vt dicit gl. curatus est vt sanus esset in corpore: & credidit vt sanus esset in anima. Et quod dicit, *Propterea Moyses dedit vobis circumcissionē, &c.* hoc expressē non legitur nisi Exo. 12. vbi habetur: Omnis seruus emptius circumcidetur: nō tamen ea dixit: quasi aliud instituit: quia nō ipse primus accepit circumcissionis mandatū, sed Abraham, vt habetur Gen. 17. vbi ei dictū est à domino: Circūcidetur ex vobis omne masculinū, & circumcidetis carnem præputij vestri, vt sit in signū fœderis inter me & vos. Ideo dicitur, non quia ex Moysse est, sed ex patribus. Et sequitur: *Nolite iudicare secundum faciem, sed secundum iustū iudicium iudicate.* Vbi ducit eos ad iustū iudiciū sui & doctrinę suę, si quod sit à Deo rectē consideretur. q. d. Nolite attendere ad illud quod non pertinet ad rem: quod fit quando amor vel odium attenditur, propter quę aliquando plus quā propter veritatē iudicatis: sed iustum iudicium iudicate, i. de doctrina mea & factis meis iudicate secundum naturam rei in se. Et nunc inuenietis quod doctrina mea est à Deo secundū veritatē. Vbi sciendū quod iudicare secundum faciē intelligitur dupliciter. Nam iudex iudicat secundū allegata & probata. 1. Reg. 16. Homines vidēt ea quę patēt. Deus autē intuetur cor, sed in hoc potest esse deceptio. Ideo dicit: *Nolite iudicare secundum faciem, i. secundum illud quod statim apparet, sed diligenter inquirete rei veritatē.* Iob 29. *Causam quam ignorabam diligētē inuestigabam. Vel aliter: Nolite iudicare secundum faciem, i. nolite accipere personam in iudicio. Hoc enim prohibitum est Leuit. 19. Non cōsideres personā pauperis in iudicio, iuste iudica proximo tuo. Accipere autem personam in iudicio, est prætermittere iustum iudiciū propter amorem, seu reuerentiam, seu timorem, aut conditionem personę quę non faciunt ad causam. Dicit ergo: Nolite iudicare, &c.* Nam, quia Moyses apud vos habuit maiorē gloriā

riā quam ego, non propterea ex personarū dignitate feratis sententiā: sed à rerum natura, quia ea quæ ego facio maiora sunt quàm ea quæ fecit Moyses. Sed norandū secundum Aug. q̄ ille non iudicat personaliter qui æqualiter diligit. Nam cum homines diuerso modo cum suis gradibus honoramus, timendum est ne personam accipiamus. Dixi tertio ponitur essentia Christi origo de occultis quod transmissio probat supernaturaliter dicēs, *Dicebant ergo quidā ex Hierosolymis: Nōne hic est quem querūt interficere? Ecce palām loquitur et nihil ei dicunt. Nunquid verē cognouerunt principes quia est Christus? sed hunc scimus vnde sit. Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit.* Vbi circa originem Christi docentis primo ponitur dubiū. Circa quod sciendum quod multi de populo sciebāt principes querere mortem Christi. Et ideo cum vidissent eum palām docentem & principes arguentem, & ipsos ei non contradicere, crediderunt fortius ipsum esse Christum, trahentes argumentum ex facto principū qui non capiebant eum, cum tamen primo ad mortē quererēt eum, quasi ipsi pro vero & de nouo haberent, q̄ ipse esset verē Christus eis promissus, & ideo ab eius persecutione cessassent. Ideo dicebant quidam ex Hierosolymis. Isti enim melius sciebant malitiam principum quàm alij: quia manebant cum eis in eadem ciuitate. Nōne hic est quem querūt interficere toto conatu suo? Io. 5. Propterea persequebantur eum Iudæi, i. principes: quia hæc faciebat in sabbatho. Dan. 13. Egressa est iniquitas à senioribus populi. Ecce nunc palām loquitur contra eos, vt patet: Nemo ex vobis legem facit, & tamē nihil ei dicūt, & ipsum non capiunt, quia repressi fuerunt diuina virtute. Hæc est enim propria Dei virtus quæ malorū corda ab impetu suæ malitiæ reprimat. Prou. 16. Cum placuerint domino viæ hominis, inimicos quoq; eius conuertet ad pacē. Et alibi: Cor regum in manu Dei. Apparet etiam in hoc veritas sermonū Christi & falsitas principum. cum enim Deus diceret, quid me queritis interficere? Negauerunt dicentes: *Demonium habes, quis querit te interficere?* Sed quod principes negabant isti confitentur, & subdiderunt: *Nunquid verē cognouerunt principes quia hic est Christus?* quasi dicerēt, videtur q̄ sic: eo quod desistunt ab eius persecutione. Veruntamen quia non habebant certitudinem, sed tantum opinionem: ideo etiam arguebant ad contrarium dicentes: *Sed hunc scimus vnde sit: quia patriā eius scimus & genus, quasi hoc modo arguen-*

tes

tes: Christus dicitur habere occultā originē, sed iste habet originē manifestam: igitur non est Christus. In quo apparet eorum amentia: quia supposito etiā quod principes crederēt Christi: non tamen eorū sententiam ferunt, sed aliam corruptā protulerunt. Sed cum dicatur, tamen dicitur Mich. 5. Ex te Bethlehē mihi egredietur qui fit dominator in Israel. Herodes autē nesciuit locū natiuitatis eius Iudæis sibi dicētibus: quare tūc dicūt: Cum Christus venerit, vnde sit, nemo scit. Dicēdum q̄ hoc habuerūt ex verbo Isa. 53. Generationē eius quis enarrabit? Sic ergo ex prophetis habēt vnde sit secundū humanā originē, & ex eis habēt, q̄ eū nesciant vnde sit secundū diuinā generationē. Consequēter ponitur secūdo ipsius docētis origo. Cū subditur: *Clamabat ergo Iesus docēs in tēplo, et dicēs: Et nescitis? vnde sim scitis, i. me nescitis secundū faciē vnde sim, s. patriā meā, scitis.* Etiam hoc dixit quantū ad eius originē. Et nota q̄ clamor quādoq; importat rurbulentia animi interius cōcitati, & talis clamor non cōpetit Christo. De quo Isa. 42. Nō clamabit neq; accipiet personā, neque audietur vox eius foris. Eccle. 12. Verba sapientū sicut stimuli. Quandoque importat magnitudinem deuotionis, secundū illud Psal. Ad dominū cum tribularer clamauī, &c. Quandoque verō magnitudinē dicendorū, secundū illud Isa. 6. Seraphin clamabāt alter ad alterū. Pro. 8. Nunquid nō sapientia foris clamitat: & prudentia dat vocem suam? Et sic prædicatores clamare monentur Isa. 58. Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocē tuam. Subiungitur etiam quantū ad diuinam eius generationē secundum quam erat eis ignotus. *Et à seipso non veni: sed est verus qui me misit, quem vos nescitis, q. d. Ante fui secundum diuinitatē, quā in mūdum veni secundum humanitatē.* Io. 8. Antequam esset mundus, ego sum. Aliās non conueniret ei venire nisi antē fuisset. Et cum hoc ipso quod venit nō venit à seipso, sed à patre qui eum promissit mittere. Exo. 4. Obsecro domine mitte quem missurus es. Isa. 19. Clamabūt ad dominū à facie tribulātis, & mittet eis saluatorem & propugnatorem qui liberet eos. Ideo sequitur: *Sed est verus qui misit me,* quasi dicat: Nō ab alio sed ab eo qui promissit & promissum adimpleuit: quia verus est, ad Rom. 3. Est autem Deus verax, & ideo docet me veritatem loqui: quia à vero missus sum quem vos nescitis, quia Deum animo verō nemo vidit. Ioā. 1. Deum nemo vidit vnquam. Et per consequens me non cognoscitis, cum sim

sim filius eius naturalis, æqualis ei in natura diuinitatis. *Ego scio eum*, quia ab ipso sum & ipse me misit. *Et si dixerit quis nescio eum, ero similis vobis mendax.* Vnde sciendum quod omnes homines videt eum, vt dicitur Iob 36. sed tamen diuersimodè: quia homines in vita ista videt eum per creaturas. Rom. 1. Inuisibilia Dei à creatura mudi per ea quæ facta sunt intellecta cõspiciuntur 1. Cor. 13. Videmus nũc per speculũ & in ænigmatè: tunc autẽ facie ad faciẽ. Angeli verò & beati in patria videt eum immediatè per essentiam. Matt. 18. Angeli eorum in cõlis semper vident faciem patris mei, &c. 1. Ioã. 3. Videbimus eum sicuti est. Matt. 11. Nemo nouit patrem nisi filius. Filius enim Dei videt eũ excellentius omnibus, s. visione cõprehensionis. Io. 1. Deum nemo vidit vnquã, sic, s. cõprehendendo velut vnigenitus filius, &c. Et de hac visione loquitur hic dicẽs: *Ego scio eum*, s. notitia cõprehensionis. Item nota quod omnis cognitio est per aliquã similitudinẽ, cum nihil cognoscatur nisi prout similitudo cogniti est in cognoscẽte. Omne autem quod procedit ab aliquo habet eius similitudinẽ à quo procedit. Vnde omnes Deũ cognoscẽtes secundũ diuersum gradum processionis eorũ, habet diuersimodè cognitionẽ eius. Anima ergo rationalis Dei cognitionẽ habet secundum quod similitudinẽ eius participat: imperfectiori quidẽ modo ab aliis creaturis intellectuãlibus. Angelus autẽ quia expressiorẽ Dei similitudinẽ habet, cum sit signaculum similitudinis eius, manifestius Deum cognoscit. Filius perfectissimã Dei similitudinẽ habet, cum eiusdem sit essentia & virtutis cũ ipso: & ideo perfectissimè eum cognoscit. Ideo dicit: *Sed ego scio eum*, inquantũ, s. cognoscibilis est. Cuius ratio est: *quia ab ipso sum*, quasi dicat: Habeo eandẽ naturã essentia cum ipso per connaturalitatẽ. Vnde sicut ipse perfectè se nouit per essentiam suam: ita & per eandẽ essentia ego scio eũ perfectè. Sed vt ne referatur hoc ad missionẽ qua venit in mundum, igitur continuo subiecit: *Et ipse me misit*, ita quod primũ, scilicet, *Ego scio eum*, quia ab ipso sum, referatur ad Christi diuinitatem: sed secundum, s. *Et ipse me misit*, ad eius humanitatem. Sed quod ait: *Si dixerit nescio eũ*, illud introduxit propter duo. Nam creaturæ intellectuãles sciunt eũ: sed de longè & imperfectè, quia vnusquisq; inuetur eum procul. Iob 36. Veritas enim diuina excedit omnẽ agnitionẽ nostrã. Quicũq; ergo Deum cognoscit, potest absque mēdacio dicere, quia non

non cognoscit eũ inquantũ perfectè cognoscibilis est. Filius autẽ Deũ patrem perfectissimè cognoscit, sicut pfectissimè se nouit, vñ non potest dicere nescio eũ. Secũdo, quia cognitio Dei, & maxime quæ est p gratia potest perdi. Ptal. 105. Obliti sunt Deum qui redemit eos. Vnde possum dicere, nescio quãdiu sum in vita ista: quia nemo scit vtrũ amore vel odio Dei dignus sit. Eccl. 9. Filius autẽ inamissibilẽ notitiã habet de patre. Vnde nõ potest dicere nescio eũ. In hoc autẽ quod dicit ero similis vobis mēdax, debet ibi accipi similitudo per cõtrariũ, nõ em̃ mēdaces essẽt si dicerẽt se nescire Deũ: sed potius si se dicerẽt Deũ cognoscere, cum eũ ignorẽt. Si autẽ Christ⁹ se eũ nõ nosse diceret cũ eũ noscat, esset mēdax. Est ergo sensus verbi: Si dixerit, nescio, i. nõ scia: ero similis vobis mēdax qui dicitis vos cognoscere eũ, cum tamẽ ipsum ignoratis. *Querebãt ergo eũ apprehẽdere: & nemo misit in illũ manus: quia nũdũ venerat hora ei⁹.* Propter hoc em̃ quod dixit eis Iesus quẽ vos nescitis: irritati sunt Iudei cũ simularẽt eũ scire, & ideo querebãt eũ apprehẽdere ad occidẽdũ. Sic hodie cõtingit quãdo mali cũ de ignorãtia notãtur siue accusantur tã grauiter ferũt: & tãtò magis irritãtur quãtò graui⁹ indignãtur. Sed tamẽ ecõtra aliqui Christũ in se habẽtes quereũt piẽ ipsum adhuc apprehẽdere. Can. 7. Ascẽdã in palmã & apprehẽdã fruct⁹ eius. Vñ Apost. Sequor autẽ si quo modo apprehẽdã. Et sciẽdũ quod nõ miserũt manus in illũ ad occidẽdũ. Primò, quia virtute diuina sunt repressi, quoniã volũtas nocẽdi est vniciq; à se, sed nocẽdi potestas est à Deo. Iob 1. & 2. dicitur: quod sathã nõ potuit Iob affligere nisi quãtũ pmissum est sibi à Deo. Secũdo, quia nõdũ hora venerat, s. hora captio nis eius à Deo ordinata. Nam vt dicit Gl. Sicut ante secula p̃ordinauit matrẽ virginẽ de qua nasceretur: sic etiã p̃sciscit mortem & elegit quam pateretur: & tempus quando pateretur. Huius hodie reminiscens: cum in cruce pendẽs, dixit: Consummatum est, & inclinato capite tradidit spiritum. *De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Christus cum venit, nunquid plura signa faciet quãm quã hic facit?* q. d. Non est alius expectandus qui plura faciat, ideo firmiter tenendum est quod hic est Christus, &c.

DE EODEM, ENARRATIO LV.

Totum hominem sanum feci in sabbatho. Ioan. 7.

MAGNUM est sanare hominẽ corporaliter, maius sanare spiritualiter, maximũ sanare vtroq; modo. taliter
Christ

Christus sanauit. Ideo dicit: *Totū hominem sanū, &c.* Fuit enim verus medicus ad nos de cælo trāsmisus: vt omnes nostras infirmitates curaret. Psa. 102. *Qui sanat omnes infirmitates tuas.* Aug. Magnus de cælo venit medicus: quia per totum mundū vndique iacebat ægrotus. De isto ægrotō & medico qui totū hominem sanū fecit in sabbatho tria sunt videntia, s. quæ sunt causæ infirmitatis, secūdo quæ sunt remedia cōtra infirmitates, tertio quæ sint signa sanitatis. Circa primum notādum q̄ quædā infirmitas causatur in homine ex nimia comestione, & sic infirmatus est homo de pomo vitæ: qui postquam comedit, infirmitatē mentis & corporis incurrit. Istud etiam vitiū gulæ in multis ostēditur, & ideo homo sæpe infirmatur. Eccl. 37. *In multis escis nō deerit infirmitas, imō tales gulosi sæpe moriūtur.* Ibidē propter crapulam multi perierūt. Corpora enim pinguis diu viuere nō possunt. Tum quia sunt modici sanguinis qui est causa vitæ: tum quia calor naturalis sæpe per nimiam pinguedinem suffocatur: tum quia via spiritus sæpe ad mēbra præ nimia pinguedine impeditur, & sic mors sequitur. Secūdo causatur infirmitas ex nimia infrigidatione. Sic peccatū mortale est frigide nature, ita q̄ ignē diuini amoris extinguit: peccatū enim est aqua frigidissima quæ extinguit diuinū amorem. Ier. 6. *Sicut cisterna frigidam facit aquā suam: sic frigidam facit malitia animā suam.* Istud etiā frigus peccati facit hominē in bono opere pigrū. Pro. 20. *Propter frigus piger arare noluit.* Peccatū enim prohibet hominem arare, i. cor suū per cōtritionē scindere, & ipsum ferere per bonam operationē. Non solū autē peccatū facit animā frigidam, sed etiam cōgelatam, ita q̄ resolui post mortem nō potest, sed calefieri potest per amorē. Eccl. 4. *Frigidus ventus aquilonis flauit & gelauit crySTALLū ab aqua.* Tertio causatur infirmitas ex nimietate corruptionis sanguinis. Sanguis nimis est abūdantia terrenorū quæ est sæpe causa peccati. Psa. 71. *Prōdit quasi ex adipe iniquitas eorū.* Sanguis putridus est ipsa carnalis cōcupiscētia quæ animam maculat & corā Deo putridam facit. De quo sanguine dicitur Isa. 1. *Cū multiplicaueritis orationes vestras non exaudiamus enim vestræ sanguine plenæ sunt.* Osee 4. *Sanguis sanguinem tetigit, hoc fit quando vnum peccatū adducitur ad aliud.* Quarto causatur infirmitas ex humorum, i. vitiorum corruptione. Psa. 13. *Corrupti & abominabiles facti sunt in*

iniq

iniquitatibus suis: non est qui faciat bonū, non est vsque ad vnum, i. Christū. Beata enim virgo nō fuit ab illa corruptione immunis, quia ex humore corrupto fuit generata, sed tamen sancta fuit nata. Christus autem de sancto sanguine fuit generatus. nos autē ex corruptione vitiosa sumus concepti, nati & educi. Secundo videndū est quæ sint temedia contra ipsas infirmitates. Circa quod notādum q̄ Christus quatuor remedia dedit per quæ istas infirmitates sanauit. Primā enim sanauit per dietā, quando 40. diebus & 40. noctibus ieiunauit. Nos etiā istā infirmitatē gulæ ieiunādo & abstinendo sanare debemus. Eccl. 37. *Qui abstinēs est adiiacet vitam.* Vt verò nostra abstinentia sit nostra victoria & possit volare ad deū, debet habere duas alias, s. orationē & elemosynā: quando enim auis non habet alas in terra remanet, quando etiā habet tantū vnā alam velociter volare nō potest, quando verò habet duas alas velociter volat. Sic etiā quando quis habet abstinentiā & nullā elemosynā facit, nec aliquā orationē, tunc sua abstinentia manet in terra, quando verò habet vnum illorum parū volare potest. Sed si ieiunat & orat & elemosynā dat, tunc ieiuniū in cœlū volat. Secūda infirmitatē Christus sanauit per sudorē, quando, s. factus est sudor eius quasi guttæ sanguinis decurrentis in terrā, vt dicitur Lu. 22. *Ipse enim totus inflāmatu erat igne amoris nostri qui ipsum sudare fecit, & nostrā frigiditatē calefecit.* Sic & nos etiā sudare debemus lacrymas emittendo. Tum enim oculus sudat quando plorat. In isto autē sudore lacrymarū homo frigidus inflāmatu. Vnde dicit Greg. de Magdalena q̄ frigida venit, sed inflāmata recessit. In isto etiā sudore lacrymarū spiritus sanctus libenter moratur. Gen. 1. *Spiritus dñi ferebatur super aquas.* Isto etiā sudore lacrymarum diabolus cōtribulatur & submergitur. Pl. 73. *Cōtribulasti capita draconis in aquis.* Exo. 15. *Submersi sunt quasi plumbū in aquis vehemētibus.* Tertū infirmitatē Christus sanauit per minutionē, q̄ in manibus & pedibus suis, & latere minutionē fecit. Istā autē minutionē & nos facimus, quādo venā oris nostri in cōfessione aperimus. De qua vena dicitur Pro. 10. *Vena vitæ os iusti, os autē impiorū operit iniquitatē.* Aliquando autē in minutione sanguis est putridus, aliquando superfluous, aliquādo necessarius. Tum autē est laudabilis minutio quādo sanguis putridus extrahitur, superfluous diminuitur, & neces-

Quadrag. Thef.

Z

farius feruatur. Sanguis purridus est amor peccati, iste totus est ab homine eiciendus. Sanguis superfluus est amor mundi, quādo quis amat diuitias & superfluitatē. Iste enim p̄ eleemosynā est diminuendus. Sanguis necessarius est amor dei qui est causa vitæ animæ, & iste est seruandus. Quartam infirmitatē Christus sanauit per amarā medicinā sumptionē. Pl. 68. Dederunt in escā meā fel, &c. Ista medicinā amarā, s. dolorē cordis nos recipere debemus, quæ quātō erit amarior, tātō ad exprimēdū malos humores erit virtuosior. Isa. 24. Amara erit portio bibentibus illā. Iste dolor assimilat̄ dolori torsionū & dolori parturientiū, & dolori flentū vnigenitum. Isti enim tres dolores sunt maiores q̄ inueniri possunt, & ideo scriptura dat nobis per hæc intelligere, q̄ dolor peccati nō debet esse paruus, sed maximus. De duobus primis dicitur Isa. 13. Torsiones & dolores tenebūt, quasi parturiēs dolebūt. De tertio Ier. 6. Luctū vnigeniti fac tibi planctū amarū. Tertio vidēdū est quæ sunt signa sanitatis. Circa quod sciendū q̄ quatuor sunt signa sanitatis perfectæ. Primū est appetitus ordinatus. Tria enim sunt quæ appeti possunt, s. nociua, superflua & vtilia siue necessaria. Si post infirmitatē quis appetit nociua vel nimis superflua, manifestū est q̄ nō est perfectē sanatus. Si vero appetit vtilia vel necessaria perfectē est sanatus. Sic spiritualiter nociua sunt malę societates vel peccati occasiones quę sunt sæpe causa peccati. Pro. 13. Qui cū sapiētibus graditur sapiēs erit, amic⁹ stultorū efficietur similis. Superflua sunt diuitię mundanę quę nimis superflue abūdāt. Illi igitur qui habēt appetitū caninū terrena & superflua appetēdo, perfectē sanati nō sunt. De quibus dicitur in Pl. 38. Famē patietur vt canes. Necessaria & vtilia sunt spiritualia ad quæ apostolus nos hortatur, dicēs ad Col. 3. Quæ sursum sunt sapite, nō quę super terrā. Secundū signū est totius corporis & cordis fortificatio. Debēt enim esse fortes in faciēdo opera fortia. Phil. 4. Omnia possum in eo q̄ me cōfortat. In proficiēdo de bonis ad meliora. Pl. 83. Ibūt de virtute in virtutē, patienter & perseuerāter sustinēdo aduersa. Heb. 12. In disciplina perseuerate, quis est eī filius quē nō corripit pater? Tertiu signum est coloris venustas. Illi em̄ q̄ habēt viuidū colorē perfectē sani sunt. Debet autē pfectē sanus tres habere colores, iuxta illud Cant. 5. Dilectus meus cādidus & rubicūdus electus ex millib⁹. Debet enim spiritualiter sanus cādidum habere colo-

colorē per puritatem, rubicūdū per charitatē, & lucidū per lucidā conuersationē. Et iste est color electus ex millibus, ille ex millibus eligitur, qui inter malos sanctē & honestē conuersatur. Quartū signum membrorū leuitas & agilitas. Veri enim p̄nitētes ad omnia dei mandata sunt vade agiles. Isa. 40. Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem, assument penas vt aquilæ, current & non laborabunt, ambulabūt & non deficient. Peccatores autem sunt valde p̄derosi & graues, ita q̄ nec deus potest eos portare. Ier. 23. Vos estis onus, proiciā quippe vos dicit dñs. Isa. 1. Laboraui sustinens. Nec etiā ecclū potuit eos sustinere, sicut patet in Lucifero. Lu. 10. Videbā Sathanam quasi fulgur de celo cadentem. Nec tandem terra poterit eos sustinere. Isa. 13. Ecce dies domini veniet crudelis & indignationis plenus, & ira furorisque ad ponendum terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea, &c.

FERIA IIII. ENARRATIO LVI.

Vade ad natatoria Silæ & lauare. Ioan. 9.

Conuetudo est homines volētes ire ad magnū dominū secū in mensa sedere, ornant & lauant se ne videantur aliqua in eis quæ offendant oculos dñi. Spiritualiter. Et sic nos si debemus ire ad mensam dñi, indigemus ornatu & lotionē. Figuratur Leui. 11. Qui tetigerit morticinia immunus erit vīq; ad vesperā, & lauet vestimenta sua, & sic nos. Et hoc docet sancta mater ecclesia in introitu, Cū sanctificatus fuero in vobis, cōgregabo vos de vniuersis terris, & effundā super vos aquā mundā, &c. Tūc sanctificamus dño quando eū cum vera deuotione laudamus, & hoc petit in collecta, Præsta quæsumus omnipotens deus vt quos ieiunia votiua castigāt, ipsa quoq; deuotio sancta lætificet, vt terrenis affectibus mitigatis facilius cœlestia capiamus. Similiter in pphetia Eze. 36. Effundā super vos aquam mundam, &c. Et ab vniuersis idolis mūdabo vos: & dabo vobis cor nouū & spiritū nouū ponā in medio vestri, & auferā cor lapideū de carne vestra. Et dabo vobis cor carneū & habitabit in terra quā dedi patribus vestris, & eritis mihi in populū & ego vobis in deū. Similiter in epistola. Isa. 1. Lauami & mūdi estote, auferte malū cogitationū vestrarū ab oculis meis. Quiescite peruersē agere, discite benefacere. Quærite iudiciū & subuenite oppresso, iudicate pupillo, & defendite viduā, &c. Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi

nix dealbabuntur, &c. Similiter in euāgelio, *Vade ad natatoria, &c.* In summa euangelij tria innūtur. Primo discipulorū interrogatio cum dicitur, *Rabbi, &c.* Secūdo cæci illuminatio, ibi, *Vade ad nata, &c.* Tertio pharisæorū murmuratio, ibi, *Non est hic homo, &c.* De primo dicit, In illo tēpore, s. cum Iudæi Christū uoluerunt lapidare. *Tunc exiit de templo, & praeteriens uidit hominem cæcum à natiuitate.* Gl. Non potuit curari per naturā. *Et interrogauerunt eum discipuli eius, Rabbi quis peccauit, hic aut parentes eius ut cæcus nasceretur?* Illam interrogationē habuerunt ex hoc quod audiuerunt quādo dñs sanauit paralyticū Io. 5. sicut ait, *Vade & amplius noli peccare.* Sic ergo æstimabant & huic accidisse. Nora infirmitas permittitur à deo multis rationibus. Primo propter meritū augendū. Et sic in Iob 17. qui ait, *Non peccauit, & in amaritudinibus moratur oculus meus.* Secundo ne homo exaltetur. Et sic in B. Paulo 2. ad Cor. 12. ne magitudo reuelationū extollat me: datus est mihi stimulus carnis meę, &c. Tertio ut poenitentiam suscipiat peccator. Pl. 15. Multiplicatæ sunt infirmitates eorū, postea accelerauerūt. Reuera multi nō cognoscūt se nisi in infirmitate. Pl. 32. Imple facies eorū ignominia, & querēt nomē tuū dñe. Figuratur in filiis Israhel. Pl. 77. Dum occideret eos quærebant eū & reuertebantur, & diluculo ueniebāt ad eū. Quarto propter peccatū, ut qui se nō uelit meliorare in infirmitatibus, q̄ sua pœna incipiet hic & durabit ibi æternaliter, sicut pater in Pharaone in Exo. Et sic in Herode & in Antiocho, &c. Quinto ut infirmitas mirabiliter sanetur, & ex hoc ostendatur dei uirtus & potētia. Et sic Tob. sanatus est Tob. 2. Et sic in cæco. *Ergo Christus respondit: Neque hic peccauit, neque parentes eius.* Sed diceret, tñ scribitur, 1. Io. 1. Si dixerimus, quia peccatū nō habemus ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis nō est. Resp. uerū est, sed nō ita grauitur ille peccauit ut cæcus nasceretur, sed ut opera Dei manifestaretur in illo, i. diuinitas Christi manifestaretur. Sequitur, *Me oportet operari opera eius qui misit me, s. patris.* Gal. 4. Cum uenit plenitudo tēporis misit Deus filiū suū factū ex muliere, ut eos q̄ sub lege erāt redimeret, &c. hoc fuit op̄ redēptionis. Abac. 2. Cōsideraui opera tua & expaui, s. te pēdentē in patibulo, in medio duorū animalū, i. latronū. Secūdū opus fuit recōciliationis hominū cū deo. ad Ephē. 2. Veniēs nūntiauit pacē his qui lōgē sunt, s. à deo. ad Ro. 5. Cum inimici essemus, recōciliati sumus deo p̄ mortē filij eius. Sequitur,

donec

donec dies est. Nora Christus nominat se diem. Nā sicut dies habet duodecim horas, sic Christus habet duodecim horas, s. Apost. Hic dies defecit & inclinatus est in cruce, quare supra in sermone, Nox præcessit, dies autē appropinquabit, *Ueniet nox, i. tēpus mortis propter incertitudinē.* Eccl. 9. Nescit homo an amore vel odio dei dignus sit. Iob 32. Nescio quā diu subsistā, & si post modicū tollat me factor meus. Pl. 31. In uia hac qua gradietis, &c. Secūdo mors dicitur nox, q̄a sicut in nocte laborās recipit præmiū & vadit domum, sic qui uis in nocte suæ mortis recipiet præmiū secundū opera eius. Et sic nos. Athana. Ibunt boni in uitā æternā, mali uero in suppliciiū æternū. Tertio in nocte recipiūtur inimici & excludūtur amici, & sic in morte. Matt. 25. Nescio uos, & clausa est ianua. Ergo. Ecc. 9. dicitur, Quodcūq; potest manus tua operari, instantē fac, quia nec opus nec ratio, nec sciētia, nec sapiētia erūt apud inferos quō tu properas. ad Gal. 6. Cum tempus habemus operemur bonū ad oēs, quia homini non uestito ueste nuptiali dicitur Matt. 22. Ligatis manibus & pedibus mittite eū in tenebras exteriores. Dixi secūdo innuitur cæci illuminatio cum subdit, *Hæc cum dixisset expulit in terrā, & fecit lutū ex spūto, & limiuit oculos eius,* hoc fecit ideo ut daret intelligere q̄ humanitas esset instrumentū diuinitatis, & etiā ideo, ut ostenderet se illū qui primū hominem plasmavit de terra. *Et ait, Vade & lانا te ad natatoria. Si ue.* Gl. Hæc aqua oritur ad radicē montis Sion, & non semper sed in certis horis ob memoriā facti ebullit per cōcaua terrarū. Nam cum Sennacherib obfederat Ierusalem, piscina ista communis erat Assyrii & Ierosolymitis, ita quōd uterque poterant inde haurire. Sed ad orationem Isaia factum est cum egrediebantur Ierosolymitę erat ibi aqua. Quando uero ueniebant Assyrii, tunc erat siccata. Sequitur, *Quod interpretatur missus.* Magister in historia. Et hoc ideo cum Manasses rex Ierusalem iuxta piscinam Siloe, Isaiam serra lignea per mediū secare fecisset, & ille angustiaretur infectione, petiit sibi dari aquā ut biberet, qui cum negauerāt ei, misit dominus aquam de sublimi in os eius & expirauit. Ob hanc aquę missionem Siloe interpretatur missus. Tunc innuitur cæci obedientia cum sequitur, *Abiit & lauit se & uenit uidens.* Licet enim Christus solo uerbo potuisset sanare hūc cæcum, tamen noluit hoc facere, sed multa fecit circa eius sanationē, quæ literalem habent causam & etiam spi-

ritualem. Primò enim expuit, ad ostendendū q̄ virtus sancti-
tina quodā modo erat ab eius humanitate inquantū est or-
ganū diuinitatis. Luc. 6. Virtus de illo exibat & sanabat om-
nes. Secundò fecit lutū vt ostēderet q̄ fecit primū homi-
nem de luto. Tertio liniuit oculos egi vt ostēderet se refor-
matorē corporū: quia nobilia mēbra reformauit, multò ma-
gis ignorabilia potest reformare. Quartò dixit ei: *Vade ad
natoria, &c.* Ne videretur terra super oculos lintra virtutē
sanatiuā oculi habere. Vnde quādiu lutū super oculos ha-
buit nō vidit: sed postquā lauit. Misit autem longē eum ad
aquā. Primò vt transeundo per ciuitatē linitus à multis vi-
deretur, vt esset miraculum magis notorium. Secundò vt cō-
mendaretur cæci obedientia & fides. Frequēter enim fortē
lutum habuit super oculos, & frequēter fortē lauabatur in
Siloe, & tamē ex hoc non videbat. Et potuit dicere, frequen-
ter me laui & nihil profeci, hoc tamen iam non dixit, sed
simpliciter obediuit & credidit verbis Iesu. Sed quod euan-
gelista addit, *quod interpretatur missus*: hoc fecit ad designan-
dum mysteriū Christi missi ad salutē hominū. Quintò ponit-
ur effectus visionis: quia venit vidēs, sicut prædictum fuit
Isa. 35. Tunc aperiētur oculi cæcorū, &c. Causam verò spiri-
tualē assignat Aug. qui dicit, q̄ per sputū de capite descen-
dens designatur verbū Dei quod à Deo capite omniū rerū
procedit. Eccl. 24. Ego ex ore altissimi prodij. Tūc ergo de
sputo & terra lutū fecit quādo verbū caro factū est. Liniuit
autē seu vnxit oculos cordis ipsius cæci, i. humani generis
per fidē incarnationis Christi, sed nondū videbat, sed quan-
do inunxit fortē catechumenū fecit qui interpretatur instru-
ctus qui fidē habet, sed nondū baptizatus. Et ideo mittit eū
ad piscinā quę vocatur Siloe, vt lauetur & illuminetur, i. ba-
ptizetur: vt in baptismo plenā illuminationē recipiat. Vnde
secundū Diony. baptismus dicitur illuminatio. Ezech. 36. Ef-
fundā super vos aquā mundā: & mundabimini ab omnibus
inquinamētis vestris. Interpretatur autē Siloe missus: quia
quicumq; baptizatur, oportet vt baptizētur in Christo qui
est missus à patre. ad Gal. 3. Quicumq; in Christo baptizati
estis, Christū induistis. Nisi enim ille fuisset missus, nemo
nostrū esset ab iniquitate dimissus. Greg. autem dicit q̄ per
saluā sapor intimæ contēplationis accipitur, quæ ad os de
capite cōditoris defluit: quia de claritate cōditoris adhuc in
hac vita postros gustu reuelationis tēgit. Vnde Dñs saluam
luc

luto miscuit, & cæci nati oculos aperuit, quia superna gratia
carnalem cogitationem nostrā per admixtionem suæ con-
templationis irradiat, & ab originali cæcitate homines ad
intellectum reformat. Tunc subdit: *Et aque vicini & qui viderāt
eū prius, quia mēdicus erat, dicebant: Nōne hic est qui sedebat & men-
dicabat?* Nij dicebant hic est: alij autem nequaquam sed simiū ei est.
Sciendū q̄ quæritur hīc de persona illuminati: quia mira-
bantur Iudæi de miraculi magnitudine, quod videbatur eis
incredibile. Et ideo dicebatur infra: *A seculo autē non est audi-
tum, quia quis aperuit oculos cæci nati.* Et implebatur illud Abacuc
1. Opus factū est in diebus nostris quod nemo credet cum
narrabitur. Itē mirabantur q̄ iste curatus fuit qui videba-
tur ignobilis & curatione indignus. Dominus tamen quia
propter paupertatem nullum repulit, qui propter salutē ho-
minum venit, Iac. 2. Nōne Deus elegit in hoc mundo pau-
peres, diuites in fide: ostendit suā clementiā curando illum
mendicū cum in magna erat deuotione. Opiniones autem
fuerūt inter eos: qui enim dicebāt hic est, mouebātur ex eo,
quæ sæpe eū viderunt, & similiter discurrentē per ciuitatē ad
natoria Siloe viderūt. Qui autē dixerūt nō est, mouebātur
ex eo, q̄ secundū Aug. oculi restituti mutauerūt vultū eius.
Nihil enim ita cognoscibile reddit hominem sicut visus.
Eccl. 19. Ex visu cognoscitur vir. *Ille autem dicebat quia ego sum:*
Vox gratitudinis est illa. Gl. Cōstebatur se esse, etiā laudat-
eū qui tam bene fecerat ipsum esse. Tob. 12. Benedicite deū
celi: & corā omnibus viuētibus cōstebimini illi: quia fecit
nobiscum misericordiam suam. *Dicebant ergo Iudæi, Quomodo
aperti sunt tibi oculi? Respondit: Ille homo qui dicitur Iesus, fecit lu-
tum & vnxit oculos meos & dixit mihi: Vade ad natoria Siloe, & la-
ua: & abij & laui & video.* Hīc quærit de ipsa illuminatione,
& respōdit eis. Vbi sciendum q̄ illa quæstio ex curiositate
procedit: quia hūc modū neq; ipse qui curatus est, neq; nos
nouimus, nec comprehendimus. Eccl. 3. In pluribus operib.
eius nō fueris curiosus. Cæcus respōdit ad quæstionē secū-
dum quod nouit: vnde dicit illuminatorē suū hominē, quē
nos nouit adhuc Deū, & homo erat Phil. 2. In similitudinē
hominū factus, & habitu inuētus vt homo. Item dixit Chri-
stum Iesum: vnde licet eum non viderat cum cæcus erat, iue-
rat tamē ad natoria Siloe: auditu tamē cognouit q̄ Iesus
fuerat. Sed quia nō viderat quomodo ex luto sputū fecit. 1.
Io. 1. Quod audiuimus & vidimus, oculis nostris p̄speximus.

& manus nostræ, &c. Abibat etiã cæcus, *Abij & laus & vi-*
deo. Et rectè post obedientiã illuminatur: quia dicitur Act. 9.
 Dabit spiritũ sanctũ obediẽtibus sibi. Vide cæci constantiã
 secundũ glosam quæ dicit: Benè iam videbar qui sic gratiã
 sibi præstitam annuntiabat: iam euangelizat, Christũ præ-
 dicans illuminatorem suum. *Dixerunt ergo ei: Vbi est ille? Ille ait:*
Nescio, quia antequã esset reuersus de natorio, Christus re-
 cessit de loco. Per illã nescientiã intelligitur nostra. De qua
 1. ad Cor. 13. Ex parte cognoscimus, & ex parte propheta-
 mus. Item illam qua nescimus an odio vel amore dei digni-
 simus. Eccl. 9. Item istã qua nescimus presentiam vel absen-
 tiam sponsi, & illa est valde periculosa. Nescire enim vnde
 veniat aut quo vadat, nullum est miraculum. Sed nescire
 quando veniat aut quãdo recedat periculosissimũ. *Est nescire*
quando veniat aut quãdo recedat periculosissimũ. Sed nescire
tũc nescitur qualiter presens pro sua dignitate reuertatur,
& qualiter absens sollicitè reuocetur: docet illud Cantico-
rum 6. Reuertere reuertere, &c. Adducunt eũ ad phariseos qui ce-
cus fuerat. Erat autem sabbatum quando luxu facie Iesus, & aperuit
oculos eius. Volens enim euãgelista hic ostendere quomodo
 Christũ quærebant pharisei à cæco: præmittit quomodo cæ-
 cus phariseis præsentabatur. Et hoc ideo quia volebãt Iesum
 adducere quod dånaretur pro solutione sabbathi, quẽ minimè
 inuenientes, adducunt cæcũ vt cogatur importunitate vel
 timore aliquid contra Christũ confingere. Ier. 5. Ibo ergo ad
 optimates & loquar eis. Ecce hi magis simul cõfregērũt in-
 gũ: ruperũt vincula. *Iterum interrogabant eum pharisei quomodo vi-*
disset. O cæci pharisei quid interrogatis de gratia, qui igno-
 ratis de natura: quid quæritis illuminatorẽ, qui nõ creditis
 redemptorẽ: *Ille autẽ dixit eis: Lutum posuit mihi super oculos: & la-*
ui & video. Admiranda cæci constantia: quia quod corã populo
 de Christo veritatẽ cõfitebatur nõ fuit magnũ: sed in ma-
 gno periculo cõstitutus corã phariseis, neque negat neque cõ-
 traria dicit. Ps. Loquebar de testimoniis tuis in cõspectũ re-
 gũ & nõ cõfundebar. Admiranda est etiã ipsius industria: quia
 narratiũ mores seruat, qui quod prius diffusè referũt, post-
 ea succinctè loquũtur. Sic ille hĩc fecit vt patet in tuẽti. *Di-*
cebant ergo ex phariseis quidã: Non est homo ex Deo, quia sabbathũ non
custodit. *Alij dicũt: Quomodo potest homo peccator hũc signa facere? &*
scisma erat: inter eos. Vbi sciendum quod si malitiosũ aliquid boni
 vident, semper illud ad malum referũt secundũ illud Eccl.
 11. Bona in mala conuertens insidiatur, & in electis imponet

net maculam. Sic isti tacent quod cæcum illuminauit, & refe-
 runt quod videbatur sabbathũ violasse, quod tamẽ non fecit.
 Dominus enim prohibens operari in sabbatho intendit de
 opere seruili, quãdo dixit: Omne opus seruile nõ facietis in
 eo. Opus autẽ seruile est peccatũ. Io. 8. Qui facit peccatum
 seruus est peccati. Ergo qui facit opera peccati in sabbatho
 soluit sabbathũ: qui autẽ sine peccato erat potius sabbathũ
 custodiebat. Ergo dixerunt: *Quomodo potest homo pecca-*
tor signa facere. Sed Ioan. 11. dicitur, quod multi ex Iudæis credi-
 derunt in eum, sed propter phariseos veritatem dicere non
 audebant. Dissidium & scisma quod erat inter eos, fuit signũ
 interitus eorũ. O se. Io. Diuisum est cor eorũ, nũc interibũt.
 Et Mat. 12. Omne regnũ in se diuisum desolabitur. *Dicitur er-*
go cæco: Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille autẽ dixit: Quia
propheta est. Interrogatur sententia à cæco de persona illu-
 minantis: hic enim erat odibilis, qui de Christo benè sen-
 tiebat secundũ Chryl. Et hoc apparet ex modo interrogan-
 di, quia cõmemorant cæco beneficium acceptum, dicentes:
 Qui aperuit oculos tuos: qui aliàs dicebãt, qui soluit sabbathũ.
 Cæcus autẽ ad hoc respondit iterum quod nouit, di-
 cẽs eum prophetã quẽ filium dei nondũ nouit. Et verè pro-
 pheta fuit. Deut. 18. Prophetam de gente tua & de fratribus
 tuis suscitabit tibi dominus. Ipse etiam de se ait. Luc. 13. Nõ
 capit prophetam perire extra Ierusalem. Et nemo propheta
 acceptus est in patria sua Luc. 4. Ille propheta propheti-
 zat bonis. Mat. 23. Venite benedicti, &c. & malis, Ite maledi-
 cti in ignem æternũ. Nota pro doctrina, per istum cæcũ in-
 telligitur peccator. Vnde Soph. 1. Ambulabunt vt cæci quia
 domino peccauerunt. Nã cæcitas corporalis causatur à tri-
 bus. Primò à puluere, secundò ab igne, tertio à tumore. Pri-
 mo causatur à puluere terrenæ cupiditatis. Figuratur Tob.
 2. Vbi dicitur quod Tobias ex stercore hirũdinis fuit excæca-
 tus. Ista stercora sunt temporalia, de quibus Phil. 3. Omnia
 arbitraus sum vt stercora vt Christũ lucrificiam. Est autẽ
 periculum quando ista stercora siue illi pulueres adhærent
 oculis animæ nimis. Ideo Matt. 10. Excute puluerem de pe-
 dibus vestris, quia ista temporalia excæcant oculos animæ, vt
 homo non cognoscat Deum creatorẽ suũ. Ideo Exod. 23.
 Non accipies munera quæ excæcant etiã prudẽtes. Et Exo.
 18. Dixit Ietro ad Moysen: Elige tibi viros timentes Deũ
 in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiã. Et Eccl. 10.

Xenia & dona excæcât oculos iudicû. Cõtra illam cæcitatẽ habetur collyriũ amarũ quod cõficitur ex felle piscis quo oculi Tobiz sunt sanati: vt habetur Tob. 11. Et representauit Christũ, prout fuit in patibulo crucis, tanquã piscis asfatus & felle potatus. Pl. 11. Aruit tãquam testa virtus asfatus & denudatus. Mat. 9. Vulpes foveas habet: filius autẽ hominis nõ habet vbi caput suũ reclinet. Ista paupertas passionis debet nos inducere ad sustinendũ paupertatẽ pro Christo. Secũdõ causatur cæcitas spiritualis ab igne carnalis cõcupiscentiã. Pl. 57. Supercecidit ignis & nõ viderũt solem. Sic enim vsus excæcatur ad peluim candentẽ: sic libidinosus ad concupiscentiã ardentẽ. Ber. Carnis delectatio mentem quam inficit obscurat. Et sic fuerunt excæcati duo senes sacerdotes. Dan. 13. Declinauerũt oculos ne viderẽt celum: neq; recordarẽtur iudiciorũ iustorum. Et figuratur iudicũ 16. in Dalida quæ excæcauit Samsonem. Spiritualiter Dalida significat luxuriam siue carnis cõcupiscentiam per quã homo excæcatur & traditur in manus inimicorũ suorũ, i. dæmonũ. Sed hoc prohibetur Eccl. 12. Post cõcupiscentias tuas ne eas, & à volũtate tua auertere. Nã si vadis post cõcupiscentias animę tuę, i. vitæ, traderis inimicis tuis. Et sic fuerũt excæcati Sodomitę. Gen. 19. Sciendũ tamẽ quãdo vas cordis per ignẽ malæ concupiscentiæ bulliat, tũc triplex debet habere remediũ. Primum est qd vas debet ab igne remoueri, i. à colloquiis & aspectib. mulierũ se absentare. Eccl. 9. auerte faciẽ tuã à muliere cõpta, & ne circumspecias speciem alienã: propter speciem enim mulieris multi perierunt. Et ex hoc cõcupiscentia, quasi ignis exardescit. Secundu est qd ligna siue prunas, i. cogitationes ignitas à corde suo abicere debet: quia dicitur Prou. 6. Nunquid abscondere potest homo ignẽ in sinu suo, vt nõ cõburantur vestimenta eius: aut ambulare super prunas vt nõ plantæ comburãtur eius: Tertium est qd aquam frigidã, i. pœnitentiã asperam corpori suo imponant. Eccl. 11. Malitia vnius horæ obliuionẽ facit luxuriæ magnæ. Nam dixit Apost. 1. Cor. 9. Castigo corpus meũ, & in seruitutem redigo, &c. Cõtra illã cæcitatẽ habetur collyriũ totum dulce quod cõficitur ex fauo mellis, quo illuminati sunt oculi Ionathæ, vt habetur 1. Reg. 14. Et significat Christum prout est in regno vbi erit totus dulcis. Eccl. 24. Spiritus meus super mel dulcis: & hereditas mea super mel & fauũ. Pl. Quãm magna multitudo dulcedinis

tue

tue domine. Et hæc dulcedo expellit ignẽ cæcitaris luxuriæ. Nã omnes delitiæ carnales deberẽt cõtemni vt saltem vna hora facies Dei posset videri. Tertio causatur cæcitas ex timore superbiæ: quia sicut ait Gre. Tumor mētis est obstaculũ veritatis. Zac. 12. Omnem superbũ percussit cæcitate. Figuratur in Sedechia, 4. Reg. 25. qui in regali dignitate superbiuit, & ideo à rege Babyloniæ excæcatus fuit. Sic omnes superbi excæcantur. Apoc. 3. Tu dicis diues sum & nullius ego, & nescis quia miser es, pauper, nudus & cæcus. Glo. Miser es in vita cùm per ignorãtiam pareas pauper in bonis, nudus in virtutibus, & cæcus, quia deceptus es & vitia non recognoscis. Ista cæcitas à natiuitate est inducta. Nam superbia in affectu ortũ habuit in cœlo, superbia in intellectu in paradiso terrestri, superbia in actu ortũ habuit in mundo, quãdo Cain occidit Abel. Contra illã cæcitatẽ collyrium habetur quod fecit Christus, quãdo fecit lutum ex sputo, & liniuit super oculos cæci, & illuminatus est: vt patet in hoc euang. Sic peccator debet lutum ponere super oculos cordis considerãdo se de luto factum. Iob 30. Cõparatus sum luto, & assimilatus sum fauillæ & cineri. Ber. Stude teipsum cognoscere: quia melius est scire teipsum, quã si te negligẽdo cuiusdam astrorũ inuestigares. Gre. Quãtõ quisq; seipsum minus videt, tantõ minus sibi displicet. Et quãtõ maioris gratiæ lumen recipit, tantõ amplius quid de se pẽdere debeat cognoscit. Legitur de Alexan. Magn. Cũm Alexãder omnes regiones terræ & insulas maris peragrasset, & sibi subiugasset, præsumpsit ire ad paradysum, & præmisit nũtios suos: quibus occurrit quidã senex, dicẽs: Dicite domino vestro quod non potest huc venire nisi per humilitatẽ. Et dedit eis lapidem ad similitudinẽ oculi, vt portarent eum domino suo. Quem cùm accepisset Alexander, ostendit eum viro sapienti cuidam vt diceret sibi eius virtutem. Qui ponderauit eum. Cũmque lapis positus nudus esset in lance vna valde grauis erat, & plus quãm omnia alia quæcũque poni poterãt in alia lance põderauit. Deinde operuit lapidẽ terra, & tunc adeo leuis erat, quod penna vna paruula plus eo põderauit. Et dicit sapiẽs: Per lapidem istum tu es designatus: quia quãdiu viuus, es maior omnibus & omnia tibi subiugas. Postquam autẽ cooperatus fueris terra, s. post mortem vilior eris vna penna: quia superbi qui modo magni apparent, post mortem nihil erunt.

ENAR

*Cum audissent quidam de turba hos sermones, dicebant: Hic est
verè propheta. Ioan. 7.*

Sicut veritas & falsitas sunt duo verissima contraria: ita
boni & mali ab quo contraria fuerunt, quia dicitur 2. Cor.
6. Quæ participatio iustitiæ ad iniquitatē, aut societas luci
ad tenebras, & quæ conuentio Christi ad Belial: q. d. nulla.
Et non est mirū quod boni & mali adinuicē contrariātur:
quia habēt duos dños contrarios, videlicet Deū & diabolu.
Boni enim Deo seruiūt & mali diabolo. Sed cum veritas sit
Dei, imò Deus est ipsamet veritas, & falsitas sit ipseus dia-
boli: Deo boni semper veritatē defendūt cōtra malos: & e-
cōtrario mali falsitatē & malitiā suā defendunt contra bo-
nos. Quod manifestē apparet in euang. presenti, vbi dissen-
sio facta est propter Christū in turba & inter pharisæos. Fre-
quenter contingit q̄ in cordibus malorū ex manifestatione
virtute oris diffētio & turbatio. Vñ in p̄sona Christi dicitur
Ier. 15. Væ mihi mater mea, v̄æ, vt quid me genuisti virū ri-
xæ, virū discordiæ in vniuersa terra? Propterea Saluator di-
cebat Mat. 10. Nō veni mittere pacē in terrā, sed gladium.
Secundū hoc igitur in hoc euang. duo tāguntur. Primo ma-
lorū in turbis dissensio, quod diuersitas probat opinionum,
ibi: *Cum audissent quidam de turba, &c.* Secundo tāgitur in verbis
pharisæorū discordatio, quod cōmēdabilitas probat mini-
strorū, ibi: *Venerunt ergo ministri, &c.* De primo dicit: *Cum audis-
sent quidam de turba hos sermones de Iesu dicebāt: Hic est verè propheta.*
Hęc est prima opi. de Christo quā boni cōceperūt ex verbis
Christi, cum in magno festiuitatis die vltimo, s. scenopegiæ
clamasset sc̄do: Siquis sitit veniat ad me & bibat aquā, s. fa-
piētiæ & gratiæ, videlicet amoris Dei. De tali inquā aquā iā
sitim suam spiritualiter cœperūt extinguere: & dicunt eum
prophetā verū. De quo Deut. 18. Prophetā suscitabit vobis
dominus de medio fratrum tuorum similem tui. Pro quo scien-
dum q̄ propheta secundum nominis interpretationē dicitur
quasi procul fans, inquātū annūtiat aliqua quo ad eius
cognitionē lōginquā propter obscuritatē suæ cognitionis,
& hoc nō pertinet ad perfectionē prophetiæ, sed magis ad
effectū. Quod patet Num. 13. vbi Moyses dicitur excellēti-
or propheta, eo q̄ diuersa palam & nō per ænigmata videbat
quæ alij cognoscebāt in somno & visione atq; per figuras.
Alio modo intelligitur illa lōginitas respectu aliorū ho-
minum,

minum, cum quibus propheta cōuersatur quibus annūtiat
occulta. Et hoc est de ratione prophetiæ. Ideo Aug. contra
Faust. dicit, q̄ ex hoc aliquis dicitur propheta: quia annū-
tiat ea quæ sunt lōgiqua à cōmuni cognitione hominum
cū quibus cōuersatur. Christus autē in via ante passionem
suā quantū ad partē sensitiuā erat viator, & cū aliis homini-
bus cōuersabatur: & ideo licet clarē videbat diuina secre-
ta, erat tamē verē propheta inquantū cognouerat longin-
qua à cognitione aliorū hominū, quibus annuntiabat ista.
Angeli autē in nullo sunt viatores, quia eorum cōuersatio
nō est cū hominibus: vt habetur Dan. 2. Et ideo nō possunt
dici propheta: ex hoc q̄ annūtiat hominibus occulta. Eadē
ratione Christus post passionē suā desinit esse propheta, &
prophetia in ipso euacuata fuit: quia nō ampli⁹ erat in via.
Sequitur: *alij dicebāt: Hic est Christus. Quidā autē dicebat: Numquid à
Galilea Christus venit? Nōme scriptura dicit, quia ex semine David &
de Bethlehē castro vbi erat David venit Christus? Hic tāgitur du-
plex opinio de Christo, vna est credentiū & dicentiū hic est
Christus. Isti magis accedebāt ad posū & sitim infidelitatis
magis deposuerūt: & hoc etiā Petr⁹ cōfessus est, Mat. 16. Tu
es Christus filius Dei viui. Alia erat opin. infidelium & cōtra-
dicentiū, dicēs, *Nūquid à Galilea, &c.* q. d. Non, quia videbatur
eis q̄ Christus esset in Nazareth Galiliæ nat⁹, sicut ibi fuit
nutritus. Et isti nouerāt prophetas Christū in Galiliæ ven-
turū nō p̄dixisse, quod cōfirmabāt autoritate dicētes: *Nō-
me scriptura dicit, &c.* Nā quia de semine David venit Christus, dicitur
Ier. 23. Suscitabo David germen iustum, &c. Et hoc est nomē,
quod vocabūt eū, Dominus iustus noster. Quod autē de ca-
stro Bethlehem oriūsus erat, dicitur Mich. 5. Et tu Bethle-
hem Ephrata paruulus es in millibus Iuda: ex te em̄. exierit
dux & egredietur qui sit dominator Israel. *Dissensio itaq; facta
est in turba propter eū.* Vnde hęc dissensio vsq; hodie permanet
in ecclesia, & nō propter eū tanquā propter Christū inquā-
tū est filius Dei: tamē propter eū, i. propter eius veritatē & iusti-
tiā. Omnes em̄ credimus q̄ Christus est filius Dei, sed non
omnes credimus veritati eius, dū scripturę sanctę in multis
modis cōtradiciamus & iustitiæ eius dū iustitiæ Dei nō su-
mus p̄ omnia subiecti. *Quidā autē ex ipsis voluerūt apprehēdere eū,
sed nemo misit in eū manus.* Volentes autē apprehendere eū fue-
runt de illis qui dicebāt: *Nūquid à Galilea venit Christus? Ps. 7.*
Persequatur inimicus animā meā, & cōprehēdat. & Exo. 15.
Dixit*

Dixit inimicus, persequar & comprehendam. *Et nemo misit in eius manus:* quia ipse nō permittit. Io. 10. Nemo tollit à me animam meā: sed ego pono eā à me ipso. Vnde postea quando pati voluit nō tantū eos expectauit, sed seipsum eis obtulit dicēs: Io. 18. *Quē queritis?* ego sum. Consequēter pro secūdo principali tangitur in verbis pharisæorum discordatio quod cōmendabilitas probat ministrorū. *Venerunt ergo ministri ad pharisæos & ad pharisæos, & dixerunt eis illi: Quare nō adduxisti illū?* Ecce hīc dissensio pontificū & pharisæorū cōtra ministros, in quo apparet eorū iniquitas. A deo enim mali erant quod eis nō poterāt ministri satisfacere nisi Christo nocuentū inferrent. Prou. 4. *Rapitur somnus ab oculis eorum nisi supplātauerint.* Et glo. hīc dicit: *O sēui & immisericordes,* quare nō intelligitis potentiā eius quem apprehēdere vultis? vobis præsētibus sēpe locutus est. Cū enim eum lapidare velletis, illæsus inter ictus vestros euasit, & rēplū exiuit, & teneri à vobis non potuit. *Quare modō ministros arguitis,* cur eū non adduxerūt, cum vos ipsi dum cum eo essetis, ipso volēte nihil agere possētis, sed sicut illi attōniti stupentēsq; redicēs? hęc gl. *Responderūt ministri: Nūquam sic locutus est homo sicut ille homo loquitur.* Vbi reddunt eū cōmendabilē ex tribus. Primo ex admirationis causa: quia nō propter miracula, sed propter doctrinā Christū mirabantur ex qua propinquiōres efficiūtur veritati, & recedūt à cōsuetudine Iudæorū qui signa quærūt. 1. Cor. 1. Secūdo ex cōuersionis facultate, quia de paucis verbis Christi capti sunt & allecti ad eius amorē. Tertio ex animi securitate: quia ipsi pharisæi qui Christo aduersabātur talia dicūt de Christo: *Nūquā sic locutus est homo.* Et hoc rationabiliter, quia nō solū homo erat, sed etiā dei verbū. Et ideo verba sua erāt virtuosā ad mouēdū. Ier. 23. *Nūquid nō verba mea quasi ignis & quasi malleus cōterēs petrā?* Ideo dicitur Mat. 7. quod erat docēs eos sicut potestātē habēs, & nō sicut scribæ & pharisæi. Erāt etiā sapida ad dulcorādum. Cant. 2. *Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis.* Psal. *Quām dulcia faucibus meis eloquia tua domine.* Erāt etiā vtilia ad retinēdū, quia promittebāt bona æterna. Io. 6. *Domine ad quē ibimus, verba vitæ æternæ habes.* *Responderūt ergo ei Pharisæi: Nūquid & vos seducti estis?* nūquid aliquis ex principibus credidit in eum aut ex pharisæis, sed turba hæc quæ non nouit legem maledicti sunt. Vbi sciendum quod primō arguunt ministros, dicentes: nūquid

quis & vos seducti estis? q. d. Videmus vos allectos esse in sermone illius. Et reuera laudabiliter seducti erāt, qui dimisso malo infidelitatis ad veritatē fidei sunt adducti. Ier. 20. *Seducti sunt me dñe & seductus sum:* fortior me fuisti & inuolui st. Vnde gl. *Seductorē Christum vocabāt.* Et idcirco ministros suos seductos esse ab eo dicebāt. Et reuera & laudabiliter seducti erāt, quia declinātes à malo in hęcserunt bono, dimiserūt infidelitatē, transferunt ad fidē, abnegantes diaboli, confessi sunt Christū, hæc gl. Secūdo ex epla principū, proponunt, vt magnates eos auertant. Vnde dicunt: *Nūquid aliquis ex principibus credidit in eum?* Ex duobus enim aliqui ad fidem & ad bonā vitam reducuntur, s. ex autoritatē & religione. Vnde autoritas fuit in principibus, religio autem in pharisæis: sed tamen illi Christū non receperūt, ergo videtur q; non fuit accipiēdus à nobis. Magis quippe sunt imitandi à vobis principes propter autoritatē & pharisæi propter religionē quām ille Iesus. Tertio excludunt turbę testimoniu, dicētes: *Sed turba hæc quæ nō nouit legem maledicti sunt:* ergo nō est standū cum eis. Hoc autē sumpit ex Deute. 27. *Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius.* Sed hæc malē intelligebant: quia etiā illi qui habent scientiam & eū hoc opera legis faciūt, magis permanēt in lege quām qui solam legis scientiā habent. Mat. 15. *Populus hic labiis me honorat: cor autē eorū longē est à me.* Iac. 1. *Estote factores verbi, nō auditores tantū.* Et gl. *Implebatur verissimē in istis quod dixerat dominus: In iudiciū ego veni in mundū, vt qui nō vident videant, & qui vident cæci fiāt.* Cæci etiā facti sunt legis doctores, & videre cœperant simplices nescientes legem. Et in eum qui legis autor erat credentes agnoscebāt Christum: qui legem ignorabant, & qui se scire putabāt, contemnebāt. Hęc glo. *Dicebat Nicodemus ad eum, ille qui venit ad eum nocte, qui erat vnus ex ipsis: Nūquid indicat lex nostrā hominem nisi audierit ab ipso prius & cognouerit: quid faciat?* Incipit Euangelista ponere dissensionem inter principes de Christo, & præmittit tria, de Nicodemo duo, & vnū de principibus. Primum quod pertinet ad fidem eius, ibi: *Qui venerat ad eum, id est crediderat.* Secundum ad fidei imperfectionem, ibi: *In nocte propter timorem: si enim perfectē credidisset, non timisset.* Tertium pertinet ad falsitatem principū, ibi: *Qui vnus erat ex ipsis.* Ecce quia falsum loquebatur principes, dicentes: *Nūquid aliquis ex principibus credidit in eum?*

eum. Ier. 16. Verè mendaciū possederūt patres nostri. Exhortatur autē eos Nicodemus, dicens: *Nunquid lex, &c.* Erat autē fidelis, & volebat eos autoritate legis ad Christū conuerrere: & quia timidus erat, hoc occultè faciebat. Credebat enim quia si tantummodo Christum volent audire, quod verbū eius esset tantæ efficaciz, quod fortè similes fierent illis qui missi fuerāt ad tenendum eum in eo facto ad quod missi fuerāt, & crederent sicut illi crediderūt. Et notandum quòd secundum leges debet præcedere diligens inquisitio sententiā. Act. 24. Non est Romanis cōsuetudo damnare aliquem hominem prius, quàm is qui accusatur, præsentis habeat accusatores, &c. Iob 29. Causam quam ignorabā diligenter inuestigabam. In Exo. dicit: Innocentē & iustū non condemnabis. Sed ex amore vel odio, prece vel pretio multi faciunt contrarium. *Responderunt autem & dixerunt ei: Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare scripturas & vide, quia propheta à Galilæa non surgit.* Vnde cōprehenderunt eum quasi seductorē, dicentes: *Nunquid & tu Galilæus es? i. à Galilæo seductus es.* Arbitrabātur enim Christum Galilæum ex conuersatione in Galilæa. Et ideo omnes qui Christum confitebātur quasi in opprobriū Galilæos vocant. Vnde Matt. 26. dixit ancilla Petro: Et tu Galilæus es. Sic qui nunc confitētur Christū Christiani dicuntur. Et primo cœperunt Christiani appellari apud Antiochiam quæ est metropolis Syriæ secundum glo. Secundò comprehenderunt eum quasi ignarum. Vnde dicunt: *Scrutare.* Quasi dicant: Licet tu sis doctor, tamen hæc ignoras. Vnde Ioan. 3. eodem modo sibi fuit dictum à Christo: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Et secundum quòd hoc eorum verbum falsum est simpliciter: quia si intelligatur de prophetis generaliter, sic aliqui fuerunt nati de Galilæa: videlicet Elisæus, Tobias, & Delbora prophetissa, & fortè plures alij. Si autem intelligatur de propheta singulariter promisso ad salutē populi qui est Messias, sic etiam est falsum verbū eorum: quia de ipso dicit Isa. 11. cap. quòd vocatur Nazarenus, & per consequēs Galilæus. Et hoc sciuit Nicodemus, sed non fuit ausus dicere: nec mirū. Apostoli enim adhuc illo tēpore fuerunt timidi. *Et reuersi sunt unusquisque in domum suam,* id est in propria vacui fide & fraudati à desiderio suo. Iob 5. Consilium prauorum dissipat. Vel in domum suam, id est in malitiam infidelitatis & impietatis suæ. Apoc. 2. Scio vbi habitas, vbi est sedes satanæ.

FERIA

FERIA VI. ENARRATIO LVIII.

Lazarus mortuus est. Ioan. 11.

Commune est proverbium, Amicus in necessitate probatur. Eccl. 6. Si possides amicū, in tentatione posside illū. Spiritualiter, sic nos habemus amicū, scilicet Christū. Io. 15. Amici mei estis si feceritis ea quæ præcipio vobis. Iste amicus probatur tēpore necessitatis. Ps. 90. Cum ipso sum in tribulatione, &c. Ideo illius amici debem⁹ habere memoriā. Quod facit ecclesia in introitu. Meditatio cordis mei in cōspectu tuo sēper. Versus, Cœli enarrat gloriā dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentū. Hunc Ps. 18. Fecit Dauid de gratiarū actione, quod deus dederat filiis Israël legē, sed secundum Hier. Dauid fecit hunc Ps. post mortem Absalonis & Sybæ cum in pace venit in Ierusalē, vt habetur 2. Reg. 18. 19. & 20. ca. & tunc ait, Cœli enarrant gloriā dei, &c. Quod similiter figuratur in epistola hodierna. 3. Reg. 17. vbi dicitur quod ægrotauit filius mulieris matris familiæ quæ cibavit Helix & mortuus est. Et Helix expandit se atque mensus est tribus vicibus super puerū, & exclamauit ad dominum dicens: Domine deus. reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius. Et exaudiuit dñs vocē Helix, & reuersa est anima pueri intra eū & reuixit. Et similiter in euangelio. *Ægrotauit Lazarus & mortuus est.* Aliud thema, *Lazarus amicus noster dormit, vado vt à somno excitem eum.* Ioan. 11. Consuetudo dignoscitur vt qui bona recipit ab aliquo, etiā debet mediari vt econtra bona sibi impendat. Sic arbori à qua habetur umbra debetur humiditas. Spiritualiter, & sic nos bona accepimus à deo. Iac. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminū. Ideo meditemur bona propter eius paternā dilectionem agere. Quod innuit ecclesia in introitu, dicens, Meditatio cordis mei in conspectu tuo sēper, dñe adiutor meus & redemptor meus. Ps. Cœli enarrant gloriā, &c. Et similiter in collecta ecclesia petit hoc, dicens, Deus qui ineffabiliter mundum renouas sacramentis, præsta quæsumus vt ecclesia tua æternis proficiat institutis, & tēporalibus non destitatur auxiliis. Et figuratur in epistola, Mulier mater familiæ multa bona exhibuit Helix, quorum bonorum ipse non oblitus ei bonum rependit, resuscitans filium eius. Similiter in euangelio, *Martha & Maria fecerunt multa bona Iesū in Bethania.* Huius beneficij non immemor visitauit eos

Qu adrag. Thef.

A A

in tribulatione. De quo thema, *Lazarus amicus noster dormit, sed vado ut à somno excitum illum.* In sum. euang. iria innuuntur. Primo infirmitatis Lazari nuntiatio, ibi, *Ecce quē amas infirmatur.* Secundo Christi cōpassio, ibi, *Et vidit Iesus eam plorantem in seipsum spiritu.* Tertio Lazari resuscitatio, ibi, *Lazare veni foras.* De primo dicit, In illo tēpore, s. cū Christus ait. Ego & pater vnū sumus, & Iudæi voluerunt eum lapidare, abijt trās Iordanē à Bethania per vnā dietā & mansit ibi. Interim autem Lazarus infirmabatur. Ergo dicit, *Erāt quidam languens nomine Lazarus.* Aug. de verbis dñi, huic langori non amici, non cōsilia, non fomenta, non artis pericia succurrunt, omnia enim quæ pro salute data fuerunt in cōtrariū vertūtur, ergo iste languor non remedio, sed sola morte erat finendus. Et dicit notāter quidā particulariter. Quia fuit famosus & nobilis, ergo describit eū ex nomine & loco cū subdit, *À Bethania distante 15. stadia à Ierusalē, de castello Mariæ & Marthæ sororū eius vbi Christus multoties hospitabatur.* *Maria autem erat quæ vnxit dominum unguento, & exersit pedes eius capillis suis.* Ecce ponit signū amoris, quia idē factū bis fecit. Primum ex contritione Lu. 7. secundū ex deuotione. Io. 12. Cuius frater Lazarus infirmabatur. *Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes, Domine ecce quem amas infirmatur,* quasi dicat, Si amasti eum in prosperitate, dilige eū in tribulatione. Si in vita, tunc & in morte, ecce quæ amatores dei patiuntur quandoquē, quod inuinitur hic cū dicitur: *quia quem amas infirmatur.* Pro. 3. *Quē diligit deus corripit.* Nota infirmitas corporalis primò est reprehensua malitiæ. Eccl. 31. Infirmitas grauis sobriā facit animā. Exemplū de quodam milite qui insidiabatur cuidā religioso valde, post hoc infirmatus miles vocari fecit hunc religiosum qui visitauit eū. Cui miles dixit, Dñe orate pro me. Qui respondit, In quo statu estis melior & deuotior & cognoscitis deum? Respondit, In infirmitate. Cui ille: Conseruet vos in isto statu deus in quo ei melius valetis seruire. Exemplū de Petronella filia Petri quæ infirmata est, & dum Petrus rogaretur pro illius sanitate, respōdit, Et ita expedit. Hugo de sancto Victore, Deus multos flagellat ne peccent, vtilius enim est frangi doloribus ad salutē, quā vti incolumitate ad damnationem. Secundò infirmitas est excitatiua boni. Psal. 15. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum. postea accelerauerunt. Et sic in beato Hierony. cui non sapiebat diuina scriptura. Post flagellationem autem

dñi

diligenter legit eam. Tertio est conseruatiua. 2. Corint. 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt in me inhaibiter virtus Christi. Quarto est glorificatiua dei vt hic. Sed diceret, quare non iuerunt personaliter? Respon. Chryf. Primò quia vehementer confidebant de Christo, ideo sperabant quòd per nuntiū non recufaret. Secundò quia à ludæi detinebantur, & circa seruitiū infirmi occupabantur. Aug. de verbis dñi: *Istæ duæ sorores iuuenes ægrotantis lectulo inhaerebant, iugiter fouebant, eloquis cōsolabātur, patienter, inquirunt, sustine & noli desperationem continere, quia veniet Christus & sanaberis.* Tertio secundū Theoph. quia erāt mulieres quibus non erat licitū exire domū & currere per vias. Quærit Aug. quare non dixerunt, Veni & sana eū, vt Regulus. Io. 4. vel dic verbo, vt Centurio Mat. 8. Respondet Aug. quia insinuatio necessitatis sufficit amanti absque alicuius petitionis additamento speciali. Vel ideo quia cōmiserunt voluntati Christi, quia nescierunt quid magis saluti fratris expediret an sanitas vel infirmitas. Respon. Iesus, *Hæc infirmitas non est ad mortem, s. finaliter.* Nota aliqua infirmitas est ad mortē corporis tantū, & est sanctorum. Alia est ad mortem animæ tantū, & est peccatorū. Tertia corporis & animæ, & est damnatorū, & sic nullo modo infirmitas Lazari fuit ad mortē. Non corporis, quia non est detentus sed suscitatus, nec animæ, quia fuit in gratia, nec in his simul, quia non fuit in inferno, sed in limbum descendit. Sed pro gloria dei, vt filius dei glorificetur per illam, s. vt populus videns miraculū conuertatur ad fidem. Tunc subdit, *Diligebat autem Iesus Mariam & Mariam sororem eius & Lazarū,* quia sibi multa bona operati sunt. Mystice ad designandū quæ triplices homines diligit deus, s. actiuos quæ sunt intellecti per Marthā, contēplatiuos per Mariam, & pœnitentes per Lazarum. Istæ sunt tres viæ eundi ad cœlū. Prima est ire per vitā contēplatiuam. Ista vita significatur per Mariam quæ ad Christi pedes Lu. 10. sedebat, & eius visione & locutione pascabatur. Et ista vita est diurnior quā actiua, quia illa finitur, ista nō aufertur. Ideo dicitur Lu. 10. Maria optimā partem elegit quæ non auferetur ab ea. Actiua vita tantū est in præfenti non in futuro. Ibi enim non est necesse quod aliquis aliquem induat, quia ibi veste immortalitatis omnes sunt induti, nec aliquem potest vel pascat, quia omnes sunt satiati, pleni. Nec quæ hospitio recipiat, quia omnes sunt

A A 2

in propria patria, nec quod aliquem infirmum visitet, quia nullus ibi infirmatur, nec quod aliquem ad sepulchrum portet vel sepeliat, quia nullus ibi moritur. Nota quod istae duae sorores erant ex eadem stirpe. Ita etiam utraque vita procedit ex eadem radice, scilicet charitate dei & proximi. Sed Martha erat antiquior, sic actiua prior est quam contemplatiua, quia ex bono opere tenditur ad contemplationem. Sed licet essent sorores tamen una contra aliam murmurabat. Vnde Martha conueniens est Lu. 10. dicens, Soror mea reliquit me sola ministrare. Sic actiua vita impedit contemplationem. Nota vita contemplatiua bene significatur per Mariam. Primo quia Maria interpretatur domina, & sic actiua seruit contemplatiuae tanquam ancilla dominae. Vnde Greg. super Ezech. Actiua vita seruitus, contemplatiua libertas vocatur, quia non occupatur temporalibus. Ideo Maria sedebat Luc. 10. Secunda via qua iur ad caelum est actiua vita, & ista significatur per Martham quae pauperes & peregrinos recipiebat, & ista vita est utilior & fructuosior quam prima. Est enim utilior proximo, quia inde sustentatur. Est utilior facienti, quia inde remuneratur. Bona enim temporalia non sunt nostra propria, sed sunt concessa nobis. Non sunt mansura, sed sunt transitoria. Non sunt pretiosa sed vilia. Item actiua per Martham significatur & bene. Primo Martha fuit larga. Lu. 10. Satagebat, id est satisfacere, & sic actiua uno modo secundum facultatem subuenientis. Tob. 4. Quomodo potueris, ita esto misericors. Si non in cibis, tunc impartire in seruitiis. Si fuerit copia, tunc abundanter tribue. Aug. In affectu cordis pensanda est elemosyna facientis. Secundo Martha fuit frequens in ministerio, & sic opus pietatis debet fieri assidue. Primo ideo quia liberat a culpa Eccl. 3. Sicut aqua extinguit ignem, sic elemosyna resistit peccatis. Secundo redimit a poena. Tob. 12. Elemosyna ab omni peccato & a morte liberat, & non patietur animam ire ad tenebras. Amb. Pietatem frequenter faciens quamuis lubricum carnis patietur, vapulabit quidem sed non peribit, id est disponit hominem ad gratiam, & non sinit facile perire. Tertio vitam dat, primam ad Tim. 4. Pietas ad omnia valet, promissionem habens vitae quae nunc est & futurae. Item elemosyna facit ut accommodata sint propria, quia illa quae pauperibus damus propria habemus, Petr. Rauen. Da pauperi ut det tibi, quia quicquid pauperi dederis tu habebis, quod pauperi non dederis, alter habebit. Idem, Si hic mansu-

rus

rus es quae tua sunt hic reponere, si autem illuc iturus es, haec quae tua sunt cur hic relinquis? Qui relinquenda seruat, aliorum custos est non suorum. Facit etiam elemosyna ut ea quae sunt transitoria, fiat perpetua & secura. Ambr. In tuto ponitur quod Deo custode seruatur. Petr. Rauen. Quicquid pauper accipit, pater caelestis suscipit, & in caelo recedit. Dicit Aug. quod quasi quendam contractum hic facis cum Deo tuo. hic das, ibi recipis, hic das res petituras, ibi recipis res sine fine mansuras. Facit etiam elemosyna ut vilia sint pretiosa: quia terram mutat in caelum. Aug. Da numum ut accipias regnum: da partem ut accipias totum. Et subdit: Deus unum accipit & dat centum, & tamen non sunt cum Deo homines habere contractum. Quantum autem Deus vitam actiuam diligit, ostendit per hoc quod non de Rachel per quam significatur vita contemplatiua, sed de Lia per quam significatur vita actiua nasci voluit. Tertia via eundi ad caelum est per poenitentiam. Si enim aliquis per mortale peccatum a vita contemplatiua vel actiua recessit, unum sibi restat, scilicet quod recurrat ad poenitentiae remedium, vel suffragium. Et tunc qui erat mortuus per culpam, resurgit per poenitentiam. Isti significantur per Lazarum qui fuit mortuus, & postea resuscitatus: *Diligebat igitur dominus Martham, Mariam & Lazarum.* Quia Christus diligit frequenter contemplantes, utiliter operantes, & a peccato resurgentes. Ideo qui non sunt in numero istorum trium, a Deo non diliguntur, sed odiantur. Isti sunt illi tres viri de quibus dicitur Ezech. 14. Isti tres viri Noe, Daniel & Iob in sua iustitia liberabunt animas suas. Per Noe, qui arcam fabricauit, & in fluctibus rexit, significantur actiui qui saepe multis fluctuationibus exponuntur. Per Danielem qui caelestes visiones aspexit, intelliguntur contemplatiui. Per Iob qui interpretatur dolens, intelliguntur poenitentes qui de peccatis suis dolere debent. Subditur curationis declaratio. *Et ergo audiuit, quia infirmabatur,* tunc quidem duobus diebus mansit in eodem loco, in tertio die iuit in Iudaea, in quarta die quando iam quadriduanus fuit suscitauit Lazarum. In quo patet quod eo die mortuus fuit quando Christus recepit nuntium sororum. Dedit autem locum mortuo per tot dies. Primo ideo: quia ex praesentia eius mors Lazari fuisset impedita, quia ubi vita praesens est, ibi mors habere locum non potest. Secundo ut miraculum credibilius redderetur & nullus posset dicere quod mors illa fuisset tantum secundum apparentiam, quod scilicet per sensum illusionem facta esset a Christo & per artem ma-

A A 3

giam. Deinde post hæc dicit discipulis suis, *Eamus in Iudæam. Dicunt ei discipuli, Rabbi nunc quarebant te Iudæi lapidare & quæritorum radis illuc?* Nuper volebāt eū lapidare Iudæi, ideo propter consuetudinē prædicit eis, *Eamus in Iudæam.* Quia sciebat eos ante terreri, vt minus iacula feriant quæ præuidētur, vt *Gre. dicit. Respondit Iesus, nonne duodecim horæ sunt dies? Si quis ambulauerit in die non offendit, quia lucem huius mundi videt. Si autē ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo.* Quod duobus modis exponitur. Primo secundū Chry. quasi dicat, Vos dubitatis ascendere in Iudæam, quia nuper voluerūt me lapidare, sed dies habet duodecim horas & quod contingit vna, non contingit altera. Vnde si voluissent me lapidare in vna hora, hæc fortē iā nolunt, quia mutato tēpore potest & volūtas mutari. Erat enim proverbium apud Iudæos, & est adhuc apud nos quod loquendo de mutatione propositi dicitur, *duodecim sunt horæ diei.* Et ideo Saluator vsus est tali modo loquēdi. Et ostendit vterius quod securi debent esse, dicens, *Si quis ambulauerit in die, &c. i. honestē & absq; consciētia alicuius mali. Ro. 13.* Sic vt in die honestē ambulemus: *non offendit.* i. nō inuenit quod ei noceat. Et hoc ideo, quia lucē huius mundi videt & lux iustitiæ in eo est. *Pl. 96.* Lux orta est iusto & rectis corde laetitia, quasi dicat dñs, Nos securi possūm ire cum in die ambulemus. Si autē ambulemus in nocte iniquitatū, de facili multa pericula nobis euenirent. De qua nocte i. *Theff. 5.* Qui dormiunt, nocte dormiunt. Et talis offendit, i. impingit quia lux, s. iustitiæ non est in eo. Alio modo exponit Greg. in illo loco, *Si quis ambulauerit in die, &c.* dicens, quod dies est presentia Christi in mundo. Nox verō est tēpore post passionē eius, vt sit sensus, Non est timendū de Iudæis, quia quando ego sum in mundo, vobis non imminet periculū. Vnde quando Iudæi eū capere voluerunt. *Ioan. 18.* dixit turbis, Si ergo me queritis, sinite illos abire. Sed in nocte, i. in tēpore post passionē, tūc timendū est vobis ire in Iudæam, quia patientini à Iudæis persecutionē. *Zach. 13.* Percussorē pastorem & dispergentur oues gregis. Alio modo exponit Aug. dies est ipse Christus, horæ duodecim apostoli. *Ioannis 9.* Nōne duodecim vos elegi, sed timendum est, quod sequitur. Et vnus ex vobis diabolus est. Iudæus ergo nōn erat hora huius diei, quia non lucebat. Sed dicendum quod dominus hoc modo dixit non habito respectu ad Iudam, sed ad successorem suum. scilicet Matthiā. Est ergo sensus, *Nōnne*

duodecim horæ, quasi diceret: Vos estis horæ, ego sum dies. Si-cut ergo horæ cōsequuntur diem: ita vos debetis me sequi. Si ego volo ire in Iudæam, vos nō debetis me præire, nec volūtatē meā mutare. sed debetis me sequi. Simile dicit Petro *Mat. 16.* Vade post me sathana, i. me sequaris, nec præcedas meā voluntatē. Nec debetis timere periculum: quia vos iris meū qui sum dies. Vnde sicut qui in die vadit nō impingit, i. nō offendit, ita nec vos qui meū iris. ad *Rom. 8.* Si Deus pro nobis qui cōtra nos? Et hoc ideo: quia lucē huius mundi, i. me videt. *Si autem ambulauerit in nocte,* i. in tenebris ignorantia & peccati, tunc offendit. Et hoc ideo, quia lucē huius mundi non videt. Lux, s. spiritualis nō est in eo, non quidem ex defectu lucis, sed ex eorū rebellionē. *Job 24.* Ipsi fuerunt rebelles lumini. Nota multiplex est dies. Primus est naturalis, & hic habet 24. horas. *Gen. 1.* Factū est vespere & mane dies vnus. Isto modo dicitur: Memēto vt diem sabbathi sanctifices. *Exo. 20.* Secundus dies est artificialis qui causatur ex ascensione solis super nostrū hemisphærium. Et ille quādoque habet plures horas, quandoq; pauciores, secundum quod Sol vno tempore plus apud terrā manet quā alio. Nam in nostro climate breuissimus dies est octo horarū, sed longissimus sexdecim. Et diuiditur cōtra noctem. Tertius dies est æternitatis, de quo *Mich. 5.* Egressus eius ab initio à diebus æternitatis, quia iste dies lucet sine diminutione sui & sine corruptione: quia ibi est æternitas sine variatione. *Pl. 101.* Tu autē idem ipse es & anni tui nō deficient. Quartus est dies supernæ iucunditatis. *Pl. 83.* Melior est dies vna in artibus tuis super millia. Isti diei non succedit nox. *Apoc. 22.* Et nox vltra nō erit, & nō egebit lumine lucernæ. Quintus est dies gratiæ salubritatis. De quo *Io. 9.* Me oportet operari opera eius qui misit me donec dies est. Et ille dies diuiditur cōtra noctem culpæ & gehēnæ, quādo nemo potest operari. Subdit: *Post hoc dixit illis: Lazarus amicus noster,* propter multa beneficia & obsequia, s. quæ nobis exhibuit, *dormit: sed vado vt à somno excitem illum.* Nota, mortē Lazari vocat hic somnum. Primo propter spē resurrectionis. *i. Theff. 4.* Nolo vos ignorare de dormientibus, vt nō cōtristemini sicut ceteri qui spem nō habēt. Secundo propter facilitatem resurrectionis. Vnde Aug. Tanta facilitate excitabat eum de sepulchro, quāta aliquis excitat aliquem de lecto. Nec mirū, quia ipse est qui suscitatur mortuos & viuificat. *Io. 5.* Veniet hora quod hi

qui in monumentis sunt, audient vocē filij Dei, &c. Tertio propter meliorationis mutabilitatem. 1. Cor. 15. Surgēt mortui incorrupti. *Tunc dixerunt discipuli eius: Domine si dormit, saluus erit: quia somnus aegrotorum signū est sanitatis. Dixerat Iesus morte eius: illi autem putauerunt, quia de dormitione somni diceret. Et ideo putauerunt inutile esse vt irret illuc ad excitandum illum. Et non mirum: quia animales fuerunt. 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quæ spiritus Dei sunt. Nota, licet dominus subito posset discipulos facere perfectos sine fide & in omni scientia, tamen propter nos instruendos voluit eos paulatim proficere, vt non miremur si & nos paulatim in virtutibus proficimus & in religione & in sanctitate. Et hoc facit propter tria. Primo propter hoc vt nullus gloriatur de suis meritis aut de sua bonitate, vel ingenio quousq; perueniret ad summum, & hoc non est de lege cōmuni. Secundo, vt homo cognoscens infirmitatem suā non cesset corde, ore, & opere petere à Deo vt ipsum ad perfectam sanctitatem perducatur. Tertio vt homo intelligens se Dei adiutorio indigere, quotidie de virtute in virtutem, de bono in melius proficiat semp bene operādo: quādiu enim viuunt semper potest gratia Dei augeri in eo, meritūq; ipsius multiplicari & melior fieri. *Tunc dixit eis Iesus manifestē: Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos vt credatis, quia ibi non eram, sed eamus ad eum.* quasi dicat: Nos audiimus infirmitatē Lazari, sed ego absens annūtio eius mortē: & gaudeo propter vos, i. propter vestram vtilitatem: vt ex hoc sumatis experimentum diuinitatis meæ, quia in quantum absens iam video. Heb. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Nec mirum, quia ipse est omnibus præsens. Ier. 23. Cælum & terrā ego implebo. Et dicit noranter credatis, non vt modò inciperēt, sed vt amplius robustiūsq; crederent, ad instar illius, Mar. 9. Credo domine, adiuua incredulitatem meam, semper enim fides eorum miraculis augebatur. Ex eo verò qd gaudet ex morte Lazari, datur intelligi qd aliquando malum sit ratio gaudij in quantum ordinatur ad bonum. Rom. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Ex eo autem qd dicit, *Eamus*, datur intelligi Dei clementia quæ homines in peccatis existentes quasi fursum praueniendo attrahit, secundum illud Ier. 31. In charitate perpetua dilexi te. Et ideo attraxi te miserans. *Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus, ad condiscipulos: Eamus & nos vt moriamur cum illis.* Secundum Chryl.*

Thomas

Thomas erat magis timidus quàm alij, ideo dicit: *Eamus*, quasi diceret: Exponemur periculo, quia ipse nō timeret, potius nanq; vult ire se & nos morti tradere. Alio modo secundum Aug. hoc dicebat ex magna dilectione, quasi diceret: Melius est nobis cum illo mori quàm sine illo viuere. Vnde glosa: Amabant nanq; incomparabiliter apostoli dominum, eorūmq; vita ex illius præsentia pendebat adq̄, vt cum eo viuere aut cum eo certè mori iucundum haberēt. *Eamus*, inquit, & moriamur cum illo: quia videmus eū ad inimicos & ad mortem properare. Nec enim à tali consilio valeamus eum reuocare. *Eamus & nos*, &c. ne post eius necē deserti & in solati ibi maneamus. Hæc glosa. Nondum enim intellexit Thomas qd post mortem, resurrectionem & ascensionem suam esset alium consolatorem missurus. Ioan. 15. Si non abiero paraclētus non veniet ad vos. *Vent itaque Iesus & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem.* Vbi sciendū qd ante resurrectionem à mortuis ipsius Lazari possunt multa considerari, s. quorum vnum est tempus mortis, quod tangitur cum dicitur, Venit itaq; & inuenitur cum quatuor dies, &c. Per hos quatuor dies intelliguntur quatuor dies quadruplicis mortis. Primo mortis originalis. ad Rom. 5. Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit: & per peccatum mors, ecce primus dies. Et mors transgressionis legis naturæ. Isa. 24. Transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt scædus sempiternum. Ecce secundus dies. Et transgressionis legis scriptæ quæ prohibet etiam mala, & ipsa cōtemnitur. Ecce dies tertius mortis. Et est mors transgressionis legis euangelicæ quæ prædicatur Christus æterna vita, contra gehenna, sed & hoc conremnunt homines. Ecce quartus dies mortis in qua putret homo. Et illa est periculosior aliis. ad Heb. 10. Irritam quis faciens legem, &c. secundum Aug. hæc quadruplex mors est peccatorum quæ est pessima, secundum illud Psal. 33. Mors peccatorum pessima. Tunc subdit, *Erat Bethania iuxta Ierusalem quasi stadijs quindecim. Multi autem ex Iudeis venerunt ad Mariam & Martham vt consolarentur eas de fratre suo.* Hoc est contra aliquos Christianos, qui negligunt consolari tribulatos, cum tamen scribitur Rom. 22. Gaudete cum gaudentibus, flete cum fientibus. Quidam venerunt ex sincera compassione vt amici. Aliqui ex ficta simulatione, quia erant nobiles & diuites dominæ volentes ei placere. Quidam ex dati affe-

A A 5

Etione vt pauperes. Quidam ex maligna insultatione, vt Pharisæi, qui postea dixerunt: Non poterat hic facere vt nō moreretur qui aperuit oculos cæci nati? *Martha autem vt audivit, quia Iesus venit, occurrir ei, Maria autem domi sedebat,* quia præsentiam Christi ignorabat. Nam Martha habebat curā domus, & ideo primò ei nuntiatus est Christi aduentus. Sed dicens, *Quare Martha non reuelavit statim forori aduentum eius?* Respondetur, primò voluit experiri fiduciam si quid posset habere de fratre suo vt prospera nuntiaret sorori suæ. Secundo celavit propter Iudæorum præsentiam, quia conspirauerant in mortem eius. Tertio propter desiderij sui vehementiam. Ita enim vehementer desideravit loqui cum Christo vt non aliunde cogitaret. *Et dixit ad Iesum: Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.* Credebat enim q̄ præsentem Christo mors locum habere non potuisset: quia vidit mulierem ad solum tactum fimbriæ fuisse sanata. Et in hoc imperfectè credidit, quia Christus æqualiter se habet ad præsentia & absentia: quia omnia sunt sibi presentia. Ier. 23. Putasne è vicino Deus ego sum, & non Deus de longe. Subdit: *Sed nunc scio: quia quæcunque poposceris à Deo dabit tibi Deus.* Arbitrabatur quod Christus orando possit præteritam mortē excludere. Sicut Helisæus orādo puerum suscitavit. Ergo adhuc fuit imperfecta in fide. Ideo dicit ei Iesus, *Resurges frater tuus.* Quia autem Martha imperfectè cognoscebat, ideo dominus ad altiora instruendo prouehit, pronuntians Lazarū resuscitationē. Sed ipsa ait: *Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die,* quasi dicat: Non est auditum à seculo quod quis quattiduuum mortuum & scētentem in monumento resuscitaret. Ideo in cor meum cadere non potest, q̄ statim resuscites eum nisi in futuro. *Dicit ei Iesus: Ego sum resurrectio & vita,* i. resurrectionis causa, quia resurrectio Christi est causa resurrectionis nostræ: & resurrectio generalis fiet virtute Christi vocantis mortuos ad iudicium. 1. Cor. 15. Quoniā quidē per hominem mors & per hominem resurrectio mortuorum. Et vita, s. per essentiam propter quod sum causa vitæ omnibus viuentibus. *Qui credit in me,* s. per fidem formatam: *etiam si mortuus fuerit,* supple corporaliter, *uiuet,* supple spiritualiter. Abacuc 2. Iustus in fide sua uiuet. Et *omnis qui uiuit & credit in me non morietur in æternum,* i. morte æterna. Marci ult. *Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit.* *Credis hoc? At illi: Vique domine. Ego credidi, quia tu es Christus filius*

filii Dei uiui qui in hunc mundum uenisti. Glosa: Sciebat Christus hoc quem nihil latere potest q̄ crederet, sed confessionem qua saluaretur quærebat. Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Item interrogat, quia dicit S. Tho. in secunda secundæ q. 40. art. 2. Fides non sufficit in mente, nisi oris confessione exprimatur. Rom. 10. aliàs Petrus non peccasset negando Christum. Ideo dicit: *Ego credidi,* quasi diceret secundum Aug. *Quicquid dicis de potestate tua, i. effectu salutis credo totū: & quod ego credo plus, est radix omnium, s. quod tu es Christus filius dei uiui qui in hunc mundum uenisti,* pro salute generis humani. Io. 16. *Exiui à patre & ueni in hunc mundum. Et cum hæc dixisset, abiit: & uocauit sororem suam silentio, dicens: Magister adest, dicit fileriu,* propter Iudæos præsentem, quorum quidam contra Christum machinabantur. Item dicit: *Et uocat te,* quia præsentia Christi putabant absentationem. *Illæ autem vt audiuit, surrexit cito & uenit ad eum.* *Nondū enim uenerat Iesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco ubi occurrir ei Martha.* Non distulit propter lacrum, non tardauit propter assistentes: sed statim vt audiuit surrexit cito. Etiam præuenisset Martham si sibi aduentus Christi fuisset prius nuntiatus. *Iudæi igitur qui erant cum illa in domo & consolabantur eam, cum uidissent Mariam quia cito surrexit & exiuit, secuti sunt eam dicentes, quia uadit ad monumentum vt plorare ibi.* Isti Iudæi non audierunt uerbum Marthæ, ideo credebant eam subito motam ex compassione fratris sui. Etiam diuina prouidentia factum est, vt Iudæi sequerentur Mariam, vt dū plures essent ibi quando Lazarus resuscitaturus erat, tam grande miraculum quattiduani mortui resurgentis restes plurimos inueniret. *Maria ergo cum uenisset ubi Iesus erat, uis dens cum cecidit ad pedes eius & dixit ei: Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus,* quasi diceret secundum Aug. *Dum nō bescū præfens fuisti, non morbus, non infirmitas, nec mors aliqua nobis appropinquare ausa est.* Vide etiā Mariæ firmitatem, licet esset mandatum principum q̄ nullus cōfiteretur Christum, tamen hoc non ueretur, sed securè eum cōfictur. *Iesus autem uidens eam plorantem, & Iudæos qui uenerant cum ea plorantes, infremuit spiritu,* scilicet ex indignatione citis eōtra diabolum, per cuius suggestionem mors uenit in mundum quem erat cito debellaturus. *Et turbauit seipsum,* s. ex compassione Lazari & sororum eius. *Et dixit, ubi posuisti eum?* Non ex ignorantia interrogat, sed vt populi sibi sepulchrum indie

indicantes confiterentur Lazarum mortuū & sepultū, & sic miraculū ab omnibus videretur. Vel vt mysticē demonstraret se huiusmodi peccatorē nescire cuiusmodi per Lazarū significatur. *Dicunt ei: Domine veni & vide. Et lachrymans est Isus propter multa.* Primò, propter cōpassionem & veritatē. Secundò, vt ostēdat nō esse reprehēnsibile si quis plorat ex pietate. Eccle. 38. Fili super mortuū produc lachrymas. Tertiò, secundum Hier. non fleuit Lazarum mortuū, sed rediuiū. Quartò, secundū Chry. vt ostēderet humanam naturā verē assumptā. Nota, Christus fleuit quater. Primò, in natiuitate. Vnde canit ecclesia: Vagit infans inter arcta positus praeleptia, vbi angeli latabātur. Et in hoc fleuit q̄ perdidimus gaudium angelorū. Secundò, super ciuitatē Hierusalem, Luc. 19. dicēs: Si cognouisses & tu. Ibi fleuit nostrā ignoratiā. Iac. 5. Plorate ululantes in miseris vestris quae aduenient vobis. Tertiò, fleuit ad sepulchrū Lazari vt hic, & ibi defleuit nostram praesentem miseriam quam & nos desere debemus. Tob. 4. Memento fili quoniam pauperem vitam gerimus. Eccle. 2. Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni sunt. Quartò, fleuit in cruce. Hebr. 5. Cū clamore valido lachrymis, &c. Et ibi fleuit nostrā ingratiudinē. Figuratur 2. Reg. 15. Dauid ascendit oliuū oliuarū, & fleuit quòd filius eius Absalon erat sibi ingratus. Spiritualiter sic Christus ascendit crucem flens peccatorū ingratiudinē. Doctrina. Mysticē Lazarum intelligitur quilibet peccator in mortali. Talis 1. infirmatur, 2. moritur, 3. quatruiduanus in monumento iacet, 4. fœtet. Et sic peccator primo infirmatur quādo homo non habet deuotionem nec Dei dilectionē, dicēs illud Psal. 6. Miserere mei domine, quoniam infirmus sum. Infirmitas hominis cognoscitur quando non habet debitū saporem cibi & potus. Et sic infirmitas spiritalis cognoscitur quando homini nō sapit verbū Dei: quia verbū Dei est cibus animæ. Deur. 8. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore dei. Figuratur in filio mulieris in epist. 3. Reg. 18. in quo nō remāsit halitus. Secundò hanc infirmitatē sequitur mors, i. peccatū mortale. Nam sicut homo mortuus frigidus est: sic peccator, quia sine igne diuini amoris. De quo Luc. 12. Ignē veni mittere in terram. Et ideo dominus hortatur nos Mat. 24. Orate autem vt nō fiat fuga vestra in hyeme, id est mors, vel sabbatho, id est in otio. Tertiò quia quatruiduanus, quatuor scilicet dies

habens

habēs in monumēto peccati. Primus dies est malus cōsensus in corde per quē anima moritur. Sap. 1. Peruersa cogitationes separāt nos à Deo. Et figuratur Mat. 9. in puella mortua in domo. Ideo Mat. 5. dicitur: Qui viderit mulierē ad concupiscēdum etiā mœchatus est in corde suo. Et econtra, vbi cōsensus non est, ibi peccatū abest saltē mortale. Aug. Non sentit qui nō cōsentit. Secundus dies est malus cōsensus in ore, quando, si ille consensus verbis exprimitur alios scandalizando. Matt. 12. Ex verbis tuis damnaberis. Vt heu multi sunt. Isa. 3. Peccatū suū quasi Sodoma praedicauerūt, nec abscederūt. Ideo Mat. 18. Vt illi per quē scandalum venit. Et hęc dies mortis figuratur per adolescentē Luc. 7. qui efferebatur extra portā ciuitatis. Terti⁹ dies est malū opus. Iac. 1. Peccatū cū consummatū fuerit generat mortē. Quartus dies est peccatū cōsuetudo, quando, si homines difficulter dimittūt peccata, dicentes se non posse dimittere, quod tamen est pessimū. Ier. 13. Sicut Aethiops nō potest mutare pellē suā, aut pardus varietates suas: nec vos poteritis bene facere cū didiceritis malū. & Prouerb. 22. Adolescens iuxta viam suam graditur, cū senuerit non recedet ab ea. Et ex illa consuetudine peccandi sequitur fœtor. Ios. 1. Compuuerunt vt iumenta in stercore suo, s. fœtētes. Matt. 23. Vt vobis scribæ & pharisæi hypocritæ: quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris apparent hominibus speciosa: intus autē sunt plena ossibus mortuorū & omni spurcicia, & tales difficulter resuscitantur. De quo Greg. Difficile surgit quem moles malæ cōsuetudinis premit. Nam multa requiruntur ad talem resuscitationē Lazari, i. peccatoris. Primo Christus turbauit se & fleuit. Et sic peccator debet flere & conturbari in vera contritione. Ier. 6. Luctū vnigeniti fac tibi planctū amarum. Sicut mater inconsolabiliter flet pro vnigenito filio suo, sic peccator flere debet pro anima mortua. Eccl. 22. Super mortuū plora quoniam deficit lux eius. Sed heu aliqui totaliter indurati sunt, quod conqueritur Bern. dicēs: Cader asinus, est qui subleuat: cadat anima, non est qui recogitat. Cū tamen requiritur ad talē resuscitationem vera cōtritio. Ideo Psal. 118. Exitus aquarū deduxerunt oculi mei. Sic fleuit Ezechias. Isa. 38. audiēs sibi Esaiā prænuntiare mortem suam. Secundò, Christus interrogat vbi positus sit, ad denotandum, quòd non vult scire peccatores per approbationē. Matth. 7. Non noui vos, discedite à

me

me omnes qui operamini iniquitatē. Tertio, ostendunt ei sepulchrū. Sic nos debemus ei ostendere profunditatem & deformitatem peccati in confessione. Boët. Si opus medicantis expectas, oportet quod vulnus detegas. Quarto, iubet auferre lapidē. Spiritualiter, i. obstinationē. Hic lapis tollitur quādo cordis duritia emollitur. Ezech. 36. Auferā cor lapideū de carne vestra, & dabo vobis cor carneū: & spiritū meum ponam in medio vestri. Et hoc per discipulos, i. per prae dicatores. Psal. 90. Ne offendas ad lapidem pedē tuum: ideo angelis suis mādauit de te, &c. Quinto, Christus orauit. Et sic nos. Iac. 5. Multum valet deprecatio iusti assidua. Sexto, clamauit clamore magno ad inuēdum quod multū clamare oportet in praedicatione, vt peccator cesset à peccati consuetudine. Isa. 58. Clama ne cesses, & quasi tuba exalta vocem tuam. Etiam vt clametur in oratione. Psal. 90. Clamauit ad me & ego exaudiam eum. Et clamore magno. De quo Bern. In Dei auribus desiderii vehemens est clamor magnus. Intentio verò remissa vox est submissa. Septimo, vocauit eum nomine, dicēs: Lazare veni foras. Lazarus interpretatur adiutus vel auxiliarius, s. gratia Dei. Psal. 120. Auxiliū meū à domino. Nam sine Dei adiutorio peccator nō potest surgere. Ansel. ponit exemplum, dicens, quod homo per se potest in foueam praecipitari, sed per se non potest exire. Et istud exemplum pertinet ad avaros qui sunt in fouea profundae cupiditatis: quia nunquā possunt satiari. Eccl. 5. Avarus non implebitur pecunia. Secundum exemplum ponit Chry. Sicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur vbi tēpestas voluit: sic homo perditō auxilio gratiae Dei nō facit quod vult, sed quod diabolus. Tertium exemplum est eiusdē Chry. Sicut populus facit regem, cum factus fuerit repellere eū nō potest: sic superbi faciūt diabolū regē suum, ponentes thronū diaboli in cordibus suis. Et nullus potest eum inde eripere nisi Deus. Iob 41. Ipse est rex super oēs filios superbiae. Quartū exemplū, piscis intrat per se hamū, & exire per se nō potest, sic & nos. Osee 13. Perditio tua ex te, saluatio autem ex me. Psal. 93. Nisi quia dominus adiuuit me paulominus habitasset in inf. ani. mea. Octauo, manus & pedes erāt ligati, s. funibus peccatorū. Prou. 5. Funibus peccatorū quisque constringetur. Similiter & facies erat ligata: quia nondū plena erat visio gratiae. Nono, iubet eum soluere per discipulos, i. sacerdotes. Mat. 16. Quodcūq; solueritis super terram erit solut

solut

solutum & in caelis. Ecce quā difficulter Lazarus, id est peccator de consuetudine peccati reuocatur.

SABBATHO, ENARRATIO LIX.

Ego sum lux mundi. Ioan. 8.

Galenus in antidoto veteri: Serpens si manū ferit, si in instāti homo manū alterā fonti algēti immerferit, subito cōualebit. Spiritualiter, sic & nos si laesi fuerim⁹ à serpente infernali in manu prauae operationis, alterā manū bonae operationis immergamus in fontem, i. Christū. Psal. 41. Sitiuit anima mea ad Deū fontē viuū. Vt ex illo bibamus hortatur nos introitus, dicēs: Sitiētes venite ad aquas, dicit dñs, & qui nō habetis pretiū venite: bibite cū lætitia, s. fontem gratiae. Et hūc fontē petit ecclesia in collecta: Fiat quæsumus dñe per gratiā tuā fructuosus nostrę deuotionis affectus: quia tūc nobis proderūt suscepta nostrę deuotionis placita pietati. Et si fontē gratiae appetamus ipse nō negabit nobis. Et hoc p̄misit in epist. Isa. 49. In tēpore beneplacito exaudiui te, & in die salutis auxiliar⁹ sum tui. Et sequitur: Nūquid potest obliuisci mater infantē suum, vt nō misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit ego nō obliuiscar tui. Ecce quā bonus dñs, qui omnibus vult misereri, & lumine sapiētię illuminare. Ideo dicit in hodierno euāgel. *Ego sum lux mundi.* In sum. euang. tria inuētur. Primò, quomodo se Christus luci assimilat, ibi: *Ego sum lux mundi.* Secundò, quomodo errātes dirigit, ibi, *qui me sequitur.* etc. Tertio, quomodo sippiētes oculos excæcat, ibi: *tu de teipso testimoniu.* etc. De primo dicitur: In illo tēpore, s. cū absoluit adulteram: post hoc in pręsentia pharisæorū ait: *Ego sum lux mundi.* Nota, Christus dicitur lux multis rationibus. Primò, quia lux est pura, & sic Christus. 1. Pet. 2. Peccatū non fecit, nec inuērus est dolus in ore eius. Sap. 7. Cādor est lucis æternę & speculū sine macula. Hęc lux sequitur candelabrū. Et sic in penitētib⁹ debet esse puritas. Eccl. 34. Qui baptizatur à mortuo, & iterū rāgit eū, quid p̄dest lauatio illius? Secundò, Christus dicitur lux: quia lux est cōmunis, s. bonis & malis: & sic eius gratia & beneficia. Matt. 5. Facit solē suū oriri super bonos & malos. Pl. 32. Misericordia dñi plena est terra. Iob 25. Super quē nō fulget lumē eius, quasi diceret super oēs. Ioā. 1. Erat lux vera quę illuminat omnē hominem venientem in hunc mundum. Similiter in penitentibus debet esse cōmunitas, scilicet in affectu pietatis: & cōmunitas in subuētio-

re

ne proximorū. Luc. 6. Omni petenti te tribue Tob. 4. Noli auertere faciē tuam ab vilo paupere. Gal. 6. Operemur bonum ad omnes. Et hoc intelligendū est quantū de se Christus omnes illuminat, nos tamē omnes illuminatur. Et hoc potest contingere tribus de causis. Primò, quando homo in domo tenebrosa se includit. Secūdo, quādo oculos claudit. Tertio, quando obstaculum interponit. Sic spiritualiter in domo obscura se includit qui affectat ignorātiā. Iob. 24. Ipsi fuerunt rebelles lumini: nescierūt vias eius, nec reuerſi sunt p̄ semitas illius. 1. Cor. 14. Omnis ignorās ignorabitur. Et 38. Qui ea quæ Dei sunt sapiunt, à domino sapiūtur. Qui ea quæ Dei sunt nesciunt à domino nesciūtur. Item oculos claudit, qui non adhibet voluntatem suam. Dan. 13. Declina uerant oculos ut non viderēt cælum: nec recordarētur iudiciorū iustorum. Psal. Oculos suos statuerunt declinare in terram. Item obstaculum ponit qui habet mortale culpam. Isa. 59. Iniquitates vestra diuiserunt inter vos & Deum vestrum. Tertio, lux habet abscondita reuelare. Et sic Christus reuelabit secreta cordiū in extremo iudicio. 1. Cor. 4. Nolite ante tēpus iudicare quouſq; veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cōsilia cordium. Iam enim luxuriosi abscondūt adulteriū: sed ibi manifestabitur. Naum 3. Reuelabo pudenda tua in facie tua: & gentibus ostēdam nuditatē tuam: & regnis ignominia tuā. Nunc abscondita est pœna reprobōrū. Luc. 19. Si cognouisset & tu, &c. quæ nūc abscondita sunt ab oculis tuis. Sed ibi reuelabitur. Apoc. 18. Quantū glorificauit se in deliciis, tantū date illi tormentū & luctū. Nunc istum effectū lucis debemus habere, s. nos pœnitentes, ut, s. peccata non abscondamus, sed reuelemus. Psal. 36. Reuela domino viam tuam. Ambr. super Psal. Quod homo tegit, Deus detegit. Quarto, lux facit vigilare. Psal. 62. Ad te de luce vig. Sic Christus ad vigilandum nos sollicitat. Matth. 26. Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Et sic pœnitentes debent vigilare. 2. Tim. 4. Tu vero vigila in omnib⁹ & labora. Quinto, Christus dicitur lux, quia lux est materia gaudij. Tob. 5. Quale mihi gaudium, &c. Lumen cœli nō video. Aug. Mallet esse in inferno & videre faciē Dei, quā in cœlo & ea carere. Eccl. 11. Dulce lumē & delectabile est oculis videre solem. Reuera si habes hanc lucem, id est Christum, tunc habes vitam æternam. Ioan. 16. Hęc est vita æterna, ut cognoscant te solum

te solū deū verum, & quem misisti Iesum Christum. Sexto Christus dicitur lux, quia ambulantes illuminat ne tenebras incurant. Quapropter dixi secundo tangitur quō Christus errantes dirigit cū subdit, *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.* Aug. Tenebrę metuendę sunt, sed morū non oculorum. Et si oculorū nō exteriorū, sed interiorum oculorum. Non illorum vnde discernitur album & nigrum, sed iustū & iniustum. Non autem possunt errare qui sequūtur hęc lucem s. Christi. Quia ipse est via. Io. 14. Ego sum via, veritas, & vita. Nota triplici de causa non erratur in via. Primo vbi est impressio fragmentorum, i. vulnerū. Secundo vbi est crucis erectio. Io. 19. Batiulans sibi crucē, &c. Tertio vbi est plantationis reflexio, i. spinarum coronatio. Ad Hebræos, *Recogitate eū qui talē sustinuit aduersus semetipsum contradictionē, ut non fatigemini animis vestris.* Septimo Christus dicitur lux, ut dixi pro tertio principali, quia lippietes oculos habentes excæcat. Et sic Iudæi excæcati sunt ut noctuē. Io. 3. Qui malē agit odit lucē, & non venit ad lucē, ut nō arguantur opera eius. Ioā. 1. Lux venit in mundum, & tenebrę eā non cōprehenderunt. Dilexerunt homines magis tenebras quā lucem. Et sic pharisæi qui illuminari debuissent fuerunt excæcati, dicentes: Tu de teipso testimonium perhibes testimonium tuū non est verū, falsum loquūtur. Act. 10. Cui oēs prophetę testimonium perhibent, s. Christum nasciturum. Ideo respondit, *Et si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum verum est,* quasi diceret: Qui non potest fallere nec falli, recipi potest in testimonio, tam in causa propria quā aliena, sed ego sum huiusmodi. Io. 14. Ego sum via, veritas & vita. Deus enim non potest fallere. Pl. 144. Fidelis dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Et subdit, *Quia ego scio vnde veni aut quo vado,* id est ex deo patre & deus sum, vos autem nescitis vnde venio aut quo vado. Secundum Aug. isti Iudęi videbant hominem, nec credebant deum, quasi diceret, vos imposuistis mihi mendacium, & hoc ideo, quia nescitis me esse deum. Nota multa mala imposuerunt Christo. Primo mendacium vt hic. Secundo peccatum. Io. 9. Scimus quia homo hic peccator est. Tertio dixerunt eum transgressorem in opere. Io. 9. Non est hic homo à Deo, qui sabbathum non custodit. O magna nequitia imponere mendacium veritati. Io. 17. Sermo tuus veritas est. Item imposuerunt peccatum sanctitati. Dan. 9. Va-

gatur sanctissanctorum Item imposuerunt transgressionem deitati. Matt. 12. Dñs filius hominis est & sabbathi. O stauo dñs dicitur lux. Nā absentia veræ lucis facit hominē errare in iudiciis. Et sic Iudæi errauerunt in iudiciis. Ideo subdit: *Vos secundum carnem iudicatis.* Aug. quasi diceret, Hominem me videtis & Deum non intelligitis. *Ego non iudico quemquam, s. secundum carnem, sed secundum veritatem.* Ps. Omnia iudicia tua veritas. Vel sic secundo modo. Io. 12. Non veni ut iudicem mundum. q. d. Si nunc deberem iudicare, tunc deberem vos condemnare. Et si ego iudico, iudicium meū verū est. Reuera primo propter multiplices testes. Primus qui libet predicator. A. & .r. Eritis mihi testes in Iudæa, & c. Secundo opera singulorū. Io. 5. Opera quæ facio testimoniū perhibent de me. Tertio omnes creaturæ. Ps. 49. Aduocauit cælum de sursum, & terrā discernere populū suū. Nono Christus dicitur lux, quæ lux manifestat se & patrem; dicēs, In lege vestra scriptū est, Duorū hominum testimoniū verum est. Deut. 17. scriptū est hoc, In ore duorum vel triū fiat omne verbum. Sed dicerēs, quō testimoniū duorum hominum sit verum, cum contingit quandoq; eos mentiri, sicut duo testes contra Sufannam, & totus populus cōtra Christum mentitus est. Respondetur secundum Aug. q. verum est, i. debet reputari verū, quia magis probabile est q. vnus mentiatur q. quod multi. Eccl. 4. Funiculus triplex difficilē rumpitur. Ideo subdit, *Ego testimoniū perhibeo de meipso, & testimoniū perhibet de me qui misit me pater,* quasi diceret secundum Aug. Si duorum hominum testimoniū verum est, i. debet reputari verum cum habeant paruam cognitionem, & interdum distortam affectionem, multò fortius testimoniū patris & filij in diuinis, vbi non potest esse talis defectus, debet firmum reputari. Dicebant ergo ei, *Vbi est pater tuus?* q. d. Tu tamen es solus. Et audiuerant à domino, *Vos secundum carnem iudicatis.* Ideo secundum Aug. de carnali patre interrogauerunt. q. d. Pater tuus non est talis nec tantus, q. eius testimoniū sit credendum. Ignotus enim est & ignobilis. Ad quod respondet, *Neque me scitis neque patrem meum scitis, s. secundum veritatem seu diuinitatem, quia cognito vno correlatiuorum cognoscitur & reliquum.* Ideo subdit, *Si me scieritis forsitan & patrem meum scieritis.* q. d. quia pater meus ideo occultus est vobis, vt per me tanquam per viam veniatis in cognitionem eius. Ioan. 14. Si me cognouissetis, & patrem meum

meum vtique cognouissetis. Sed dicerēs, tamen dicit Ps. 75. Notus in Iudæa deus. Respondetur q. Iudæi dicuntur patre ignorare ratione patris, sed licet sciebant eum vt deum omnipotentem, non tamen sciebant eum vt deum patrem filio consubstantiali. Et dicit forsitan secundum Aug. nō dubitatiuè sed increpantiuè, vt si indignemur seruis nostris & dicamus, forsitan contemnitis nos. Et sic Christus ipsos dubitanter & incredulos arguebat. Nota tria incognita erāt nobis de patre ante aduentum Christi, scilicet gloria, gratia, veritas & sapientia. Primo gloria, quia nullum ad gloriam suscepit. Secundo gratia, quia nullum sibi reconciliauit. Tertio veritas & sapientia, quia nulli viam ad cælum reuelauit. Sed hæc tria nobis manifestauit per aduentum filij sui. De quibus Io. 1. Vidimus gloriam eius, quasi vnigeniti à patre, quo ad primum, plenum gratia, quo ad secundum, & veritate, quo ad tertium. Sequitur, *Hæc verba locutus est Iesus in ga. Xophylacio.* Et est locus vbi ponuntur oblationes templi pro ædificiis. *Docens in templo, & nemo apprehendit eum:* quia sermones fortiores erant his, qui eum capere volebāt, & quia ipse nondum voluit, quando verò voluit crucifigi, tacuit. Ideo subdit: *Nondum venerat hora eius,* scilicet quam elegit ad passionem.

DOMIN. IN PASSIONE, ENAR. LX.

DE EVANGELIO.

Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Ioannis 8.

ADhuc dominus hoc verbum multis dicere potest, quorū opera ostendunt eos debiliter credere. Iac. 2. Fides sine operibus mortua est. Cum ergo homines solēt credere iuramento, sigillo, promisso, testimonio, quare vos non creditis iuramento paternæ veritatis, sigillo maternæ virginitatis, promisso meæ fidelitatis, testimonio propheticæ autoritatis. De primo ad Hebr. 6. Omnis cōtrouersia eorū finis, ad confirmationē est iuramentū Gl. Si homini qui mendax est creditur per iuramentum, quantò magis credendum est deo qui mētiri nō potest: Iurauit autē tria credenda. Crendū est deū esse bonorū remuneratorē. Baruch 2. Reueca bo eos in terrā quā iuravi patribus eorū. Et impiorum vltorē. Pl. 94. Ipsi verò non cognouerunt vias meas, quibus iurauit in ira mea. Et Amos 6. Iurauit dñs deus in anima sua, detestor ego superbiam Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatem cum habitatoribus suis. Et penitentiam reconci-

liatorē. Ps. 109. Iurauit dñs & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternū, &c. Sacerdotis enim est reconciliare deo pœnitentes. Magnus sacerdos est Christus, & magnas confueuit dare indulgentias, maximè illis qui crucem pœnitentiæ recipiunt ad terrā sanctā, s. ad Ierusalē cœlestem. Alioquin crucē pœnitentiæ non accipientibus dicitur Matt. 10. Qui non accipit crucem suā & sequitur me, non est me dignus. Vnde dicit secūdum ordinē Melchisedech. Sicut enim Melchisedech obulit panē & vinū, vt dicitur Ge. 14. ita & Christus in sacramento. De secundo Ioan. 6. Hūc pater signauit Deus, &c. Hoc est opus dei vt credatis in eum quē misit ille. Ecce filius à patre signatus est vt credatur ei. Signat⁹ est autē septē sigillis Apo. 5. Si ergo vno sigillo creditur, quātō magis septē: Quia quædā sigilla declarantur ibidē ca. 7. Sed de primo ad præfens dicendum est. Per primum ergo sigillum virginittatis Maria significari potest. Orige. Maria mater Christi facta est, & castittatis sigillū non amisit. De hoc sigillo exiuit vincens vt vinceret in equo albo, i. filius Dei in carne munda. Sub hoc sigillo per Christū & euangelium suū tanquā per literas regales sententiā mortis æternæ reuocata est. Quod benè figuratur per literas quas misit Assuerus rex ad reuocandam sententiā mortis datam cōtra Iudæos, vt dicitur Hester 8. Hæc enim consuetudo erat vt epistolis quæ ex nomine regis mittebātur, & illius annulo signatæ erant nemo audebat contradicere. Digitus dei, s. spiritus sanctus dicitur annulus. Ergo huius digiti donū est spiritus sancti quo impressa est virginittas Mariæ. Sicut enim nō potest haberi regale sigillū sine regis annulo, ita virginittas haberi non potest sine dei dono. Sap. 8. Scio quoniam aliter non possum esse cōtinens nisi deus dederit. De tertio Isa. 65. Expandi manus meas tota die ad populum incredulū, qui graditur in via nō bona post cogitationes suas. Incredulo manus expāditur vt manuali promissione credulus fiat. Sic Christus manus in cruce expādit. Sed quid promissit? nihil aliud nisi veniā, gratiā, & gloriā. Gl. Expādi manus in cruce orans pro eis, Pater ignosce illis quia nesciūt quid faciunt, vel vt eos recipere & collocarem in sinu meo, vel beneficia operū largiendo, ex quo eduxi eos ab Aegypto. Incarnatus quoque infirmos eorum curauit, mortuos suscitauit, paucis panibus eos pavi, ipsi tamen semper extiterunt increduli. De promissione gloriæ dicitur Iacobi 1. Beatus

vir

vir qui suffert tentationē, quoniam eum probatus fuerit accipiet coronā vitæ, quā repromisit deus diligentibus se. Sed heu timendū est quod non solum piis & gratis coronā gloriæ, sed etiam impiis & de sua passione ingratissimè promissit gehennā. Vnde benè vtrāq; manū expandit in cruce, ita quod per dexterā gloriā æternam promittebat, per sinistrā pœnam æternam. Vnde etiā latro ad dexteram pendens saluatur, ad sinistrā pendens damnatur. Olim ista deus per chirographum scripturæ promissit, sed mundus non credidit. Et ideo per fidelissimum fidei iustorem, s. filiū suū promissiones suas firmavit, imò persoluit. Aug. Quia incredibile videbatur hominibus quod promittebatur, deus nō solum scripturā fecit vt crederet, sed etiā fidei suæ posuit mediatorē, non quemlibet principē seu angelum, sed vnicū filiū. De quarto Io. 5. Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. Io. 1. Hic venit in testimonium vt testimoniū perhiberet de lumine, vt oēs crederet per illum. Verè magna magnorū & multorum testimonia habuit Christus. Crede ergo prophetis. Amb. Vides pastores angelo credidisse, & tu patri, filio, spiritui sancto, angelis, prophetis, & apostolis crede. Sed certè dominus non solum dedit nobis testimonium magnarum personarum, sed etiam magnorum operū. Io. 10. Opera quæ ego facio testimonium perhibent de me. O domine Iesu ecce testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Sed heu mihi serpeccator adhuc minimè credit. Bernard. Putasne filium dei reputat Iesum quisquis ille homo est qui ipse nec terretur comminationibus, nec attrahitur promissionibus nec præceptis obtemperat, nec consiliis acquiescit. Nōne is est qui fatetur nosse deum, factis autem negat, &c.

DE EODEM, ENARRATIO LXI.

Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum. Io. 8.

ADhuc lapides in Iesum iaciūt qui in mēbra sua scādala mittūt. Lapidēs autē spiritualiter scādala sunt. Sagittæ autē sunt verba Dei. Semina nostra sunt merita. Solent autē homines iacere lapides, sagittas, semina, onera tēporaliū. Iaciūt ergo sagittas prædicando, semina bona operādo, onera tēporalibus renuntiando, & lapides scādalizando. De primo nota quod Helisæus ad Ioab regem dixit 4. Reg. 13. Iace sagittam, & iecit. Et iterum dixit, Percute iaculo terrā, qui percussit sic ter. Et iratus Helisæus ait, Si percussisses quinquies vel sexies vel septies, percussisses Syriā vsq; ad con-

BB 3

summationē. Sagitta est verbum Dei quod de arcu scripturæ iacitur cōtra hostes domini, s. peccatores. P. sal. 143. Emitte sagittā tuam & conturbabis eos. Aug. Vulnerabat charitas Christi cor meum, & gestabam verba eius in visceribus meis quasi sagittas acutas. Sed heu multi clypeū obduratio nis à diabolo receperunt: ita q̄ sagitta verbi Dei vulnerare eos per contritionē nō potest. Naum 2. Clypeus forciū igni- rus est viri exercitus in coccineis. Bene autē videbitur in iudicio, quis clypeū diaboli vel Christi portat. Per terrā signifi- cantur terreni peccatores qui iaculo prædicationis percu- riuntur: ter dum fidē trinitatis recipiunt: quinquies dū quin- que sensuum refranationem: sexies dum sex opera miseri- cordiæ faciunt: septies dum septiformis gratia & septem vi- toriū victoria eis per doctrinā inculcatur. Sed tantum tres ictus recipiūt qui fidē sine operibus habēt. De secūdo Deut. 28. Sementem multam iacis in terram, & modicū congre- gabis, quia locusta deuorabunt omnia. Tot semina iacis quot opera bona facis. Ber. Nunc percunt opera nostra, quæ videlicet quasi semina in terram iaciuntur, quia multa ope- ra bona facis, vel in statu peccati mortalis, vel causa timo- ris seruilis, vel intentione commodi temporalis, de quibus heu nullum æternæ vitæ fructū recipies. Ideo de multo se- mine parum congregas. Iactis autē seminibus necessaria est gratia irrigatio. Vnde Deut. 11. dicitur q̄ in terra Aegypti ia- cto semine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ. Terra verò Israel de cælo expectat pluias. Multi heu aquā compunctionis vel lachrymarum vel contritionis habent ex solo timore gehēnæ. Vnde ex ipsis quasi ex inferioribus aquæ ducuntur. Quidam autem amore cœlestis patriæ, & in his terra cordis quasi de cælo irrigatur. Hoc bene figuratū est Iosue 15. Vbi dicitur q̄ cum Axa, i. fidelis anima sedens in asino, i. in corpore suspirasset: dedit pater cœlestis irri- guam superius, & irriguū inferius. De tertio Act. 27. Vali- da autem tempestate nobis iactatis sequenti die iactū fece- runt, & tertia die suis manibus armamenta nauis proiece- rūt. Quicumq; ergo mergi non vult, iaciat, s. iniusta bona re- situendo, aliās submergetur, & iaciat eleemosynas erogan- do. De viroq; dicitur Luc. 19. Ecce dimidiū bonorum meo- rum domine do pauperibus, & si quid aliquem de fraudauē ro reddo quadruplum. Iaciat ergo, omnia relinquēdo. Matt. 19. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, &c. Ionæ

1. Mife

1. Miserunt vasa quæ erant in nauis in mare vt alleuiarentur ab eis. Aug. Abiice à te diuitiarum onera, abiice vincula yo- lunteria, abiice anxietates & rædia quæ te pluribus annis inquietauerūt. De quarto dicitur hic: *Tulerunt lapides Iudei vt iacerent in eum.* Lapidēs sunt scādala, i. verba vel facta, quib- dum alij ad iram vel ad luxuriā vel ad aliud vitium, s. auar- ritiam, & huiusmodi prouocantur, quasi iactibus lapidum læduntur. Et quia fideles membra sunt Christi, lapides in Ie- sum iaciunt qui membra sua scandalis percutiunt. Sed nota q̄ quatuor modis peruersi tentauerunt occidere Christū, videlicet gladio. Matt. 2. Futurū est vt Herodes quærat pue- rum ad perdendū eum. Et præcipitio. Luc. 4. Duxerunt eum vsq; ad supercilium montis vt præcipitarent eum. Vel lapi- datione vt hic. Et vltimo crucifixione. Sic heu adhuc ho- die Christum in membris suis percutere tentant iudicis gla- dio, qui iure mundano vel ecclesiastico male vruntur cōtra alios. Et hypocritæ vel traditores præcipitio, qui ad aliquod bonum simulando Deum quasi in mōtem ducunt: sed quia malis intendunt, eum præcipitare quærunt. Et scandalizato- res & blasphemii lapidatione. Quot enim scādala, quot blas- phemia faciunt, tot lapides in Deum mittunt. Et impœniten- tes crucifixione: quia fructum crucis in se vacuant. ad Heb. 6. Rursum crucifigentes sibi metipsis filium Dei. &c. Gl. In se filium Dei crucifigunt, qui gratiam Dei vilipendentes in peccatis iacent. Vnde Bern. Nōne satis pro te sum vulne- ratus, nōne satis afflictus. Noli me plus affligere, me enim plus affligit compassio vulneris tui quàm vulneris mei.

DE EODEM, ENARRATIO LXII.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Ioan. 8.

Quando studēs solent pergere de studio, tunc solent se offerre vnicuiq; ad respondendum: ad ostendendū scientiæ suæ vtilitatem. Spiritualiter, sic Christus per pas- sionem volens recedere de hoc mundo, omnibus voluit re- spondere vt irreprehensibilis ostēderetur. Figuratur r. Reg. 12. Samuel dixit filiis Israel, Conuersatus apud vos ab a- dolescentia, & filij mei, loquimini de me coram domino & coram Christo: eius, vtrum bonum vel asinum cuiusdam tu- lerim: si quenquam calumniatus sum, &c. Item figuratur Deut. 24. Moses recedens à filiis Israel per mortem, nullus potuit sibi aliquod malum impingere: sed omnis populus stebat eum ostendens verum prophetam. Spiritualiter & sic

BB 4

de Christo nullus peccatum sibi imponere potuit cum in-
terrogauit: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Aliud thema: Vbi
quis aggrauatur in iudicio illicitè, potest appellare ad iudi-
cem superiorem. Sic Christus iniuriam recepit à Iudæis &
grauamen. Ioan. 9. Scimus quia hic homo peccator est. In
vita. Matt. 11. Ecce homo vorax & potator vini, publicano-
rum & peccatorum amicus. In doctrina. Io. 7. Seducit turbas.
Io. 8. Testimonium tuum non est verum. In miraculis. Luc.
9. In Beelzebub principe demonum eiicit demonia. Sed Chri-
stus appellauit ad summum iudicem Deum patrem. De quo
introitus: Iudica me Deus & discerne causam meam de gen-
te non sancta, &c. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam,
ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum
& in tabernacula tua. Hunc psalmum fecerunt filij Choro:
cum pater eorum absorptus est, & Dathan & Abiron: quan-
do s. ipsi penitentiam egerunt. Sed Christus potest hæc ver-
ba dicere ex futura vindicta suorum inimicorum. Sed quòd
Christus innocens in omnibus factis suis fuit ostendit Apo-
stolus Heb. 9. Christus assistens pontifex futurorum bono-
rum, &c. Et Hebr. 7. Talis decebat vt nobis esset pontifex,
sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus. Si
enim peccator fuisset, indignuisset alio mediatore qui eum
ad Deum deduxisset. Itè si peccator fuisset, quomodo nos à
peccatis liberasset? Greg. Manus quæ tenent lutum non lau-
uant sed coinquinant. Sed Christus lauit nos sanguine suo,
vt patet in epistola hodierna. Semetipsum obtulit immacu-
latum Deo: & emundauit conscientiam nostram ab operibus
mortuis. Si enim sanguis hircorum & vitulorum, &c. Dicit
hist. Leui. 16. de hircu emissario in figura, quia sicut ille hir-
cus non habuit peccata & tulit peccata: & sic Christus Io. 1.
Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi, &c. Ergo merito
appellat ad iudicium patris, dicens: Est pater qui iudicat, &c. In
summa euangelij innuuntur tria. Primo Christi puritas cum
dicitur: *Quis ex vobis, &c.* Secundo Iudæorum malignitas, ibi: *Sa-
maritanus es & demonium habes.* Tertiò Christi benignitas, ibi:
Demonium non habeo. De primo dicit: In illo tempore, scilicet cum Iu-
dæi noluerunt audire Christi sermonem, tunc voluit ostendere quod
hoc non proueniet ratione suæ doctrinæ, sed ratione eorum
malitiæ. Nam aliqua doctrina non auditur propter tria. Pri-
mò propter malam vitam docentis. Greg. Cuius vita despi-
citur, restat vt eius doctrina contemnatur. Et sic non Christus.

Ergo

Ergo ait: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Quasi dicat: Si essem
peccator, non mirum quod non audiretis me. Greg. Pèlanda est
Christi mansuetudo, qui venerat peccata relaxare, & qui vir-
tute deitatis poterat peccatorem iustificare, non indignatur
ex ratione se ostendere peccatorem non esse. Reuera fuit sine
omni peccato originali, veniali & actuali. Quod primo p-
bat prophetia Dauid, Ps. 13. Omnes declinauerunt: non est
qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, i. Christum. Item ex-
cipit eum turba similiter. Matt. 7. Omnia bene fecit, surdos
fecit audire. Eiusdem 21. Osanna filio Dauid. Apostoli testimo-
nium dant eius innocentiam, videlicet Petrus, 1. Pet. 2. Pecca-
tum non fecit. Similiter opera eius. Io. 10. Opera quæ ego fa-
cio in domine patris mei testimoniū peribit de me. Ier. 13.
Hoc est nomen quod vocabunt eum. Dominus iustus noster.
Non peccauit cogitatione. Apoc. 1. Capilli eius candidi erant
tanquam lana. Nec locutione. 1. Pet. 2. Non est inuentus dol-
lus in ore eius. Non omissione. Isa. 5. Quid est quod vltra de-
bui facere quod non feci. Nec origine. Luc. 1. Quod natus est
ex te sanctum vocabitur filius Dei. Hic potuit dicere: *Quis ex
vobis arguet me de peccato?* Quasi dicat: Quid mali feci quod cogita-
tis me interficere, ostendite peccatum quo meruim mortem:
quod si non poteritis, manifestum erit quod me innocenter oc-
ciditis. Ex hoc patet magna Christi iustitia. Chrys. Magna
iustitiæ fiducia vbi etiam causa aduersariis committitur. Et
sic Christus non interrogauit amicos Petrum vel Ioannem,
sed Iudæos qui tractauerunt de sua morte. Ideo dicitur Deut.
32. Inimici nostri sunt iudices. Non interrogauit simplices
qui timuissent dominum, sed principes: non idiotas, sed le-
gisperitos, & tamen nullus potuit contra eum aliquid respon-
dere. Origenes: *Quis hominum potest hoc dicere? certe nul-
lus.* Io. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos
seducimus. & veritas in nobis non est. Ier. 2. Arguet te mali-
tia tua, & auersio tua increpabit te. Sic non in Christo: quia
peccate non potuit. Primò propter diffinitionem peccati.
Nam peccatum secundum Aug. est recessus à Deo, sed ipse
fuit Deus per gratiam vnionis. Et sic non potuit recedere à
seipso, & sic nec peccare. Secundo propter gratiæ plenitudi-
nem & immensitatem: quia peccatum est defectus gratiæ. Sed de
eo dicitur, Ioan. 1. Plenum gratiæ & veritatis. de plenitudine
eius omnes accepimus. Tertiò probatur per Damascenum
quòd Christus non peccauit. Quicquid prouenit ad vlti-

B B 5

mum finem, hoc oportet illi fini firmiter inherere. Finis autem omnium bonorum est Deus: sicut finis malorum infernalis status. Et ideo sancti qui sunt in celo inseparabiliter inhererent ultimo fini, scilicet Deo, ergo ulterius peccare non possunt, mereri, nec demereri. Similiter damnati in inferno non possunt demereri: hic autem utrumque possumus. Sed Christus fuit viator simul & comprehensor: quia ultimo fini coniunctus: semper enim anima eius & caro fuit diuinitati coniuncta, igitur, &c. Secundo doctor non auditur propter errorem veritatis doctrinae. Subdit: *Si, id est, quia veritatem dico, quare non creditis mihi?* Reuera dixit veritatem, quia ipse est veritas. Io. 18. In hoc natus sum & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati: omnis qui est ex veritate audit vocem meam. Sed tamen incredibilis fuit Iudaeorum inveterata consuetudo. Ps. 105. Non crediderunt verbo eius, & murmurauerunt in tabernaculis suis, non exaudierunt vocem domini. Tertiò quod doctor non auditur hoc facit malitia populi. Et sic de Iudaeis. Et hoc ostenditur cum subdit: *Qui ex Deo est verbum Dei audit.* Quasi dicat, quod vos non auditis non est defectus ex parte vitae meae vel doctrinae, sed vestrae malitiae. Ideo subdit: *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Aug. Non attende naturam sed vitium. Ex Deo quidem sunt secundum naturam, sed ex Deo non sunt vitio & prava affectione. Nota multa signa sunt ex quibus cognoscitur utrum quis sit ex Deo. Primum signum est amor Dei & proximi. 1. Io. 4. Omnis qui diligit proximum ex Deo natus est, scilicet per virtutem & cognoscit Deum. Io. 13. In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem. E contra qui non diligit fratrem suum ex Deo non est. Secundum signum est victoria tribulationum. 1. Io. 5. Omne quod natum est ex deo vincit mundum, & haec est victoria quae vincit mundum, &c. Si autem vis placere mundo, tunc non es ex Deo. ad Gal. 1. Si adhuc placere hominibus, Christi servus non essem. Tertium signum est castitas. Prou. 22. Qui diligit cordis munditiam, amicum habebit regem, scilicet caelestem. Nam amici sunt de una stirpe, & sic casti cum Christo. Io. 1. Qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri: sed ex Deo nati sunt. Quartum est auditus verborum Dei ut hic. Greg. Unusquisque seipsum interroget an ex deo fuerint verba Dei aure cordis percipit & intelligit & custodit, quia non sufficit audire aure corporis, nisi etiam assit impletio operis. Rom. 2. Non auditores

legis

legis iusti sunt apud Deum: sed factores iustificabuntur. Dixi secundo innuitur Iudaeorum malignitas cum dicitur: *Respondit Iudaei & dixerunt: Non considerates quid, sed solum ut diceret: & blasphemaret. Nonne bene diximus nos quia Samaritanus es tu?* Et hoc ideo, quia habetur 4. Reg. 17. Tempore Ezechiae regis Iuda Salmanasar posuit in terram Israel gentes qui dicebantur Samaritani a principali civitate Samaria. Et isti partim tenuerunt legem, & sic dicebant Christum esse, ac si non tenerent totam legem. Secundo, propter odium: quia oderunt eum ut Samaritanos. Tertiò, propter contrarietatem, quia Samaritani fuerunt eis contrarii: & sic Christus eorum vitium. Item subdit: *Demonium habes.* Nota primo secundum Theophilum, quia frequenter reuelavit cogitationes eorum, quod demonium attribuebatur, cui tamen cordium secreta sunt abscondita. Secundo secundum Chrysostomum propter sermonem ipsius transcendentem sermonem eorum, & aliquando patrem suum dicebat Deum. Vel, quia aliquando quaedam alta, & subtilia loquebatur, dicens: Ego sum panis vitae. Ideo dixerunt: *Credimus quia Samaritanus es & demonium habes.* Greg. Penfanda est Saluatoris clementia, non prorupit in impropria, quos tamen poterat mergere in profunda inferni. Greg. Duo quippe ei illata fuerant, unum negavit, alterum tacendo consensit, scilicet se esse Samaritanum. Quare autem se non excusavit de Samaritano ostenditur. Primo, quia Samaritanus interpretatur custos, & ipse praecipue custos noster est: Psal. 121. Nisi dominus custodierit civitatem, &c. Secundo, quia evidenter falsum dixerunt: quia sciebant eum circa eos natum. Tertiò, quia illud non erat solum vituperium, sed illud de demonio erat sua blasphemia. Ideo per quatuor rationes se ostendit non habere demonium, dicens: *Ego honorifico patrem meum, quod dicitur hoc demon non facit, diabolus enim honori Dei resistit: vos autem inhonorastis me.* Primo, quod ad eius diuinitatem, ibi: *Demonium habes.* Item inhonoraverunt originem eius. Ioan. 9. Nescimus unde sit. Item eius dignitatem. Mat. 13. Nonne hic est filius fabri? Item eius veritatem. Ioan. 8. *Testimonium tuum non est verum.* Item eius potentiam dicentes: In Beelzebub principe demoniorum eiicit demonia. Mat. 12. Item eius sanctitatem. Mat. 11. Homo vorax & potator vini. Tandem morte ignominiosa eum inhonoraverunt. Secunda ratio, est: *Ego gloriam meam non quero, quasi dicar: diabolus propriam gloriam quaerit.* Hieronymus: Qui non quaerit gloriam, non sentit contumeliam. Tertia

ratio

ratio t̄gitur cum subdit: *Est qui querat, s. gloriā meam, & in-
dicet, q. d. Quem Deus glorificat, dæmonium non habet, sed
ego sum huiusmodi: igitur, &c. 2. Pet. 1. Accipies à Deo patre
honore voce lapsa de cælo: Hic est filius meus dilectus, &c.
Quarta est cuius iniuriā Deus iudicat, dæmoniū nō habet
sed ego sum huiusmodi, igitur, &c. Hoc t̄gitur cum dicitur,
& indicet: q. d. Non eritis sine vindicta. Nota hic docemur
cum quis falsè vel iniuste infamatur vel calumniatur, tunc
laudabile est quòd se excuset, & tunc patifiter criminatore
reuelet. Nam ex hoc sequuntur tria bona. Primum bonū in-
nocentis fama cōseruatur, quod est maximū bonū inter res
temporales, vt dicit S. Tho. in 2. 2. q. 62. & 1. Cor. 9. Melius
est mihi mori, quā v̄t gloriā meam quis euacuet. Secun-
dum detrahentis lingua refrānatur quā est nociua. 1. Ioā. 3.
Omnis qui detrahit fratri suo homicida est. Tertiū bonum
audientis scandalum remouetur. Mat. 18. V̄t illi per quem
scandalum venit. Hæc habentur 11. q. 3. Inter verba. Tunc
ostendit efficacīā suā doctrinæ: *Amen amen dico vobis: Si quis
sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum, i. nō ex-
perietur. Nota, triplex est mors. Prima est naturæ. P. sal. 88.
Quis est homo qui viuēt & non videbit mortē: Secūda cul-
pæ. Ab hac verbum Dei liberat. Hebr. 4. Viuus est enim ser-
mo Dei & efficac. Tertia æternæ miserīæ. Ab hac etiā ver-
bum Dei liberat. Vnde P. sal. 6. Non est in morte qui memor
sit tuis in inferno, &c. Et in litera, non gustabit mortem in æternū,
id est æternæ damnationis. Non de prima est intelligēdum,
sed de aliis duabus. Item nota triplicem sermonē debemus
seruare: Primus sermo est fidei, scilicet credere in Deum.
Hebr. 11. Impossibile est sine fide placere Deo. Secundus, de
dilectione Dei & proximi. Deut. 6. Diliges dominū Deum
tuum, &c. Tertius, agendi pœnitentiam. Mat. 3. Pœnitentiā
agite, &c. Responderūt Iudæi: *Nunc cognouimus quia dæmoniū habet.*
Gre. Ex beneficio prædicationis Christi semper peiores fie-
bant. *Abraham mortuus est, & propheta mortui sunt, q. d. Non est
maioris efficacīæ sermo tuus quā Dei. Sed Abraham &
prophetæ locuti sunt cum Deo, & mortui sunt, & tu dicis, qui
sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum. Nunquid
tu maior es patre nostro Abraham? q. d. nullo modo. Quem teipsum
faci? q. d. teipsum laudas & extollis cum nihil sis, quia ho-
mo abiectus & vilis conditionis: quia filius carpentarij de
Galilæa. Sed ipsi decepti in propria malitia intelligebat de
morte***

morte corporis: qui tamen intelligebat de morte æterna.
Ideo excusat se de vana gloria, dicens: *Si ego glorifico meipsum,
gloria mea nihil est, id est, gloriam meam vanam reputabitis.*
*Est pater qui glorificat me. Ioan. 1. Vidimus gloriam eius quasi
vigeniti à patre. Quem vos diuitis, quia Deus noster est, quasi dica-
t: Non est à vobis alienus. Et non cognouistis eum, scilicet per
fidem & charitatē. Teophil. Si patrem noscerent, filium ve-
neratētur. Sed ego noui eum. Hoc dico ratione veritatis & non
arrogantiæ. Si dixerō quia non scio eum, ero vobis similis mendax. Chry-
sost. Sicut vos dicitis eum scire & mentimini: sic ego si di-
co eum nescire, mentior: sed ego scio eum, & sermonem eius seruo.*
Et hoc est verè nosse Deū. 1. Io. 2. Qui dicit se nosse Deum
& mandata eius non custodit, mendax est. Tunc probat se
maiores Abraham, dicens: *Abraham pater vester exultauit vt
videret diem meum, scilicet natiuitatis: vidit & gauisus est. Augu.
Vidit, id est cognouit Christū in spiritu ex suo semine na-
sciturum: quia Abraham desiderauit noscere tempus aduē-
tus, scilicet quādo dictum est ei: In semine tuo benedicen-
tur omnes gentes terræ. Gen. 22. Et quando in figura trium
angelorum sibi apparentium cognouit Trinitatis myster-
rium. Gen. 18. quia dominus fecit videre Abraham occul-
tum Christi mysterium, propter quod ille locus dictus est,
dominus videt. Sed contra dictum verissimum arguunt in
litera quando dicunt, quinquaginta, &c. *Et gauisus est, scilicet
dummodo tres vidit, & vnum adorauit. Vel diem passionis
vidit, scilicet in immolatione Isaac. Responderunt Iudæi: Quin-
quaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? quasi dicerēt:
Hoc est impossibile, quia multa curricula annorū sunt ela-
psa, scilicet duo millia annorum. Sed dices: Tamen Chri-
stus tantum trigintatium annorū erat, quare dicunt quin-
quaginta, &c. Theophil. Propter laboris multitudinem ma-
ioris ætatis erat in apparentia. Secundo, propter reueren-
tiam anni Iubilæi, quasi dicat: Non vidisti vnum annum
Iubilæum, & dicis te vidisse Abraham. Falsè autem ipsi re-
sponderūt. Ipse enim dixit Abraham vidit diem meum: sed
ipsi peruertūt verba & sensum. Ideo dat eis intelligere dei-
tatem, dicens: *Antequam Abraham fieret ego sum, id est ante-
quam fieret creatura ego sum, scilicet creator. Sum est ver-
bum substantiuum significans puram essentiā rei sine con-
notatione actionis vel passionis. Et non dicit sui: quia dei-
tas non habet præteritum, nec futurum, sed præsens tantum.***

Exod. 3. Ego sum qui sum. *Tulerunt lapides Iudæi vt iacerent in eum.* Aug. Defecerunt eis verba & habuerunt corda lapidea: ideo currunt ad lapides. Ecce eorum malitia, non moti amore iustitiae, sed zelo inuidiae. Nam ad blasphemum puniendum requiritur debitus modus & processus, vt, scilicet coram iudice & testibus sit conuictus & condemnatus, vt patet Leuit. 24. & extra ciuitatem. Ipsi autem sine iustitia & in loco sacro quod erat illicitum. 3. Reg. 11. Ioiada pontifex fecit Athaliam trahi extra septa templi antequam occideretur. *Iesus autem abscondit se.* Aug. Non in angulo quasi timens, vel in domuncula quasi fugiens: vel retro murum quasi diuertens, sed caelica potestate inuisibile se constituens. *Et exiuit de templo.* propter tria. Primo, quia non venerat hora eius, secundo, quia tale genus mortis non elegerat, tertio, propter exemplum, ubi non est resistentia ibi debet esse fuga. Matt. 10. Si persecuti fuerint vos in ciuitate ista fugite in aliam. Pro doctrina sciendum quod dominica hodierna vocatur dominica in passione, & hoc ideo, quia sancta mater ecclesia hodie incipit innocentissimam & crudelissimam mortem Christi celebrare, & eius anniuersarium recollere qui nos redemit de diabolica potestate. Et merito sabbatho incipitur memoria: quia secundum Magistrum in historia scholastica, proxima feria sexta preecedente conuulserunt Iudæi Christum mortificare, vt patet Io. 11. igitur, &c. Vnde vocatur a vulgo Nigra dominica: quia cum moritur pater vel frater alicui, ille in signum luctus deponit vestem lætitiæ, & assumit nigram vestem tristiciæ. Et sic facit sancta mater ecclesia. In hesternis enim vesperis incepit colere memoriam passionis & mortis Christi cantando: Vexilla regis prodeunt, vt si forte aliqui sint lapsi veniant ad vexillum quod omnes amaritudines facit dulces. Vt figuratum est per lignum proiectum in aquis Marath. Nota tamen quod duabus hebdomadis passio domini recollitur. Primo, quia a duobus & per duobus populis passus est, scilicet Iudæis & Gæticis. Secundo, quia duo testamenta per duas hebdomadas exprimimus, verus quod preedixit eum passurum, & nouum quod ostendit eum passum. Tertio, propter dignitatem patiens. In hoc ecclesia seruat mortem antiquorum qui tempore flebant pro morte veneranda personarum, vt Ioseph 70. diebus fleuit mortem patris sui Iacob. Gen. vii. Et filij Israel 30. diebus pro Moysen. Deut. vii. Sed ecclesie non expedit diu tristari propter gaudium resurrectionis consequentis. igitur, &c. Quarto, quia propter magnitudinem & multitudine

sinem passionis non valet pauco tempore meditari. Thren. 1. O vos omnes qui transitis per viam, &c. In quibus diebus omittitur Gloria patri, in signum sui plactus, quia versus iste ad laudem pertinet Trinitatis. Christus enim qui est secunda persona in Trinitate, fuit de honestatus istis diebus. Sed in resurrectione Gloria patri resumitur: quia per resurrectionem Christus fuit gloria immortalitatis glorificatus. Notabiliter autem tacetur in introitu missæ & responsorii, & in Venite exultemus: quia illa sunt de passione. In psalmis vero & in hymnis non tacetur, quia psalmi significant operationem: ipsum vero non persequerentur in operibus eius his diebus: quia tantum linguis eorum tractauerunt de nece ipsius. Sed quia ipse bonus non desinit operari, propterea non tacetur in torum. Et non statim post habitum consilium traditus est agnus in manus carnificum: sed in triduo ante pascha, ideo tunc omnino tacetur: quia tunc neque catur, neque legitur, eo quod tunc maxime de honestata est Trinitas in Christi captiuitate, conspitione, crucifixione, &c. Tunc enim vidimus eum non habere speciem, neque decorum. Et hanc memoriam passionis debet quilibet recollere, dicendo illud Cant. 1. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Quia nihil Deo acceptius quam memoria passionis, vt patet in miraculo, ubi quidam frater in claustro. Quare in sermonibus de tempore in sermone primo huius dominicæ. Sed heu aliqui ingrati sunt hodie qui magis sociant Iudæis ipsum lapidando quam crucem eius portando, &c. vt patet supra. Vnde Beda: Quot malas cogitationes quis assumit, tot lapides in deum mittit, &c.

DE EODEM. ENARRATIO LXIII.

Tulerunt lapides Iudæi vt iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo. Ioan. 8.

IN verbis istis notantur duo. Primum est Iudæorum malignitas contra Christum. Secundum est Christi contra Iudæos benignitas. Malignitas ipsorum patet quod Christum Iesum lapidare volebat qui eis tanta bona fecerat, infirmos eorum curauerat, cæcos illuminauerat, claudos ambulare fecit, leprosos mundauerat, eos suo pane satiauerat, viam salutis predicauerat eis, & tamen volebat eum lapidare. Quod conuincitur dicens Io. 2. Multa bona opera operatus sum vobis, propter quod opus vultis me lapidare. Per istos Iudæos significatur mali Christiani quibus Christus multa bona contulit, quia animam & corpus dedit, & bona temporalia, naturalia,

sacra

sacramentalia, & eos suo sanguine redemit, pro istis mortē
 sustinuit: & eū lapidant in peccatis suis. Quot enim peccata
 peccator cōmittit, tot lapides cōtra Deū proicit. Ezech. 16.
 Lapidabūt te lapidibus. Gl. i. renouabūt passionem peccatis
 suis. Hebr. 6. Rursum crucifigētes filium Dei. Quoties pec-
 cator reiterat peccatū pro quo Christus mortuus est: toties
 renouat eius passionē, & mittit cōtra eum lapides. Compa-
 ratur autem peccatū lapidi. Primo propter grauitatē. Lapis
 enim grauis est, & semper deorsum tendit: sic peccatum gra-
 ue est, & trahit hominē ad aliud peccatum. Greg. Peccatum
 quod per penitentiā nō diluitur, mox suo pōdere ad aliud
 trahit. Psal. 37. Sicut onus graue grauatē sunt super me, &c.
 Cū enim Dauid cōmiserat peccatū cum vxore Vriæ: sta-
 tim illud traxit eū ad aliud, scilicet ad homicidiū. 2. Reg. 11. Et tā-
 dem trahit hominē ad infernum. Exo. 25. Descenderunt in
 profundum quasi lapis. Omnes autem lapides huius mūdi
 non possent vnā animam demergere, sed vnū peccatū mor-
 tale demergit hominē in infernum. Exemplum de eremita
 qui omni vita sua Deo seruierat, sed in fine vitæ suæ vo-
 luit latro fieri: & captus est, & occisus & damnatus. Secun-
 dō, peccatū comparatur lapidi propter infructuositatē: quia
 semen quod seminatur super lapidem nō potest fructū fa-
 cere perfectū: quia licet aliquo modo viuere videatur, non
 tamen facit fructum. Luc. 8. Aliud cecidit super lapidem, &
 natum auit: quia non habuit humorem. Sic omne bonū fa-
 ctum in peccato mortali nō facit fructum perpetuum licet
 id bonū videatur, & est aliquo modo: tamen in futuro se-
 culo non facit fructum qui sit meritorius: quia non habet
 humore gratiæ. Greg. Qui charitatē non habet, omne bonū
 perdet. Ideo improperat Apost. conuersis dicens: Quem fru-
 ctum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis: q. d.
 nullum fructum: ad Roma. 6. Exemplum in Saul qui multa
 bella bellauit pro populo Dei, sed quoniam in peccatis
 fuit, domino non placuit. Nec eleemosynę faciunt fructum
 perfectum in peccato. Eccl. 34. Dona iniquorū nō approbat
 altissimus, nec respicit in oblationem iniquorū. Exemplum,
 Petrus Damiani dicit, quōd quidā episcopus vidit beatum
 Benedictum Papam post mortem in nigro equo sedentem.
 Et dum quæreret quomodo sibi esset, respōdit: Grauius tor-
 queor, sed de misericordia Dei nō despero, si mihi adiuto-
 rium præbeatur. Vade ad successorē meum Ioānem, & dic
 ei vt

ei vt in tali apotheca summā pecuniæ recipiat, & pauperi-
 bus distribuatur, multa data sunt pro me sed non profuerunt,
 quia de rapina fuerunt, & amici mei qui ea dederūt in pec-
 catis fuerūt. Et ideo eleemosynæ eorū non fuerūt mihi ad-
 iutoriu. Tertio peccatū cōparatur lapidi propter duritiam,
 quia sicut lapis durus est, sic homo induratur per peccatū.
 Ier. 5. Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerūt re-
 uerti ad dñm. Iob 41. Indurabitur cor eius quasi lapis, & strin-
 getur quasi malleatoris incus. Sed quidā peccatores quātō
 magis corripiuntur & flagellantur à dño, tantō magis indu-
 rantur. Sicut Pharaō de quo dicitur Exo. 7. Induratū est cor
 Pharaonis. Et cū dñs multoties eū flagellasset & emolliri
 nollet, submersit eū in mari. Exemplum, Bucharus rex Phry-
 sonū induratus in peccatis cum baptizari deberet, & vnum
 pedem in lauacro intinxisset, alterū retrahens interrogauit
 vbiā plures sociorum suorū essent, in inferno an in para-
 diso. Et audiens plures in inferno, alterū pedem retraxit, di-
 cens, Melius est plures sequi q̄ pauciores. Et accedens dia-
 bolus dixit ei, Bene fecisti, quarto die ego incomparabilia
 dona tibi dabo. Et ecce quarta die subitanea morte interiit.
 Quarto cōparatur peccatū lapidi propter separandi cōsue-
 tudinem. Solet enim de lapidibus fieri murus qui separat
 vnā rem ab alia, sic peccatum facit murū inter deū & ho-
 minem. Et quot peccata homo cōmittit, tot lapides in mu-
 ro ponit qui eū à deo diuidit. Isa. 59. Peccata vestra diuise-
 runt inter vos & deū vestrū. Sed iste murus in hac vita de-
 strui potest per penitentiā & confessionem. Sed post istam
 vitam ita firmabitur q̄ nunquā destruetur. Vnde dixit A-
 braham ad diuitem iacentem in inferno, Chaos magnū fir-
 matum est inter nos & vos. Lucæ 16. In inferno enim nulla
 erit redemptio. Aug. Cū inferni puteus infelices receperit
 claudetur sursum, aperieturq; deorsum ac dilatabitur in
 profundū, nullūmq; ibi respiramen, nec liber anhelitus erit.
 Et claustris insuper inferni intricabuntur illi maledicētes
 rerum naturæ, & vltra nescientur à deo qui deum scire no-
 luerunt. Exemplum, Quidam erat pater malus habens duos
 filios. Vnus verò videns peccata patris noluit secū conuer-
 sari & eremum intrauit. Alius autem sequebatur patrem, &
 in peccatis ambo mortui sunt. Quod cū audiuit eremita
 rogauit dominum vt de statu eorum ei reuelaret, rapitur
 ergo & ad infernum ducitur, vbi vidit diuersa genera tot:
 Quadrag. Thef. C C

mentorū, sed penas eorū non vidit. Tunc duxit eum angelus ad puteum clausum lapide magno. Cūque deponeret lapidem exibat fumus & ignis & clamores validissimi & lamentabiles audiebantur, sed pater & filius exibant ignem inuicem tanquam canes mordentes. Et dixit pater: Maledictus tu fili, quia propter te iniusta bona cōgregaui, propter quæ æternaliter condēnatus sum. Econtra dixit filius: Maledicte pater: quia tu me procreasti, & ad talia bona hereditasti pro quibus æternaliter sum damnatus. Et sic se mordentes & maledicentes in puteum recesserunt, & lapide superposito ait angelus: Nunquam in perpetuum exibunt inde. Et ille reuersus ad se, vitam in bono terminauit.

DE EODEM, ENAR. LXIII. DE EPIST.

Si sanguis hircorum & taurorum & cinis vitule aspersus inquitinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis? Ad Hebr. 9.

B Artiholomæus in prima practica sua, dicit: Cū mēbrum aliquod igne læsum fuerit, mox igni denuo applicetur: & dolor læsiōque cessabit. Spiritualiter, sic & qui læsus fuerit igne prauæ concupiscentiæ peccati: talis debet accedere ad ignem passionis domini per gratitudinem, & suscipiet mētis sanitatem. Quod figuratur per filios Israel, Nume. 21. Quicumque enim ex illis fuerat læsus a serpente venenoso & ignito, cū intuitus erat serpētem æneum sanatus est. Spiritualiter, Per serpētem venenosum intelligitur diabolus. De quo Genes. 3. ait Eva: Serpens decepit me. Qui igitur a tali læditur, intueri debet serpentem æneum, id est Christū positum in cruce: & sanatur in anima. Vnde Hugo de sacramētis: Cuncta quidem corpora tam animata quam inanimata virtute passionis Christi credimus restaurata. Et Gregorius in registro: Nulla mihi salus: nulla virtus corporis & animæ nisi in Christi felicissima passione. De quo thema, *Si sanguis hircorū & taurorū, &c. multo magis sanguis Christi.* In summa epistolæ duo inuētur. Primo apostolus ostēdit passionis Christi dolorē acerbissimum, ibi: Christus assistens. Secundo subdit passionis dominicæ valorem vtilissimū. De primo dicit: *Frates, Christus assistens pontifex futurorum.* In his verbis innuitur quæ nos ad introcūdum in tabernaculum cœli disponunt. Primū est vnctio gratiæ. Ideo à Christo nos dicimur Christiani. Hæc vnctio gratiæ datur in

in baptismo in signū spiritualis vnctionis. Secundū disponens nos est Christi oratio, ibi: *Assistens*, scilicet deo patri ad interpellandum pro nobis. Nota Christus orauit verbis. Ioan. 7. Nō pro eis rogo tantū, sed & pro his qui credituri sunt per verbū eorum in me. Itē orauit lachrymis. Hebr. 5. Cum clamore valido & lachrymis offerens est exauditus pro sua reuerentia. Item orat quotidie cicatricū ostensione. Ad Hebr. 9. *Intrauit Iesus in celum vt pro vrbis appareat vultus dei.* Tertium disponens est oblatio cū dicitur, pontifex. Heb. 5. Omnis pōtifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad deum, vt offerat sacrificia & dona. Tunc subiūgitur futuræ remunerationis expectatio: cū subdit: *Futurorū bonorum.* 1. Cor. 15. Si in hac vita tantū in Christo sperātes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Ideo ad Hebr. 13. Nō habemus hic permanentem ciuitatē, &c. Itē post hæc quæ nos abijciūt innuit cū subdit, per amplius. Tertio subdit quæ impediunt. Primo est luxuria, ibi, non hircorū. Isido. Hircus est animal lasciuum feruēs ad coitum: & sic luxuriosi meritō cōparantur hircos. Ier. 1. Ollā succensam ego video, & faciē eius ad faciē aquilonis. Itē ratione petulantiæ & oculi. Et sic dicit Aug. Impudicus oculus impudicæ mētis est nūtius. Itē ratione fœditatis. Ideo super Sodomam pluit sulphur. Nā dicit Democritus, q̄ est tāta caliditatis vt cruor eius adamātē diuidat: quæ nec ignis nec ferrū diuidere potest. Et sic luxuriosi. Secundo nō sanguine taurorū, id est superbia. Primo ratione ferocitatis. Prou. 13. Inter superbos semper iurgia sunt. Secūdo Taurus pascitur solus nisi tempore amoris. Et sic superbi volūt esse singulares in hominibus: nō permittentes alios cū eis morari dicētes illud Sap. 2. Sit fortitudo lex iustitiæ nostræ. Eccl. 10. Initiū omnis peccati superbia, & qui tenuerit illā implebitur maledictis. Greg. Euidētissimum signū reprobōrū est superbia. Pl. 100. Nō habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiā. Aristoteles: In corde tauri os durū reperitur. Et sic in homine supbo. Eccl. 3. Cor durū malè habebit in die nouissimo. In summa epistolæ apostolus ostēdit quatuor differētiās Christi ad pōtificē veteris testamenti. Prima est, quia ille intrauit tabernaculū manu factū, sed Christus introiuit in tabernaculū nō manu factū. Secūda est, quia ille cū sanguine alieno, sed Christus cū proprio. Tertia, quia ille pluries, sed Christus semel. Quarta, quia ingressio

illius erat tñm remissio peccatorũ illius anni, sed ingressus Christi omniũ annorum etiã præteritorũ. Et cõmendat eum à multis. Primo à gratiæ plenitudine cùm dicit Christus, quod interpretatur vnctus, ipse enim vnctus est oleo plenitudinis gratiæ. Pf. 44. Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ confortibus tuis. Io. 1. De plenitudine eius oēs accepimus. Secundo cõmendatur ab officio cùm dicitur pontifex, i. pontẽ faciens, quia seipsum fecit nobis pontẽ eundo ad patrẽ, attingens à ripa nostræ miseriæ vsq; ad ripã felicitatis æternæ. Per hunc transeuntes non submergimus in flumine culpæ vbi trahimur ad mare pœnæ æternæ. Io. 14. Nemo venit ad patrẽ nisi per me. Ideo in euangelio hodierno agitur de pilã. Tunc enim Iudæi pilã fecerunt, quando lapides in Christũ miserunt. Sed in parasceue crux posita est super pilã, & tunc pons nobis factus est. Mũdus enim iste erat tanquã mare periculosum, & tanquã fluuius rapidus in quo oēs periclitabamur. Sed contra naufragiũ dedit nobis Christus adiutoriũ triplex, nauẽ, tabulã, & pontẽ. Nauis enim est innocentia in qua positus fuit Adã, sed ista nauis fracta fuit quando ipse peccauit. In hac naui fuit beatavirgo, quæ gratiis integra & saluis mercibus plena ad portũ paradisi peruenit. In hac naui sunt oēs pueri baptizati, quandiu seruant innocentia baptisimalẽ. Sed quia fere oēs homines frangũt nauẽ baptismatis innocentia, ideo deus parauit nobis tabulam pœnitentiæ. Nam secundũ Hier. Pœnitentia est prima tabula post naufragium. In hac tabula pœnitentiæ fuit Maria Magdalena, quæ cũ ista tabula ad portũ paradisi peruenit. Imò etiam alias virgines multas, quæ erant in naui innocentia transcendit tam ad meritũ quã ad præmium. Bern. Sicut deus non priuabit eos bonis qui ambulant in innocentia, ita non priuabit bonis eos qui ambulant in pœnitentia. Quia verò sunt multi qui frangũt nauẽ innocentia, & qui perdunt tabulã pœnitentiæ, ideo deus præparauit tertiũ adiutoriũ, s. pontẽ suæ passionis. Iste pons inchoatus est hodie in pilæ foundatione, sed in parasceue est cõsummatus in trabiũ & tabularũ superpositione. Tunc igitur quatuor trabes superductæ sunt, quarũ vnã fuit de palma, secũda de oliua, tertia de cedro, quarta de cypresso. De his quatuor lignis crux Christi facta fuit. Deinde super has trabes posita est tabula, i. caro Christi purissima, quæ quatuor clauis in eã fuit confixa. Et sic factus est pons. Ideo Christus dicitur

pon

pontifex, i. pontẽ faciens. Primo propter habitũ. Habuit enim amiũtũ quando fuit velatus. Habuit albã quando ab Herode alba veste fuit indutus. Habuit blatã quando à militib; purpura fuit circumdatus. Habuit cingulũ & stolã, quando ad statuam fuit ligatus. Habuit manipulũ quando in manibus fuit clauis confixus. Habuit mitram quando spinis fuit coronatus. Habuit baculũ pastoralem quando arũdo sibi in manibus data fuit. Habuit sandalia quãdo habuit clauos in pedibus. Secundo dicitur *pontifex* propter vnctionis mysteriũ, ipse enim fuit vnctus, iuxta illud Pf. 44. Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ, &c. Olim quidem deus erat homini durus, sed modò Christus est vnctus, & ideo factus est mansuetus. Ideo dicit; Vnxit te deus deus tuus, &c. Olim erat iratus, sed factus est lætus. Ideo dicitur oleo lætitiæ. Olim deus in gratia sua erat auarus, sed Christus fact; est largus. Ideo dicitur præ confortibus tuis. Dedit enim deus pater sibi spiritũ gratiæ & misericordiæ sine mẽsura. De cuius plenitudine nos oēs accepimus. Tertio dicitur *pontifex*, propter officiũ, quã quidẽ officiũ triplex est. Primũ est pro populo orare. Et sic Christus orauit pro nobis multipliciter. Nã orauit verbis. Io. 17. Non pro eis rogo tantũ, sed pro eis qui credituri sunt per verba eorũ in me. Orauit lacrymis. Hebr. 5. Cũ clamore valido & lacrymis offerẽs exauditus est pro sua reuerẽtia. Orauit sanguine. Hebr. 12. Accessistis p sanguinis asperсионẽ meliũs loquentẽ quã Abel. Orat quotidie cicatricũ, repræsentatiõẽ, quia eas patri quotidie repræsentat, ad Hebr. 9. *Intrauit Iesus in ipsum celũ vt appareat nunc vultus Dei pro nobis.* Secundum officiũ pōtificis est sacrificiũ offerre. Et istud Christus habuit, quia pro nobis se in sacrificiũ obtulit. Ad Hebr. 9. *Per spiritũ sanctũ semetipsum obtulit Deo immaculatum.* Quãdo autẽ sacrificiũ offerebatur igne accendebatur. Et sic ipse fuit accensus igne amoris quo ad animã. De quo igne dicitur Lu. 12. Ignem veni mittere in terrã, &c. Io. 15. Maiorẽ hãc dẽlectionẽ nemo habet quã vt animã suã, &c. fuit accensus igne doloris quò ad carnẽ & animam. Thre. 1. O vos omnes qui transitis per viam, attẽdite & videte si est dolor sicut dolor meus. Fuit accensus igne passionis quo ad carnem suam. Psalmi. 16. Ignem me examinasti. Tertium officium pōtificis est præbendas distribuere. Et sic ipse præbendas distribuit, sicut dicit Ambr. in hæc verba, Autor humani generis in cruce existens pietatis officia diuidebat, persecutionẽ

C C 3

apostolis, pacē discipulis, corpus Iudæis, patri spiritū, vit-
gini paronyphū latroni paradifum, peccatoribus infernū,
pōnitentibus pōnitentiā delegavit. Tertio cōmendatur à
largitare cūm subdit: Futurorū bonorū supple dator. Dicitur
Hester 2. Dona largitus est iuxta magnificentiā princi-
palē. In creatione dedit nobis bona tēporalia. In redēptione
bona spiritualia. In glorificatione bona æterna. Proverb.
4. Dabit capiti suo augmēta gratiarū spiritualiū in præsen-
ti, & coronā inclyta, id est æterna gloria proteget te, scilicet
in futuro. Vnde ait Ioā. 10. Ego veni ut vitā habeat, scilicet
in presenti per gratiā, & abundantiū habeat, scilicet in
futuro per gloriā. Quarto cōmendatur à ducatu, ibi *peram-
plus et perfectius*: supple intrauit *tabernaculū*, id est cælū: vt pa-
tesceret nobis aditū. Nota cūm dominus fuit cū Moyses in
mōte, tūc dominus præcepit fieri tabernaculū, & ostēdit ei
formā. Quod postea fecit Beseleel ex præcepto Moysi cūm
dixit ei dominus: Fac secundū exemplar quod tibi monstratū
est in mōte. Exod. 25. Quod etiam bene figuratur per Iosue,
cui dictū est Deuter. 31. Cōfortare & esto robustus, introdu-
ces populū meū in terrā promissionis, quasi diceret, Cōfor-
tare ad patiendū, & esto robustus ad diaboli conterendum,
introduces populū meū in terrā promissionis, id est cælum.
Hoc tabernaculum quod Christus intrauit, præcellit taber-
naculū veteris testamēti in tribus. Est enim *per amplius*, id est
multo amplius quā tabernaculū aliud: quia plurimos ca-
pit propter continentiā diuinitatis. Ioan. 14. In domo patris
mei mansiones multe sunt. Et Baruc 3. c. de amplitudine hu-
ius tabernaculi dicitur: O Israel quā magna est dom⁹ domi-
ni: & ingēs loc⁹ possessionis ei⁹. Itē est *perfectius*, id est magis
perfectū quātū ad excellētiā sanctitatis: quia ibi est æterna
beatitudo. In veteri autē tabernaculo apparebat tantū gloria
domini ad horā in quadā nubecula: hic verō perfecta.
Vnde Pl. 26. Vnā petij à domino, hāc requirā. Vbi dicit Aug.
Cur p multa vagaris homūcio? habes vnū bonū & illud in
greū in quo sunt omnia bona, & sufficit. Itē est nō *manu factū*,
sicut illud q̄ fuit in eremo. Sic nō sufficiūt nostra merita.
Quis em̄ est tā dign⁹ vt mereri valeat regnū omnīū seculo-
rū? Ro. 8. Nō sunt cōdigne passionēs hui⁹ tēporis ad futurā
gloriā, quē reuelabitur in nobis. Quinto cōmēdat eū à præ-
paratione viæ: de quo subdit: *Neque per sanguinē hircorū aut vi-
solorum: sed per propriam sanguinem introiuit. Semel in sancta æterna*
redim

redemptione inuenta. Vnde Can. 3. Ascēsum fecit purpureū. Hoc
factū fuit quādo assumpsit viam sanguine suo, vt nos sequa-
mur cum. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relin-
quēs exemplum, vt sequamini vestigia eius Et 2. Tim. 2. Si
comparimur cōregnabimus. Nā sacerdos veteris testamenti
intrabat in sancta sanctorū cum sanguine hircorū aut vitu-
lorū, i. hirci & vitulæ ruffæ decima die septimi mensis. Hir-
cus ille figurabat Christū per peccati similitudinem. Vitula
quoq; propter carnis infirmitatē. De vitula legitur Nu. 19.
q̄ erat ruffa, quia caro Christi fuit tota passionis sanguine
rubricata. Vnde Isa. 63. Quare rubrum est indumentū tuum,
& vestimenta tua sicut calcantiū in torculari? Itē erat ætatis
integræ: quia Christus passus est in perfecta ætate. Item fuit
sine macula, s. peccati originalis, nec portauit iugum iniqui-
tatis. Vnde Pl. 14. Qui ingreditur sine macula, & operatur in-
sitiām. Item tradebatur sacerdoti: sic Christus à Iuda tradi-
tus est sacerdotib; Item immolabatur extra castra: sic Chris-
tus ad Hebræos vltimo extra portā passus est. Aspergebatur
quoq; propter carnis infirmitatē. De vitula legitur Nu. 19.
quia sanguis Christi effusus est in remissionē plenā omnīū
peccatorū. Vnde 1. Io. 2. Ipse est propiciatio pro peccatis no-
stris: non pro nostris tantū, sed etiā pro totius mūdi. Com-
burebatur tamē fumo: quia Christus passus est opprobria.
Vnde Pl. 68. Opprobria exprobrantiū tibi ceciderunt super
me, & accipiebat sacerdos signū cedrinū & hisopū & coccū,
& mittebat in flammā. Quia fides nostra, spes & charitas in
Dei passione mittitur. In cedro, namq; notatur spes propter
altitudinē. In hisopo fides propter humilitatē. In cocco in-
telligitur charitas propter colorem. Vir mūdus colligebat &
ferebat cineres extra castra. Cinis autē est memoria passio-
nis quā prædicationēs apostoli detulerūt ad gētes, quib; do-
minus ait Io. 15. Iā vos mūdi estis propter sermonē quē locu-
tus sum vobis. Ex hoc cinere fiebat aqua lustrationis: per
quā significatur sacramētū baptismatis: quia effectū habet
à passione, vt renatis pateat regnū cœlestē. Vltimō cōmēdat
eū à redēptione ibi: Æterna redēptione inuēta, vt redēpti, s.
sint æternaliter. Vnde Isa. 51. Et nūc qui redēpti sunt à domi-
no reuertentur, supple à peregrinatione ad patriā, de miseria
ad gloriā, de labore ad requiē, de dolore ad iucunditatē. Et
revertentur in Sion laudātes glorificationē suā de obtēta victo-
ria, de collata letitia sempiterna sup capita eorū. Quia inco-

gitabilis, ineffabilis, incomprehensibilis erit. Gaudium & latitiam obtinebunt de stola animæ & stola corporis. Fugiet dolor & gemitus: quia iam non est amplius timor de culpa siue de pœna, quoniam gloria erit æterna.

DE EODEM, ENARRATIO LXV.

Si sanguis hircorum aut taurorum, &c. Hebr. 9.

Commédatur in hac epistola pretiosus sanguis Christi, per quē ipse pōtifex noster Christus cœlū tanquā sancta sanctorū intrauit, & inquinatū sanctificauit. Considerandum ergo est quod pōtifex noster per sanguinē suum operatus est mundi purgationē, inferni spoliationē, cœli resecrationē, iudicij euasionē. De primo dicitur hic: *Si enim sanguis hircorum, &c. quāto magis Christi, &c. Heb. 9. Omnia penē in sanguine mundantur secundū legem.* Miser mūdus leprosus fuit, vnde per sanguinē mundari debuit. Sacerdos autē ipsum mundans est Christus. De quo Leu. 24. Asperget domū septies, purificabitq; eam tam in sanguinē passeris quā in aquis uiuentibus. Domus leprosa mūdū significat; passer carnē Christi, aqua uiuentes baptismum. Septem aspersiones septem sanguinis effusiones Christi significare possunt. Prima effusio fuit in circūcisione. Secūda fuit in mōte Oliueti in oratione. Luc. 22. Factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrētis in terrā. Tertia in flagellatione. Quarta in coronatione. Quinta in manū perforatione. Sexta in pedū crucifixione. Septima in lateris apertione. Ecce quomodo Christus in terra & in aere sanguinē suū asperxit; vt mūdū imundū mundaret. Vnde Chryl. Nō sub recto, sed sub cœlo Christus immolabatur: vt vniuersus aer in excelsis, immolato eius odore à terro mūdaretur. Sed & terra simile beneficij sentiebat cum de eius latere sanguinis stillatio emanabat per quā mundata est. De secūdo Zach. 9. Tu quoq; in sanguine testamēti emisisti vinctos tuos de lacu in quo nō erat aqua. Gl. i. nulla refrigerās misericordia, quā diues petiit cum dixit: Mitte Lazarū vt intingat extremū digiti sui in aquā, vt refrigeret linguā meā. Quare ergo misericordiā Dei nō in inferno, sed dum uiuis in mūdo. Ibi enim aquā negauit, sed sanguinē suū hic dat. Ibi vnā guttā aquæ negauit: hic plurimas guttas imo fluuios sanguinis ministravit. Ber. Apud dōminū misericordia, & copiosa apud eū redemptio: quia nō gutta, sed vnda sanguinis largitur: per quinque cū partes corporis emanauit. Hoc ergo sanguine vncti de

de lacu liberātur inferni. Sicut legitur quod strutio cuius pulchrum Salomon incluserat, tulit vermiculum cuius sanguine vitru lniuit: & fractū est & pullus liberatus. Sic Christus electos suos liberauit fracto inferno per sanguinē vermiculi carnis suæ: Pl. 21. Ego sum vermis & nō homo. Infernus cū Christo frangēti fuit quasi vitreus: sed dānatis ferreus. De tertio Apoc. 22. Beati qui lauāt stolas suas in sanguine agni, vt sit potestas eorū in ligno vitæ. Et per portas intrent ciuitatē: foris autem canes venefici. Lignū vitæ Christus est per quod spiritualiter & æternaliter animæ nostræ viuunt quæ mortuæ erāt peccatis. Vnde bene Christus ait in Pl. 101. Similis sum pellicano solitudinis. &c. Pellicanus enim sicut dicit glossa, dicitur pullos suos rostro occidere & triduo lugere, & tūc rostro suo sanguinē suū super eos fundere. & sic illi reuiuiscūt. Ita Christus sanguine suo nos viuificauit. Sed ecce ad portas ciuitatis supernæ nullus potest intrare nisi lotus Christi sanguine. Solus enim sanguis agni aperire potuit portas. Ber. Sanguis Christi est clauis paradisi. Vnde clauiger Christus noster primus per propriū sanguinē intrauit semel in sancta. De quarto ad Rom. 5. Cōmendat suā charitatē deus in nobis, &c. usq; iustificati in sanguine ipsius, saluauerimur ab ira per ipsum. Sicut autē electi per sanguinem Christi iram iudicij euadūt: ita reprobi per sanguinē ipsius grauius habebunt iudiciū: quia sanguis Christi clamat contra eos. Iob 16. Terra ne aperias sanguinē iusti, neq; inueniat in te locum latendi clamor meus. Tunc quidē contra peccatores clamat, sed nunc pro peccatoribus Christi sanguis clamat. Heb. 12. Accessistis ad sanguinis aspercionē melius loquentē quā Abel: quia sanguis Abel vindictā fratricidij petiit. Sanguis domini vitā persecutoribus suis impetrauit. Quia igitur sanguis Christi in iudicio saluat electos & cōfundit reprobos: ideo bene dicitur Apoc. 19. Quod Io. vidit vestitū veste aspersa sanguine habentem diademata multa in capite, & gladiū ex vtraq; parte acutum in ore, diademata ad coronandū electos, gladiū ad ferendum reprobos. Caput Christi diuinitas. In capite ergo diademata habuit: quia in contemplatione & fruitione diuinitatis corona erit.

FERIA II. ENARRATIO LXVI.

Queritis me & non inuenietis. Ioan. 7.

Ioannes Mesuē in prima practica sua, dicit: Cuncta quidē vulneta, quæ vergūt ad mortē solis virginibus manebunt

alligāda. Nam tactus impudicorū morbosus est, & pluri-
 infectius & grauior: sed pudicorū salubrior & leuior. Spiritu-
 aliter: & sic vulnera felicissimæ passionis Christi. Chryl.
 Sic etenim cōuenit facere dominicæ passioni, vt incorrupti-
 simus mēte & corpore. Et pro tali munditia orat ecclesia in
 introitu missæ: Misere mihi domine quoniā cōculcat me
 homo, tora die bellās cōtribulat me. In collecta: Sanctifica
 quæsumus domine nostra ieiunia, & cunctarū nobis indul-
 gentiā propitiū largire culparū: Et sic fecerunt Niniuitæ.
 De quo ait epist. Ionæ 3. Cūm voluerūt mundari & domino
 placere, egerunt penitentiā ad prædicationem Ionæ: Et sic
 nos si immundi sumus agamus penitentiā, tunc mundabi-
 mur, vt possimus domino ligare vulnera. Et sic Iudæi non fe-
 cerunt, ideo non inueniunt gratiā in eius passione propter
 maculam operū suorū: ergo ait eis: *Quæretis me & non inueni-
 tis.* Aliud thema. Cornica vel cornix mota à serpēte quærit
 herbā in remediū. Spiritualiter, & sic peccator veneno pec-
 cati circumdatus quærat penitentiā. Naturale est fugere pe-
 riculum. Matt. 8. Timētes periculum submerisionis accesserūt
 ad Christum, dicentes: Domine salua nos, perimus. He-
 ster 14. Pauēs periculum cōfugit ad dominū. Et si illud cor-
 porale periculū fugiēdū est, multo magis periculū æternale.
 Ps. 114. Pericula inferni inueniunt me. Luc. 13. Nisi penitē-
 tiam egeritis omnes simul peribitis. Ideo recurramus ad re-
 medium animæ, scilicet ad Dei misericordiam. De qua introitus:
 Misere mihi, &c. Et in collecta, & Niniuitæ in epistola. In
 summa euāgelij duo inuuntur. Primo Iudæorū peruersio
 cūm dicitur: *Miserunt ministros.* Secūdo sapiēs Christi respon-
 sio cūm dicitur: *Adhuc modicum tempus vobiscū sum,* &c. De
 primo dicit, In illo tempore, scilicet cum Christus prædicaret in
 templo, & multi crederūt in eum de turbis, dicentes: Cūm
 venerit Christus nunquid maiora signa faciet quàm quæ
 hic facit? Et audiētes hoc pharisæi & principes, miserūt mi-
 nistros quasi incognitos vt apprehenderent Iesum. Chryl.
 Non per se mordebat enim eos, quia turbæ Christū glorifi-
 cabāt. Ideo volebāt eū per ministros apprehendere. Aliquā-
 do in sermone. Matt. 22. Abēuntes pharisæi consiliū inie-
 rūt, vt caperent eum in sermone. Sed ipse euasit per sapien-
 tiā, dicēs: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari: & quæ sunt Dei
 Deo. Aliquādo in opere. Luc. 6. Erat homo manū aridam ha-
 bēs: obseruabāt autē eū si licet in sabbatho curare. Sed euasit

pet

per increpationē, dicēs eis: Si licet sabbatho bene facere an-
 male, &c. Aliquādo in iudicio. Io. 8. Adducunt mulierem in
 adulterio deprehensam, dicētes: Magister Moyses iussit hu-
 iusmodi lapidare. Et hoc dixerūt ideo volentes eū accusa-
 re. Sed Christus euasit vincēs eos per sapiētiā & iustitiā di-
 cēs: Qui sine peccato est vestrū in illam primus mittat la-
 pidem. Et per misericordiā cūm dicit, nec ego te condemna-
 bo. O misera infania, voluerunt illum capere quem cæli &
 terra capere non poterant, qui solo verbo creauit omnia, &
 vniuersa suo creauit vniuersa. Sed Prou. 1. dicitur: Frustrā iaci-
 tur rete ante oculos pēnatorum. Job 12. Ipse nouit decipiē-
 tem, & eū qui decipitur. Nam dicitur Io. 2. Ipse nouit quid
 esset in homine. Aliquādo tentabāt eum in aliena persona
 vt hic. Mittentes ministros, non in propria persona: quia ti-
 muerunt turbas, sed euasit per potentiam, cūm subdit: *Dixit
 ei Iesus: Adhuc modicum tempus vobiscū sum,* scilicet septem mensium à
 mense Septembri à quindecimo die incipiēdo ad tēpus
 passionis cōputando. Et vado ad patrem qui misit me. Chry. quasi
 dicat, Quare vultis me interficere? parū expectate tēpus:
 quia non est positū in potestate vestra sed mea: quia adhuc
 oportet me prædicare & signa facere per quæ venio ad pas-
 sionem. Vado ad eum qui me misit, id est ad patrem. Sed dicerēs,
 quare Christus modico tempore voluit prædicare? Respon-
 detur primò ad demonstrandam suam virtutem: quòd scilicet
 cet in tam modico tēpore totū mūdum immutare. Psal. 83.
 Melior est dies vna in atrijs tuis super millia. Secundo ad
 excitandū desideriū discipulorū, vt scilicet magis eum desiderarēt
 quem modico tempore habituri erant. Luc. 17. venient dies
 in quibus desiderabitis videre vnū diē filij hominis & non
 videbitis, &c. Tertiò ad augmentandū discipulorū spiri-
 tualem profectū. Cūm enim Christi humanitas sit via ten-
 dendi in Christū, sicut habetur Io. 14. Ego sum via, veritas,
 & vita: non debemus in ea quiescere vt in termino, sed per
 eā debemus in Deū tendere. Ne ergo corda discipulorū car-
 nali affectu vt in homine quiescerent: ideo Christus corpo-
 ralem suā præsentiam eis subtraxit. Ideo dixit Io. 16. Expedi-
 t vobis vt ego vadam. *Quæretis me & non inuenietis.* hoc fuit se-
 cundum Aug. post Christi ascensionem: quādo multi Iudæi
 cōpuncti ad prædicationē Apostolorum crediderunt. Vnde
 dicit Augu. Viderunt Christum suo scelere morientem, &
 crediderūt in Christum suis sceleribus ignoscentē. Secun-
 dum

dum autē Chryf. hoc factū fuit in tēpore Titi & Vespafiani, quādo Ierufalem capiebatur & destruebatur, tūc cognouerūt hoc eis euenisse propter mortem Christi: quē eo tempore libenter habuiffent pro liberatore. Et ideo dixit: *Quæritū me & non inuenietis.* Iftud autē quotidie accidit: quia multi Chriſtū quærunt & non inueniūt: ex eo q̄ non quærūt eum ibi vbi eſt, ſed vbi non eſt. Chriſtus enim nō eſt in delictis. Cant. 3. Per noctem quæſui in lectulo meo & nō inueni. Et non eſt in diuitiis nec in honorib. & ideo ibi nō inuenitur. Iob 28. Nō inuenitur in terra ſuauius viuētū, hoc eſt quærum ad delicioſos. Abyſſus nō eſt in me: hoc eſt quantum ad auaros, quorū cupiditas non habet fundū. Et mare loquitur, nō eſt meū, hoc eſt quærum ad ſuperbos qui ſemper ſunt tumidi & inflati. Inuenitur autē in humilitate, paupertate, & aſperitate quia ibi eſt. Iſta enim tria Chriſtus veniens in hunc mundū ſecum portauit, & cum iſtis naſci voluit. Luc. 2. Inuenietis infantem, ecce quāta humilitas: pannis inuolutum, ecce paupertas: & poſitū in præſepio, ecce aſperitas. In talibus debemus quærere Chriſtū. Nota inquitus nō inuenitur. Primō eūm quæritur in loco vbi nō eſt. Si enim quis quæreret piſces in ſylua, vel apros in aqua, vel vvas in ſpina: nō inueniret: quia ibi nō eſt locus inueniēdi. Cant. 3. In lectulo meo per noctē quæſui quē diligit anima mea: quæſiui illū & nō inueni. Sed diceret: Tamen Deus eſt vbiq̄, vt dicit magiſter in ſentētiis. Reſpōdetur, eſt vbiq̄; per eſſentiā, non autē per gratiam. Sicut in anima quæ ſecundū ſubſtantiā eſt tota in qualibet parte corporis: ſed ſecundū potentias ſenſitiuas eſt in determinatis mēbris, puta ſecundū viſum in oculis ſolum, ſecundū auditū in aurib. Et ſic de aliis ſenſibus: præterquā in tactu. Sic deus licet per ſuā eſſentiā nō longē ſit ab vnoquoq̄; noſtrū, per gratiā ſuā tamen longē eſt ab impiis. Secundō eūm non quæratur in tēpore debito, puta ſi quis quæreret roſas in decēbre non inueniret. Eccl. 5. Ne tardes cōverti ad dñm. Et Iſa. 55. Quærite dominū dum inueniri pōt, innocatē eū dum prope eſt; ſ. in ſanitate. Nō in morte: quia talis pœnitētia nō videtur volūtaria. Aug. Opera nō ſunt meritoria niſi volūtaria. Aug. Nemo inuitus bene facit: etiā ſi bonū eſt qđ facit. Sed quſquis pponit pœnitere ſolum in morte, non volūtariē videtur pœnitere: quā ſi mors nō veniret nō pœniteret. Eccl. 18. Cōfiteberis viuis, viuus & ſanus cōfiteberis. Tertio quā non quæratur debito

modo. Nota quæredus eſt pede, manu, oculo & ore. Pede, i. affectu. 2. Para. 15. In tota volūtate quæſierūt dñm & inuenenerunt. Pſal. 118. In toto corde meo exquiſui te. Manu, i. opere. Pſal. 76. Deū exquiſui manibus meis, & nō ſum deceptus. Oculo, ſ. ſcripturę, vitā ſanctorū inſpiciendo. Can. 3. Surgā & circuibō ciuitatē per vicos & plateas quærens quē diligit anima mea. Ore, i. oratione. Videmus cū quis comitem amittit, clamat vt eū inueniat. Pſ. 118. Clamauit & ego exaudiā eū. Tunc ſubdit: *Vbi ſum ego vos non poteſtis venire.* Aug. Vbi ſum immutabilis ſum. Et nō dicit, *non poteritis*, ſed nō poteſtis, i. in diſpoſiti eſtis, quia immūdi. Pſal. Quis aſcēdet in montē domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Reſpōdet: Innocētis manibus & mūdo corde. Sic nō fuerunt Iudæi: quia voluerunt Chriſtū occidere. Sicut hoc expoſuit Petrus: Quō ego vado non potēs me ſequi modō: ſequeris autem poſtea. Quāuis autē Chriſtus dicat: *Vbi ego ſum vos non poteſtis venire.* Tamē de miniſtris ſuis dicit Io. 12. Vbi ego ſum illic & miniſter me⁹ erit. Chriſtus autē eſt in dextera Dei. Mat. 6. Et dominus quidē Ieſus poſtquā locutus eſt eis; aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet à dextris Dei. Et eſt in gloria Dei patris, ad Phil. 2. Omnis lingua confiteatur, quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria Dei patris eſt. Et in lumine Dei. 1. ad Tim. 6. Lucē inhabitat inaccessibilē, &c. Miniſtri ergo Chriſti erūt in dextera Dei patris: quia pater dextera ſuæ potētiæ eos in eternū cōſeruabit. Erūt in lumine Dei: quia filius lumine ſuæ ſapientiæ eos illuminabit. Erunt in gloria Dei, quia ſpirituſ. ſua dulcedine & ſuauiate eos glorificabit. Peccatores autē nō erūt in dextera Dei ſed ſub pedib⁹ Dei. Tres enim tenebūt pedes ſuos ad pœnā damnatorū. ſ. Deus. Pſal. Ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorū. Mors perpetua. Iob 18. Calcet ſuper eos quaſi rex, interitus. Et tota cōgregatio ſanctorū. Mal. 4. Calcabitis impios eūm fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorū. Non erunt etiā in lumine Dei ſed in tenebris inferni. Mat. 22. Ligatis manibus & pedibus mittite eos in tenebras exteriores. Nō autem in gloria ſed in pœna æterna. Mat. 25. Ibūt hi in ſuppliciu æternū. Dixerūt ergo Iudæi: *Quo hic iturus eſt: quia non inueniemus eū? nunquid in diſperſione gentiū iturus eſt & docturus gētes?* Per hoc expoſtrobabant gentes quæ vbiq̄; diſperſæ ſunt. Sed ſtulti, nunquid potuiſſet iuiſſe ad gentes? Aug. Ignorantes verū dixerunt, eo quōd nunc laudant dominum omnes gentes: quia nunc

nunc misericordia domini plena est terra. Olim verò tārū
 notus in Iudæa Deus erat. *In nouissimo autē die magnæ festivitatis,*
 scilicet tabernaculorū, quia hoc festū 7. dieb⁹ celebrabatur,
 cuius primus & vltimus dies magis erāt solēnes. *Stabat Iesus*
et clamabat, dicens: Si quis sitit veniat ad me et bibat, s. aquā gratiæ.
 Et dicit notāter, *si quis*, quasi dicat, quicumque est ille. Eccl.
 24. Trāsite ad me omnes qui cōcupiscitis me: & à genera-
 tionib⁹ meis adimplebimini. Et 1. Ti. 2. Qui vult omnes ho-
 mines saluos fieri. Nota sitiunt mali & boni. Primò mali si-
 tiunt diuitias & facultates. Sicut enim draco vel aliud ani-
 mal sitibundum sanguinē elephantis sitit quem cognoscit
 esse frigidū, quapropter pugnat cōtra eum: sic auari sitiunt
 sanguinē pauperū, i. substantiā temporalem ipsōsq; impro-
 perant, & ad terram, i. ad miseriam trahunt; vt vsuris & ra-
 pinis appropere. Iob 5. Bibunt sitiētes diuitias eius. Aug.
 Si sitimus veniamus, non pedibus corporis, sed affectibus
 non migrando, sed Deum amando & ab amore mūdi rece-
 dēdo. Ad istas aquas, gratiarū vocat nos Deus per Isa. 55. di-
 cens: Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis
 argentū properate, emite & comedite, venite, emite absque
 argento, & absque vlla cōmutatione vinū & lac. Quare ap-
 penditis argentū non in panibus, & laborem vestrū non in
 saturitate? Dominus vocat sitientes illos qui sunt vacui ab
 amore mundi. Ad aquas vocat amatores Dei. Tales enim
 debent venire ad aquas gratiarū. Ideo dicit: Omnes sitientes
 venite ad aquas. Aug. Si habitat in te amor mundi non est
 qui intret in te. amor Dei, vas es sed plenus es: funde quod
 habes vt recipias quod non habes: funde amorem secūli vt
 implearis amore Dei. Sequitur: Et qui non habetis argentū
 properate, emite & comedite. Per argērum intelligitur ter-
 rena substantia seu eloquentia, seu subtilis intelligentia. Si
 ergo sunt aliqui qui non habent argentū temporalis sub-
 stantiæ vel humanæ facundiæ nec profundę intelligentiæ:
 saltem properent & emanent & comedant: emanent per feruen-
 tem orationem, & comedant per deuotam meditationē. Se-
 quitur: Venite, emite absq; argento, s. mundanę eloquentiæ
 vel profundę intelligentiæ, & absque vlla cōmutatione
 temporalis substantiæ vinum & lac. Per vinum intelligitur
 iucunditas mētis: per lac puritas corporis. Emite ergo vo-
 bis per opera misericordiæ & desideria spiritualem iucun-
 ditatem & mentis puritatem in carne. Vel per vinum & lac

intel

intelliguntur naturæ in Christo. Nam per vinum intelli-
 gitur eius diuinitas iucundissima. Psal. 130. Vinū lætificat cor
 hominis. Per lac intelligitur eius purissima humanitas. De-
 bemus igitur emere per orationes & desideria vinū & lac,
 vt, s. in cœlesti gloria possimus contemplari eius diuinita-
 tem, & videre eius humanitatem, quia in ista cōtemplatio-
 ne & visione cōsistit beatitudo sanctorum tota. Et tunc ve-
 rificabitur illud quod dicit sponsa Cant. 5. Bibi vinū meum
 cum lacte meo. Sequitur: Quare appenditis argentū non in
 panibus, & laborem vestrū non in saturitate? Multi sunt
 qui argentum, id est eloquentiam vel ingenium appendunt
 & ponunt in panibus, & non in verā sciētia quę habet ani-
 mam reficere, iuxta illud Mat. 4. Nō in solo pane viuit ho-
 mo, &c. Et laborem etiam suum non ponunt in saturitate,
 quia addiscunt scientias lucratiuas, non quę satiāt sed eua-
 cuant. Et non addiscunt saturitatem, sed vanitatem.

DE EODEM, ENARRATIO LXVII.

*Si quis sitit veniat ad me et bibat: qui credit in me, sicut dixit scri-
 ptura, flumina defluent aqua viua. Ioan. 7.*

Ista aqua viua quā Christus vult dare sitientibus non est
 immortalis sed spiritalis, sicut immediatē subdit: Hoc au-
 tem dicebat de spiritu quē accepturi erant credentes in eū.
 Magnū igitur est habere potentiā receptiuā gratiæ, maius
 habere aliquem gustum gratiæ, maximū habere plenitudi-
 nem gratiæ, per maximū habere cōtinuationē & perseverā-
 tiam gratiæ. Istarū quatuor differētiās dominus ostendit in
 verbis p̄missis. Primò enim ostendit quòd quilibet homo
 habeat potentiā gratiæ receptiuā: quia in potestate cuiusli-
 bet est venire ad fontem gratiæ. Ideo dicit: *Si quis sitit veniat
 ad me.* Secūdo promittit dare gustum gratiæ, cum subdit: *Et
 bibat.* Tertio promittit dare plenitudinem gratiæ cum dicit:
Flumina de ventre eius, id est de corde eius fluent. Quarto pro-
 mittit dare cōtinuationē & perseverantiā gratiæ cum sub-
 dit: *Fluent aqua viua.* Circa primū notādum est quòd omnes
 tam boni quā mali habent potentiā receptiuā gratiæ, soli
 autem damnati ista potētia carent. Non enim ipsi ad istum
 fontem possunt venire, nec de ipso fonte minimam gut-
 tam haurire. Ad fontem quidam venire nō possunt: quia ha-
 bēt ligatos pedes & man⁹ & sunt in tenebris. Mat. 22. Liga-
 tis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores.
 Nō igitur possunt venire q̄ habent ligatos pedes & manus,

nec

nec etiā scitit venire: quia sunt in tenebris. Damna-
 ti enim habēt ligatas manus: quia nullum bonū possunt facere. Ha-
 bēt ligatos pedes: quia nullum bonū possunt velle nec desi-
 derare. Sunt em̄ in tenebris: quia nullū bonū possunt intel-
 ligere. Et sunt in tenebris exterioribus: quia nullū bonum
 possunt sperare, sed sunt extra omnē sp̄ salutis. Dato etiā
 quōd ad fontē possent venire, tamē de illo fonte nō modicam
 guttā gratiæ possent haurire. Sicut patet de illo diuite
 qui modicā guttā gratiæ refrigerātis petiit, & tamen obti-
 nere non potuit. Si igitur damnati vel dæmones haberent
 istā potentiā receptiūā gratiæ ad momentū vnus horā, ta-
 liter se disposerēt quōd ad istū fontē venirent & aquā gra-
 tiæ obtinerēt. Miseri autē peccatores quando cunq; volunt,
 possunt venire ad istum fontē, & tamen venire cōtemnunt.
 Iste igitur fons omnibus patet tam bonis quā malis. De
 quo fonte dicitur Zach. 13. Erit fons patens domui Dauid &
 habitātibus Hierusalē in ablutionē peccatoris & mēstrua-
 tæ. Per Dauid qui interpretatur manu fortis intelliguntur
 actiui. Sed per Hierusalē quod visio pacis interpretatur,
 intelliguntur cōtemplatiui. Nomine autē peccatoris intelli-
 guntur omnes illi qui habēt peccata minora. Nomine mē-
 struatæ intelliguntur qui habēt peccata maiora. Omnes isti
 de isto fonte bibere debēt, scilicet actiui, vt amplius roborentur:
 cōtemplatiui vt dulcius contemplarētur, & omnes peccato-
 res vt à suis sordibus em̄dentur. Circa secūdum notādum
 quōd dominus seruis suis dat gustū gratiæ suæ. Et ille gu-
 stus est tantæ virtutis quōd extinguit sitim omnīū munda-
 norū. Et est tantæ dulcedinis quā in dulcedinē vertit supplicia
 tormētōrū. Est tantæ suauitatis quōd animā excitat ad desi-
 deria supernorum. Quōd enim virtus eius extinguat sitim
 mundanorū, patet quia in Magdalena extinxit sitim aſtuā-
 tis concupiscentiæ. In Matth. sitim auaritiæ. In Paulo sitim
 superbiæ & gloriæ mūdane. In Iacobo & Ioāne extinxit a-
 morē terrenū & amorē domesticum & amorē propriū. Nam
 sicut dicitur Mat. 4. Vidit Iesus Iacobū & Ioannē in nauī cū
 Zebedæo patre eorū & vocauit eos. Illi autem mōx vt sen-
 serunt gustum diuinæ gratiæ retia reliquerunt, & sic amo-
 rem terrenum, & dimiserunt patrem in nauī, & sic relique-
 runt amorē domesticū, & secuti sunt Christum non seipfos,
 scilicet propriam voluntatem. Et sic reliquerunt amorem
 proprium. August. Qui biberit de fluuio paradisi cuius vna
 gutta

gutta maior est Oceano, restat vt in eo omnis sitis mundi
 huius penitus extincta sit. Quōd autē iste gustus est tantæ
 dulcedinis vt supplicia & tormēta vertat in dulcedinē: pa-
 tet in Stephano, iuxta illud: Lapidēs torrentis illi dulces
 fuerūt. In Andrea: crucis supplicia & tormēta in dulcedinē
 vertit & in gaudiū. Et in Laurētio qui dixit Decio: Discede
 miser, quia carbones tui mihi refrigeriū præstant: tibi autē
 patat eternū incendiū. In apostolis omnes cōtumelias ver-
 tebat in gloriam. Act. 5. Ibāt apostoli gaudētes à cōspectu
 cōsiliij, quoniā digni habitū sunt pro nomine Iesu cōtume-
 liā pati. Quod verō est tantæ suauitatis quā facit cœlestia de-
 siderare, dicitur Matth. 17. vbi Petr⁹ aqua spiritus sancti po-
 tatus, & quodāmodo ebrius effectus ausus est dicere: Do-
 mine bonū est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula.
 Dicitur autē tabernaculū à taberna. Volebat enim Petr⁹ quā
 sibi essent tres tabernæ in quibus gratia spiritus sancti ven-
 deretur, ita quā pater haberet suā tabernā, filius suā, spiritus
 sanctus suā. In taberna autē patris vēditur vinū forte, id est
 gratia corroborās quæ habet animā in bono cōfirmare. In
 taberna filij venditur vinum clarū, id est gratia illuminans
 quæ habet animā in agendis dirigere & illuminare. In ta-
 berna autē spiritus sancti vēditur vinum dulce, id est gratia
 dulcorās quæ habet animam cœlesti dulcedine adimplere.
 Circa tertiū nota quōd Christus dat viris perfectis spiritū
 sanctum in magna plenitudine. Ideo sequitur: *Et flumina de
 ventre eius fluent, &c.* Vocatur autē spiritus sanctus flumen se-
 cundum Chrysoſt. quia sicut flumen non reuertitur neque
 stat, sed semper currit: sic illi qui habent spiritum sanctum
 non reuertuntur ad peccata, nec stāt per otia: sed semper cur-
 runt ad fortia. De isto flumine dicitur Ezech. 47. Mēsus est
 mille cubitos, & traduxit me per aquam vsq; ad talos: rur-
 susq; mēsus est mille, & traduxit me per aquā vsq; ad ge-
 nua: & mēsus est mille, & traduxit me per aquā vsq; ad re-
 nes: & mēsus est mille, & traduxit me vsq; ad collū. De hoc
 etiam flumine dicitur Isa. 30. Spiritus domini velut torrens
 intūdans vsq; ad mediū colli. Quidē ergo in hoc flumine
 introducentur vsq; ad talos, quidam ad genua, quidam vs-
 que ad renes, quidam vsq; ad collum. In talis autē corporis
 supportatio, in genibus deambulatio, in renibus viget cō-
 cupiscentia, & in collo procedit eloquētia. Illi igitur in flu-
 mine spiritus sancti introducentur vsq; ad talos, qui fortes

sunt ad supportandū aduersa. Pl. 32. Spiritu oris eius omnis virtus eorū. Illi introducuntur vsq; ad genua q̄ fortes sunt ad aggrediendū opera virtuosa. Ezech. 1. Vbi erat spiritus imperus illuc gradiebantur, nec reuertebantur cum ambularent. Illi introducuntur vsq; ad renes, in quibus extinguitur omnia desideria carnalia. Gre. Gustato spiritu desipit omnis caro. Illi introducuntur vsq; ad collū qui habēt vitia verba. Mat. 10. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Circa quartū notādum q̄ spiritus. dicitur aqua viua, quando, s. quis habet gratiæ continuationē & perseverantiā. Sine enim perseverantiā nihil valent omnia precedentia. Ber. Tolle perseverantiā, nec obsequiū mercedē habet, nec beneficiū gratia, nec laudem fortitudo. Iste autē fluuius aquæ viuæ spiritualiter fuit in cælo. De quo dicitur Apoc. vii. Ostendit mihi fluuiū aquæ viuæ splendidū, tanquā cristallū procedentē de sede Dei & agni, & in medio plateæ Ierusalē, &c. Ex quibus verbis habetur q̄ ille fluuius spiritus. d. dabitur ad satietatē reficientē, ideo vocatur flumen. In præsentī enim vita sancti viri bibunt aquā spiritus sancti ad mensurā. Eze. 4. Aquā in mensuram bibes. In futuro autem, isto in flumine erunt vt sine mensura potentur. Cant. 5. Bibite amici mei & inebriamini charissimi. Serui dei in præsentī sunt amici, in futuro erunt charissimi. Ergo amici bibunt, quia spiritus sanctum habent ad mensurā. Sed charissimi erunt ebrii, quia habebunt sine mensura. Secūdo ille fluuius habebit emanationē in deficientē, ideo dicitur aquæ viuæ. Fluuius autē aquæ mūdi deficit, sed fluuius spiritus. d. deficere non valebit. Ier. 2. Me dereliquerūt fontē aquæ viuæ, & foderūt sibi cisternas dissipatas quæ cōtinere nō valēt aquas. Mundus autē est sicut cisterna perforata, quia amor eius cito deficit. Spiritus autē sanctus est aqua viua, quia eius amor nunquam deficit. Quod est amor mundi cito deficiat, dicitur 1. Io. 2. Mundus transiit & concupiscentia eius. Quod autē amor spiritus. d. nō deficiat, patet 1. ad Cor. 13. Caritas nunquā excidit. Tertio habebit charitatē resurgentē. Et ideo dicitur splendidū tanquā cristallū. Fluitus amoris mundi est turbidus, & facit animam turbidā & foedā. Ier. 2. Et nunc quid tibi vis in via Aegypti vt bibas aquā turbidā? Fluuius verō amoris dei est clarus & facit animā pulchrā. Sap. 5. Clara est, & quæ nunquā marcescit sapientia. Isa. 58. Implebit dñs splendoribus animam tuam.

nam. Quarto habebit suauitatem efficientem. Ideo dicitur procedere de sede Dei & agni, hoc est de contemplatione diuinitatis & visione humanitatis. Ex qua visione & contemplatione causatur tota dulcedo & suauitas sanctorum. Fluuius aquæ mundi habet aquas amaras. Isaiā 24. Amara erit potio bibentibus illam. Exo. 15. dicitur quod filij Israel non poterant bibere aquas de Marath, eo quod essent amara. Marath interpretatur amaritudo peccati, & significat mundum in quo sunt multæ amaritudines peccatorū. Fluuius autem spiritus sancti habet aquas dulces. Eccl. 23. Spiritus meus super mel dulcis & hæreditas mea super mel & fauum, qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient, & qui operantur in me non peccabant, &c. Quinto habebit penitentiam assistentē, quia fluit in medio plateæ Ierusalem, Mundus dat suas consolationes cum magno labore, quia cor terrenum semper cogitat vt homo ultra mare vadat, & labores multos sustineat vt diuitias & consolationes acquirat. Sed fluuius spiritus sancti in præsentī vita fluit ad ostium voluntatis, & in futuro fluet in medio ciuitatis cælestis, & quilibet sine labore potest inde haurire. Deuter. 30. Mandatum quod ego præcipio tibi non supra te est, neque procul positum, neque trans mare positum vt causeris & dicas, Quis ex vobis transfretare poterit mare, & illud ad nos vique deferre? sed iuxta te est sermo valde in ore tuo & in corde tuo vt facias illum. Fluit etiam ad ostium nostræ voluntatis. Apocal. 3. Ego sto ad ostium & pulso, &c.

FERIA III. ENARRATIO LXVIII.

Querebant Iudæi eum in die festo, & murmur multus erat de eo in turba. Ioan. 7.

Theophilus in breuiloquio diuersarū artium dicit, Sal in sua coctione nō coagulatur nisi sibi aliquātulū sanguinis superfundatur. Spiritualiter. Sic in via salutis nō firmatur ipsa mens hominis, nisi sibi infundatur sanguis beatissimæ passionis. De quo Remigius super Ioannē, Absque Christi passionis auxilio nunquā aliquis hominū in viā salutis puenire poterit in æternū. Et Greg. super Ezech. Nulla est fortitudo hominū nisi procedat ex amore refrigerioque diuino. Ideo vt viriliter firmemur in Dei seruitio hortatur nos introitus missæ, dicens, Expecta dñm, viriliter age & confortetur cor tuū & sustine dominum. Sic confortatus fuit

Daniel: vt legitur in epistola hodierna, Daniel. vltim. quòd Bel destruxit & draconè interfecit virtute diuina. Ideo positus est in lacù leonù, & virtute diuina cõseruatus in vita. Et eadè virtute Christus resistebat inimicis suis eũ quærèribus & persequentibus. De quo thema. *Quærebant Iudæi eum, &c.* In summa euãgelij duo innuuntur. Primo vanæ gloriæ inquisitio, quod probat persuasio ascēdēdi, ibi: *Post hæc, &c.* Secūdo subditur mudanæ gloriæ cõculcatio, quod probat cõsilia occulta permanēdi, ibi: *Ipsè māsit in Galilea.* De primo dicitur: In illo tēpore, s. cum inter Iudæos quidā erāt mali-tiosi volentes Christũ interficere. *Tunc ambulabat Iesus in Galileam, s. in ciuitatem Capharnaum. Non enim volēbat in Iudæam ambulare: quia eum Iudæi interficere quærebant:* quia Christus non semper obiciebat se Iudæis: sed aliquādo recedebat ab eis. Primo secūndũ Aug. vt ostēderet fidelibus pro crimine non esse obiciēdũ: si se aliquādo à persecutoribus abscederet. Nā & ipse fugit nō solũ de ciuitatē in ciuitatē: sed etiã de regione in regionē, quādo scilicet delatus fuit à parietibus in Aegyptũ, & dicit Aug. Non tamen in hoc suã amisit potestatem, sed nostram cõsolabatur infirmitatem. Nā si voluisset potuisset tutus inter Iudæos ambulare: quia ipsam mortē in potestate sua habere testabatur Ioan. 10. Potestati habeo ponendi animã meã & iterũ sumendi eam. Hanc potestatem ostēdit tēpore passionis, dum ad vnicã vocem inimici eius abierūt retrorsum & ceciderunt in terrã. Secundo ideo vt demonstraret veram humanitatem eius, ideo noluit ire in Iudæã. Quia erat Deus & homo, & virtute diuinitatis poterat non lædi à persecutoribus, sed hoc noluit cõtinuo facere: ne declarata eius diuinitate humanitas ei veniret in dubiũ. Tertio noluit ire in Iudæã: quia tempus passionis eius nondũ venerat, scilicet pascha, vnde eodē tēpore immolabatur, vt victima victimæ succederet. De quo tēpore Ioan. 13. Sciens Iesus, quia venit hora eius, &c. Tunc subdit: *Erat autem in proximo dies festus Iudæorum Scenopegia.* Secūndũ Aug. Scenopegia erat festiuitas tabernaculorũ, quādo mense septimo omnes Iudæi in tabernaculis habitabāt, in memoriã illius temporis in quo patres eorum 40. annis post educationem de Aegypto absq; vllis domibus cõmorati sunt in deserto. Nam scenopegia dicitur à scena, id est tabernaculum vel tentorium, & pagnymi, quod significat figo, conglutino, construo. vnde scenopegia, quasi tentoriorum

toriorũ excitatio & constructio. *Dixerunt autem ad eum fratres eius, i. cõsanguinei & cognati Christi: Transi hinc & vade in Iudæã: vt & discipuli tui videat opera tua quæ tu facis.* Tales forsitan dicebātur fratres etiam geniti, qui adhuc in Christum non credebant, nec de numero discipulorũ suorum erant. Et tu pidi mundanæ gloriæ volentes q̄ Christus ad illud festũ ascenderet, & ibi gloriam suã manifestaret, ideo dicūt ei: *Ne mo quippe in occulto quid facis, quasi dicerent: Tu dicis te facere miracula, sed facis ea in occulto, & hoc ex timore: alioquin ires in Ierusalem, & ea ibi corã multitudine ostenderes. Et querit ipse in palam esse, quasi dicerent: Tu quæris gloriã de his quæ facis: & tamen propter timorē abscedis te. Ecce hoc est proprium malorũ vt credant alios similes eis animi passiones habere. Tunc ostendunt se incredulos cũ dicunt: Si hæc facis, manifesta te ipsum mundo, quasi sub dubio ponunt Christi miracula an sint vera. Ideo subdit euãgelista: Neque fratres eius credebāt in eum, i. cõsanguinei eius. Nam secūndum Aug. Audientes cum fratres cogitabant cõsanguinitatem, non parietis propaginem. Sicut enim in sepulchro vbi positum est corpus domini, nec antea, nec postea corpus iacuit, sic vterus Mariæ virginis, nec antea, nec etiam postea aliquod mortale concepit. Ideo fratres isti erant carnales cõsanguinei. Contingit enim q̄ tales maximè aduersantur suis & eos contempnunt. Matth. 10. Inimici hominis domestici eius. Et Iob 19. Noti mei quasi alieni recesserunt à me: *Dicit ergo eis Iesus: Tēpus meum nondũ aduenit, scilicet tradendi me Iudæis. Tēpus autem vestrum, scilicet standi cum Iudæis, semper est paratum.* Habuit enim Christus triplex tempus, scilicet præsens, præteritum & futurum. Tempus præteritum fuit tempus suæ natiuitatis. De quo dicitur ad Galat. 4. At vbi venit plenitudo temporis misit Deus filium suum, &c. Et illud tempus fuit ad gloriam Dei & ad pacem mundi. Vnde tunc angeli cantauerunt: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Tēpus præsens fuit tempus vitæ suæ: & illud expēdit & consumpsit ad nostram eruditionem & instructionem. Tempus futurum erat suæ passionis, & illud expēdit ad redemptionem generis humani. Ecce quã vtiliter Christus totum suum tempus expēdit. Sed multi sunt qui tempus suum præteritum in vanitatibus consumpserunt. Tempus præsens similiter in vanitatibus expēdunt. Tempus verò futurum volunt Deo dare*

dicentes, Adhuc ero bonus homo, adhuc penitentiam faciam. Sed dicit Aug. Qui promisit veniam penitenti, non spondit diem crastinum differenti. Dicit tamen Beda, quod vere penitentes de tempore nihil perdunt. Quia & praeteritum restaurant per contritionem. Et praesens tenent per bonam operationem. Et futurum tenent per boni propositi constantiam & firmitatem. De quo Sap. 3. tanquam aurum in fornace probauit electos dominus, & in tempore erit respectus eorum. Ideo Sap. 2. Non praetereat nos flos temporis. Ratio secundum Bern. Quia omne tempus impensum tibi, quaeretur a te qualiter sit expensum.

Nota futurum tempus Christi adhuc erat triplex, scilicet tempus passionis, resurrectionis, ascensionis, & istud expectabat. Et sic boni cum desiderio expectant tempus futurum. Primum tempus mortis quo a corpore absoluitur tanquam a graui iugo. Gen. 27. Tempus veniet cum excutias & soluas iugum eius de cervicibus tuis. Iugum, secundum Aug. dicitur a coniungendo, quia coniungit binos in vnum, id est unionem corporis & animae. O graue iugum, quia continuum bellum. Sap. 9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Ad Ro. 7. Infelix ego quis me liberabit de corpore mortis huius? Phil. 1. Cupio dissolui & esse cum Christo. Nota, licet iugum corporis sit graue, tamen est vtile. Primum ad meritum emulationem. Greg. Nazianzenus, in carne anima meretur, sine corpore mereri non potest, ut ieiunare, peregrinari, &c. Secundum ad gloriae augmentationem, quia auget duplicem gloriam, scilicet animae & corporis. Item nota quod viri boni desiderant mortem propter tedium, quia reputant se quasi in carcere positos sicut pisces aut auis. Ps. Educ. de carcere animam meam. Attamen si aliquis in corpore existens sciret quod statim deberet dari post mortem, potius in corpore manere desideraret, sicut peccatores. Secundum propter gaudium quod habent de huius miseriam exceptione. Eccl. 2. Cuncti dies doloribus & aerumnis pleni sunt. Isa. 51. Lætitia sempiterna super capita eorum gaudium & lætitiā tenebunt, fugiet dolor & gemitus. Secundum boni expectant tempus resurrectionis, & est tempus praemiationis. Eccl. 31. Operamini opus vestrum ante tempus, & recipietis mercedem in tempore suo, quia non otiosis datur merces, sed operantibus. Matth. 20. Voca operarios & redde illis mercedem. Tertium sancti, non solum illi in mundo, sed etiam illi in caelo expectant tempus resurrectionis in quo expectant tempus retributionis, in quo recipient corpora & perficientur gloria. I. Petri 5. Humilia

liamini sub potenti manu Dei, ut exaltet vos in tempore visitationis. Tunc subditur ratio diuersitatis praedictorum temporum cum dicit: Non potest mundus odisse vos, me autem odit: quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. Quasi diceret: Vos qui mundanam gloriam quaeritis, homines mundanos aduersarios non habetis. Me autem odit, quia quaro gloriam Dei arguendo peccata mundanorum quae sunt eis contraria, & perhibeo testimonium de operibus eorum, quia mala sunt, licet sciam ex hoc odium provenire, & mihi mortem incumberet. Amos 5. Odio habuerunt corripientem in porta: & loquentem perfecte abominati sunt. Sed diceret, numquid non mundum aliqui odio habentur a mundo? Respondetur, verum est in particulari in quantum vnus ea habet quae alter vellet habere, sed in quantum mundanus nullus oditur a mundo. Sancti vero vniuersaliter odiuntur a mundo: quia contrariantur ei. Et si aliquis de mundo eum diligit, hoc non est in quantum est de mundo, sed in quantum est in eo aliquod spirituale. Tunc recusat dominus ascendere, dicens: Vos ascendite ad diem festum hunc. Ego autem non ascendam: quia tempus meum nondum impletum est. Sicut enim sunt duae gloriae: ita diuersa festa. Mundani enim habent festa temporalia, scilicet gaudere, epulari in deliciis exterioribus. Isa. 22. Vocabit dominus exercituum in die illa ad fletum & ad planctum, ad caluitium & ad cingulum sacci. Et ecce gaudium & lætitia occidere vitulos & iugulare arietes, comedere carnes & bibere vinum. Comedamus & bibamus: cras enim moriemur. Et reuelatur vobis in auribus meis vox domini exercituum. Si dimittitur vobis iniquitas haec donec moriamini dicit dominus exercituum. Isa. 1. Solennitates vestras odiuit anima mea. Sancti vero habent festa spiritualia quae in delectationibus consistunt spiritualibus. Isa. 33. Respice Sion ciuitatem solennitatis nostrae. Et ideo dicit vos, scilicet qui gloriam mundi quaeritis: Ascendite ad diem festum, scilicet lætitiā temporalis, vbi laus humana & voluptas quaeritur, vbi carnalia gaudia extenduntur. Ego autem non ascendam. Quia talibus non delector, sed ad diem festum solennitatis aeternae. Et hoc ideo: Quia meum tempus, scilicet gloriae meae quod erit permanens in aeternum, & vbi erit gaudium sine morore & eternitas sine labore: Nondum impletum est. Dixi secundo tangitur gloriae mundanae concuscatio, quod probat consilia occulta permanendi dicens: Haec cum dixisset ipse mansit in Galilea. Et autem ascendit frater eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum non ma-

manifeste, sed quasi in occulto, non causa timoris. Vnde dominus vt
 ostenderet se mundanā gloriā non querere, non ascendit
 cum fratribus suis qui ascenderūt ad primam diē festiuitatis
 illius, vt verificaret illud quod dixerat, *Ego non ascendam.*
 Postea tamen quarta die illuc venit. Sicut enim noluit esse
 in principio festiuitatis, ne fratribus suis malum persuaden-
 tibus videretur fauere, sic nō debuit se omnino subtrahere,
 ne populo doctrinam salutis subtraheret quā venit docere.
 Quasi secundū Chryl. diceret: *Non ascendam.* Passurus, & mori-
 turus, sed docturus populū. Vel vt dicit Aug. Isti volebāt q̄
 Christum ascendere in Iudcā questurus gloriā temporalem,
 & sic dixit eis, Nō ascendā sicut vos vultis, sed ascendā do-
 cturus turbas. Et ad hoc venit non manifestē, i. cum magna
 multitudine & comitatu: ne daret Iudcīs occasionem maio-
 ris inuidiē: sed quasi in occulto. Huius triplex est ratio. Vna
 secundū Chryl. ne suā diuinitatē denudans incarnationis eius
 esset nimis certa. Isa. 45. Verē tu es Deus absconditus, & vt
 ostēdatur multis hominibus in exemplū quādo nō possunt
 persecutores suos publicē detinere. Alia est secundū Aug.
 vt daretur intelligi q̄ Christus occultatus est, in figuris ve-
 teris testamēti, qui modō est manifestus nobis. Isa. 8. Expe-
 ctabo dominū qui abscondit faciem suam, i. manifestā noti-
 tiā ē domo Iacob. Vnde & vsq; in hodiernū diem Iudcī ve-
 lamen habēt positum super faciem suā, sicut Moyses pone-
 bat velamen super faciem suā: vt nō intenderent filij Israel
 in faciem eius vt dicitur 2. Cor. 3. Et ideo omnia quæ dicta
 sunt antiquo populo Israel vmbra habebant futurorū bo-
 norum; vt dicitur Hebr. 10. Vt ergo ascenderet, eo q̄ etiam
 ipsum festum esset figura, ideo ascendit in occulto. Sceno-
 pēgia enim erat celebratio tabernaculorū. Iste ergo hoc festum
 celebrat qui se in mundo isto intelligit peregrinum.
 Tertia ratio est, vt doceat nos bona nostra occultare debe-
 re. Matt. 6. Attendite ne iustitiam vestram, &c. vt videamini
 ab eis, alioquin mercedē nō habebitis, &c. *Iudcī ergo querebāt
 eum in die festo & dicebant: Vbi est ille? & murmur multus erat de eo in
 turba. Quidam enim dicebant, bonus est: alij autē dicebāt, non, sed se-
 ducit turbas.* Ponit hic vnum in quo omnes conueniebant, s.
 querebant eum, differenter tamen. Quidam enim querebāt
 eum desiderio addiscendi: vt eius doctrinam deuotē audi-
 rent secundum illud Psal. 68. Querite dominum & viuet a-
 nima vestra. Alij querebant eum desiderio malignandi se-
 cundum

eundum illud Ps. 38. Querent animā meā, vt auferant eam.
 Item ponit vñ in quo disconueniebāt cum dicitur: *Et mur-
 mur multus erat de eo in turba.* Quia quidā de turba, illi. s. qui ha-
 bebāt rectā & veram intentionē dicebant de Christo: quia
 bonus est. Ps. 72. Quā bonus Israel deus his qui recto sunt
 corde. Threno. tertio: Bonus est dñs sperantibus in eū, ani-
 mæ quærenti illū. *Alij, s. qui malē erāt dispositi & mala in-
 tentione querebāt eū, dicebāt nō, s. Bonus est.* Datur autē per
 hoc intelligi q̄ multitudo turbæ opinabatur eū bonum: sed
 principes sacerdotū opinabatur eū malum. Et ideo dicunt:
Seducit turbas. Luc. 23. Hūc inuenimus subuertentē gentē no-
 stram, &c. Mat. 27. Recordati sumus, quia seductor ille di-
 xit, &c. Sed quod tūc secundū Aug. & heri de domo ab impijs
 dicebatur, hoc ipsum hodie etiā de fidelibus eius seruis di-
 citur. Nā quicumq; religiosus Deo in simplicitate cordis ser-
 uit, ab irreligijs vituperatur, & ab alijs hominibus sedu-
 ctor vocatur, hoc valer ad cōsolationē nostrā. Quare esim
 exhorrescant membra Christi quod Christo illiatū est capiti
 suo, non refugiant serui Christi aut Dei amatores à seculo
 quod dictū est de Christo Iudcīs murmuratoribus. hæc ille.
 Sciendū q̄ etiam seducere est, seorsum ducere. Potest autē
 homo seorsum duci vel à veritate vel à falsitate: vel vtroq;
 modo potest aliquis dici seductor. Vel quia inquantū seor-
 sum ducit à veritate: & hoc modo non cōpetit Christo qui
 veritas est. Io. 14. Vel à falsitate, & hoc modo Christus sedu-
 ctor dicitur. Ier. 20. Seduxisti me domine & seductus sum.
 Vtinā sic nos homines seductores vocaremur & essemus vt
 dicit Aug. Magis tamē seductor dicitur qui à veritate sedu-
 cit & decipit: quia ille dicitur seorsum duci qui trahitur à
 via quæ est veritas, sicut heretici qui in diuersas hæreses &
 in vias diuersas malorū ducuntur. Inter illas autē duas opi-
 niones malorū præualt. Vnde subditur: *Nemo autem palat in lo-
 quebatur de illo propter metū Iudcorum.* Illorū qui erāt de tribu
 Iuda, qui grauius mouebātur contra Christum eō q̄ in scri-
 pturis Christus erat promissus de tribu eorū. Ipsi autē repu-
 tabāt eum Galilæum & ab eis extraneū. Et qui meruebāt Iu-
 deos secundū Aug. silētio & voce minima & sono præstiori
 loquebātur. Illi verō qui dicebāt, *Seducit turbas,* clarij reso-
 nabāt & eorū sonitus clarij audiebatur tanquā attentionum
 soliorum, sed Dei grates permutatæ sunt in maledictiones.
 Nūc enim & fideles laudēt nomē Christi in choro & psallāt

ei cū tympano & psalterio, q̄ exaltatus in cruce ad se traxit omnia: hereticorū verò & loquentiū iniqua os obstruētū est.

DE EODEM, ENARRATIO LXIX.

Vos ascendite ad diem festum hunc, &c.

Beatus Ioānes euāgelista describit nobis tria festa. Vnum Best quod nunquā est celebrandū: quia Christus illud noluit celebrare. Er hoc ostēdit Christus cū dicit: *Vos ascendite ad diem festum hunc*, ego autē non ascendā. Secundū est, quod celebrandū est, sed quasi occultē nō vanē, neq; cum fastu. De quo subditur: *Vt autem ascenderit fratres eius*, qui, s. volebant vt ascenderet magnificē: *Tunc & ipse ascendit ad diem festum non manifestē, sed quasi in occulto.* Tertium est quod est celebrandum manifestē, & cum magna solennitate: sicut festum quod viget in templo cœlesti. Istud significatur per hoc quod immediatē subdit dicēs: *Iam autē die festo mediante ascendit Iesus in templum, &c.* Circa primū notandum q̄ festum illud quod non est celebrandū, est festum hominū vanorum qui totū tempus suū ponunt in comestationibus & delectationibus & aliis vanitatib. De quo dicitur Exo. 32. Cras solennitas domini est. Et subdit: Er sedit populus māducare & bibere: & surrexerunt ludere. Istud autē festū diabolicū non est faciendum triplici de causa Primò quia hęc vita tota est vigilia: Ideo debemus ieiunare, & peccata nostra deplāgere: vt possimus ad festum cœlestis patriæ peruenire. Ioelis secundo: **C**overtimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, fletu & planctu. Mat. 5. Beati qui lugēt, ecce vigilia, quoniā ipsi consolabūtur, ecce festū. Sed vani homines volunt hęc facere festū: ideo veniēt ad vigiliam. Luc. 6. Vx vobis qui saturati estis, ecce festū: quia esuriētis, ecce vigilia. Secundò illud festum non est faciendū: quia ista vita est exiliū. Stultus enim esset ille peregrinus qui in exilio positus vellet facere festū, sed debet expectare quousq; ad patriā suam reuertatur. Ista enim vita est quoddā exiliū. Psal. 38. Aduena ego sum & peregrinus apud te. Patria autē nostra est regio cœlestis, quę nos expectat. Heb. 13. Non habemus enim hęc manentem ciuitatē: sed futuram inquirimus. Quia igitur peccatores de exilio fecerunt patriam, ideo à patriā cœlesti semper erunt exules & bāniti. Apoc. 22. Foris canes venefici & impudici. Tertio istud festum non est faciendum: quia ista vita est locus laboris. Iob 5. Homo ad laborem nascitur, & auis ad volandum. Ideo serui Dei sint in continuo labore. Gal. 6. Dum

tempus

tempus habemus, operemur bonū ad omnes. Et ideo de labore veniēt ad requiem. Apoc. 14. Amodo iam dicit spiritus vt requiescant à laboribus suis, vani autē homines volunt esse in otio, & ideo de otio venient ad laborē. Ps. Laborabit in æternū, s. in pœnis & viuet adhuc in finem. Secundo est quoddam festum vt dictū est, quod est celebrandum sed quasi occultē, & tertium est quod est celebrandū solenniter & manifestē. Et ad ista intelligendum, notandū est q̄ anime sanctorū virorū tres habent status. Primus est in quantum ipsæ animæ in vita præsentī cum suo corpore sunt coniunctæ, & tali modo sunt in manu Dei. Sap. 3. Iustorum animæ in manu Dei sunt. Secundus status est in quantum ipsæ animæ à suis corporibus sunt exutæ. Et quantum ad hoc sunt in sinu Dei. Olim quidē erant in sinu Abrahæ: sed modò sunt in sinu Dei. Isai. 40. In brachio suo cōgregabit agnos: & in sinu suo leuabit fœtas. Ipse portabit & cōgregabit agnos, i. innocentes, ne ab innocentia cadant: leuat & portat fœtas, id est, pœnitentes in sinu: vt semper in operibus pœnitentiæ fecundi permaneant. Tertius est in quantum animæ ad sua corpora reuertētur: & in suis corporibus beatificabūtur, & in quantum sunt in thalamo dei. Deut. 33. Amantissimus domini habitabit cōsidenter in eo: quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet. In quantum ergo animæ adhuc in præsentī vita cū suo corpore cōiunctæ sunt & in manu Dei sunt, nō debet de ipsis fieri aliquod festum triplici de causa. Primo propter periculum: quia ille qui est modo sanctus, cras poterit esse malus. 1. ad Cor. 10. Qui stat videat ne cadat. Secundo propter dubiū, quia nescimus qui sunt in dextera Dei vel in sinistra. Multi enim vidētur esse in eius dextera qui sunt in eius sinistra, & e conuerso. Iudas enim qui erat discipulus Christi videbatur in dextera: & tamen quantum ad præscientiam Dei erat in sinistra & e conuerso: Iatro in cruce videbatur esse in sinistra Dei: & tamen in Dei prædestinatione erat in dextera. Tertio propter statum: quia multis tribulationibus sancti sunt expositi. Homo autem qui est in tribulatione non indiget celebratione festi, sed compassione animi. Propter istam causam nec de Christo nec de beata virgine, quandiu fuerunt in hac vita non fuit factum aliquod festum, quia tota vita eorum fuit in labore & afflictione. Et ideo nō erat eis necessaria celebratio sed compassio. Secundus status est in quantum consideratur

animæ

animæ prout sunt exatæ à corpore. Et quantū ad hoc sunt in sinu Dei. Sicut enim illud quod est in sinu, est securū & est charū & homini quodāmodo coniunctum: sic & animæ sanctorū dicuntur esse in sinu Dei: quia ibi sunt valde securæ. Io. 10. Non rapiet eas quisquam de manu patris mei. Et sunt Deo valde charæ. 1. ad Corin. 6. Empti estis pretio magno. Sunt Deo cōiunctæ & vnitæ. Io. 17. Omnes vnū sint, sicut tu pater in me, & ego in te, &c. Sicut enim filius vnū est cum patre per naturā: sic & sancti erūt vnū cū patre & filio per gratiā. Quantum ad istum statutū de sanctis in presenti vita facimus festū tribus de causis, vt dicit Aug. cōtra Faustum. Primò propter imitationē: vt, s. in hoc sanctorū exempla imitemur. Iac. 5. Exēplum accipite fratres mei exitus mali & longanimitatis & laboris & patiētīæ prophetas qui locuti sunt vobis in nomine domini. Secundò, propter meritōrum associatiōē: vt, s. eorū meritis associemur & participemus. Sancti enim participant merita sua his qui illis honorē dant. Tertiò, propter eorū orationē: vt, s. ipsi apud Deum pro nobis intercedant. Ideo dicitur Iob 5. Ad aliquē sanctorū conuertere. Illud autē festū debet fieri quasi occulte, i. nō cum pōpa & fastu, nec cū aliqua vanitate. Et in hoc maximè peccant mulieres. Cōtra quas dicitur Amos 8. Cōuertam festiuitates vestras in luctū, & omnia cantica vestra in planctū: & inducā super omne dorsum vestrū sacco, & super omne caput caluitiū. Mulieres consueuerunt in festiuitatibus ducere choreas, & vanas dicere cātilenas. Sed illa cantica cōuertentur in luctū infernalem. Et ideo dicit: Cōuertā festiuitates vestras in luctū. Consueuerunt & varia & vana ornamenta deferre. Sed illa ornamenta in sacco commutabuntur: quia cum sacco & cilicio sepelientur. Et ideo dicit: Inducā super omne dorsum sacco. Consueuerunt etiā capillos alienos deferre, & caput suum vanè ornare: sed iste ornatus in caluitiū cōuertetur: quia sicut patet capita eorū in monumentis totaliter sunt decaluata. Et ideo subditur: Et super omne caput caluitiū. Tertius est status quādo post resurrectionē beatā animæ ad sua corpora reuertētur: & tunc facient festū nō semel in anno vel in mēse vel in hebdomada, sed semper: quia ibi nō erit nec mēsis, nec hebdomada, sed tantū vna dies. Vnde Aug. exponēs illud verbū, *Tempus meum nondum aduenit*: exponit illud de tempore gloriæ dicēs in persona Christi: Ipse est dies festus meus: nō diebus istis

percur

percurrēs & pertransiens, sed permanēs in æternū. In ipsa festiuitate est gaudiū sine fine, & veritas sine labe, & serenitas sine nube. Istud festū nō fiet occulte, sed cū magna celebritate: quia omnes angeli & omnes beati simul Deū laudabunt. Aug. de ciuit. Dei: In hac vacabimus, & videbimus, amabimus, & laudabimus, & quisq; erit in ea sine fine. Ad vacare igitur sequitur videre: quia nisi homo vacet nō videt: iuxta illud Psal. 45. Vacate & videte quoniā, &c. Et ideo dicit: Vacabimus & videbimus. Ad videre sequitur amare: quia nulla res potest amari nisi videatur: vel nisi aliquo modo cognoscat. Ideo dicit: Videbimus & amabimus. Ad amare sequitur laudare & commēdare. Illam enim rem quā odio habui semper vitupero. Illam autē rem quā diligo semper cōmendo, laudo & extollo. Et ideo dixit, amabimus & laudabimus. Sancti igitur in patria vacabūt, vacādo videbūt, videndo amabunt, amando laudabunt. Et hoc sine fine, &c.

FERIA IIII. ENARRATIO LXX.

Oves meæ vocem meam audiunt. Ioan. 10.

Vbi capitaneus bonus est in cāpo, ille nititur populum suū sibi cōmissum liberare de inimicis. Et hoc est primū. Secundo ponit ei traditiones, dicēdo: Tu debes hoc facere: tu hoc, & tu hoc dimittere. Tertio tales sibi commissi tenētur sibi obedire. Spiritualiter, & sic Christus est capitaneus noster, qui ideo à Deo patre est cōstitutus vt nos liberaret de inimicis. Vnde Isa. 19. Clamabūt ad dñm à facie tribulātis: & mittere eis saluatore & propugnatorē qui liberet eos. Et hoc recogitat ecclesia in introitu, dicens: Liberatore meus de gētibus iracūdis: & ab insurgētibus in me exaltabis me, à viro iniquo eripies me dñe. Secundo ponit capitaneus traditiones. Et sic Christus in epist. Leuit. 19. Ego dñs Deus vester. Et ponit decē traditiones. Primo. Non facietis furtū. Ratio secundū Aug. quia peccatū non dimittitur nisi ablatū restitatur: Contra hoc peccauit Achan, Ios. 7. quem dominus iussit lapidari. Secundo, Non mentiemini. Ratio, quia os quod mēditur necat animā. Sap. 1. Psal. 5. Perdes omnes qui loquūtur mendaciū. Tertio, nec decipiet vnusquisque proximū suū. Ratio, quia dicitur Mat. 19. Diliges proximū tuū sicut teipsum. Et idē 7. *Quæcunq; vultis vt faciant vobis homines & vos facite illis.* Quarto, Nō periurabis in nomine meo: nec pollues nomē dei tui. Ratio, quia nō est aliud nomē sub cœlo dātū hominibus in quo oport. nos sal. feri.

heri. A. & .4. Sēnacherib qui blasphemauit nomē dñi, dicēs: quōd non posset liberare filios Israel de manu sua, propter quōd occidit dñs vna nocte 185. millia: & post hoc proprij filij sui Sarasar & Adramelech occiderūt eū: vt habetur 2. Paral. 32. Quinto, Nō morabitur opus mercenarij tui apud te vsq; mane. Ratio, Matt. 10. Dignus est mercenarij mercede sua. Sexto, Non maledices furdo, nec corā ego pones offendiculū: sed time domiū Deum tuū. Septimo, Non iniuste iudicabis. Ratio, quia dicitur Luc. 6. Ea mensura qua mēsi fueritis, remetietur vobis. Octauo, Nō facies quod iniquum est: nec iniuste iudicabis, nec cōsideres personā pauperis, nec honores vultū potentis. Ratio Act. 10. Nō est personarū acceptio apud Deū. Nono, Non eris criminator nec susurro in populis. Ratio, Deut. 32. Mihi vindictā, & ego retribuā. Decimo, Non oderis fratrem tuum in corde tuo, nec quaras vltionē, nec memor eris iniuriā ciuiū tuorū. Ratio, Si nō remiseritis vnusquisq; fratri suo, non remittet vobis pater meus, &c. Mat. 18. Cōcludit: Ego dominus: leges meas custodite. Ergo in hoc cōcordat epistola cū euang. *Oues mea vocem meā audiunt.* &c. Aliud thema. Naturaliter mutatio non fit in instāti, sed per aliquod mediū. Spiritualliter, & sic nos translati sumus de morte ad vitā: sed per mediū, i. Christū. 1. ad Tim. 2. Mediator Dei & hominū homo Christus Iesus qui dedit redemptionē semetipsum pro omnibus. De quo introitus: Liberator meus, &c. Psal. 17. Hunc psalmum fecit Daud in gratiarum actione post obitum Saul, Absalonis & Sibz inimicorū suorū. Sed nunc exponitur de Christo. Diligam te domine, &c. Et liberator meus, &c. de inimicis. Sic nos originalem liberationē à peccatis ascribamus domino Deo. Ioan. 8. Si filius vos liberauerit, verē liberi eritis: Adhuc requiritur secūdam medium, s. obedientia mandatorū. Mat. 19. Si vis ad vitam ingredi serua mandata Dei. De quo epistola vt supra patuit. Et in euāgelio: *Oues mea vocem meam audiunt.* &c. Sed quia Iudzi noluerunt audire vocē eius: ergo nec crediderūt. Ad Rom. 10. Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Ex quo non crediderunt, tunc nō sunt oues Christi, sed diaboli: ergo dixit in themate: Vos non creditis, quia non estis de ouibus meis. In summa euāgelij tria innuuntur. Primo, Iudzorū fallax interrogatio, ibi: *Si tu es Christus.* Secundo, Christi efficax responsio, ibi: *Loquar vobis.* Tertio, Iudzorū pertinax obstinatio, ibi: *Sustulerunt*

lauerunt lapidos. De primo dicit, In illo tempore. *Facta sunt encaenia Hierosolymis,* i. festū & memoria dedicationis templi. Hier. Tres fuerūt dedicationes templi. Prima à Salomone in autumnō 10. die Septembris. Secunda à Zorobabel & Iesu sacerdote tempore veris in Martio, cum redierūt de captiuitate Babylonis. Tertia à Iuda Machabzō, qui tēplum prophanaū à gentibus mundauit in hyeme in mense Decembris. Et hæc dedicatio tēpore Christi celebrabatur, vnde hęc agitur. Ideo subdit: *Et hyems erat.* Greg. Hoc ideo exprimit vt innuat in cordib⁹ Iudzorū frigus malitiæ esse: per hoc etiā Iudzorū prauitas designatur. Et primo hyems est tempus nubilosum & nebulosum: sic Iudzi erāt tenebris erroris inuoluti. Psal. 81. Nescierūt neq; intellexerūt in tenebris ambulat. Matth. 5. Sinite eos, cæci sunt & duces cæcorum. Secūdo est tempus pluuiosum, & sic Iudzi loquacitate superflui & murmuratores. Act. 5. Semper spiritu sancto relictis. Tertio frigidū, & sic Iudzi in amore Dei. Ier. 6. Sicut cisterna facit frigidā aquā suā, sic frigidam facit malitiam suā. Quarto lutosum: & sic luto peccati sunt pleni. Matt. 23. Vt vobis scribæ & pharisæi, &c. qui pleni estis omni spurcicia. Quinto tardiosum. Et sic Iudzi fuerunt tardiosi in operādo opera bona. Matt. 23. Dicūt & non faciūt: alligāt onera grauiā & importabilia, & imponūt in humeros hominū: digito autē suo nolūt ea mouere. Vel ideo secūdam Theoph. vt in proximo designetur tēpus passionis. Itaq; in vere sequēti passus est dominus. Ideo versatur in tēplo. *Et ambulabat Iesus in porticu Salomonis.* Alchuin. Erat locus vbi Salomon stabat ad orādū. Sicut dicitur 3. Reg. 8. Et talis locus fuit reparatus post destructionē à Iuda Machabzō ad similitudinē prioris. *Circūdederunt eū Iudzi.* Glo. Nō ex amicitia sed odio, & non vt milites ad regem custodiendū: sed ad cōprimēdum. Psal. 39. Circūdederūt me mala quorum non est numerus. Non vt discipuli ad magistrū audiendum, sed ad decipiendum. Psal. Circūdederunt me sicut apes: & exarserunt sicut ignis in spinis, & in nomine domini, quia vltus sum in eos. Non vt infirmi ad medicum sequendū sed inuidēdum. Psal. 108. Sermonibus odij circūdederunt me, & expugnauerunt me gratis. Et Psal. 21. Circūdederunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me. *Dicentes, quousque animam nostram tollis, id est crucias? Si tu es Christus, dic nobis palam.* Non veritatem desiderabāt, sed deceptionem, ideo

ideo adulatoriè loquuntur: volentes per hoc ostēdere se desiderare scire veritatem de ipso, quasi dicerēt: Anima nostra est in suspenso desiderij, quandiu victos nos derelinquit. Quia spes quæ differtur affligit animam. Pro. 13. Ideo dicit Aug. Præmittit adulationē vt perueniat ad deceptionē. Et Chryf. In hoc ostēditur peruersitas Iudæorum: quia quando Christus eos erudiebat per verba, petebāt signa, dicētes Io. 2. Quod signū ostēdis nobis quia hæc facis? Cū autē faciebat signa petebāt verba, sicut quādo dixerūt: *Sit tu es Christus dic nobis palam.* Quem, s. patriarchæ tādiu expectauerunt, quem omnes prophete prædixerunt, angeli designauerūt, qui redempturus est Israel. Aug. Iudæi de Christo secūdum hominem sapiebant, sed diuinitatē minime intelligebant. Et hoc figurauit velamē Moyfi in facie sua, Exo. 34. Quando facies eius videbatur eis cornuta. Quāto minus poterant videre verū Deum carne velatū. ad Ro. 11. Cæcitas cōtigit ex parte in Israel. Chry. Opera eius non valebāt incusare, ideo cupiunt in verbis eum capere. Simulabāt se solo verbo suadere, qui tot operibus noluerunt credere. Ideo Alchuius: O perfidi Iudæi cū nihil loquitur in occulto, sed omnia in publico, cur dicitis: *Dic nobis palam.* Aug. Cogitabāt eum Iudæi decipere taliter, si respōdisset nō, habuissent propositū: si sic, vt accusarēt eum sibi vsurpare regnū, quia sciebant Christū de semine Dauid regali nasciturum. Si respōdisset dubiè, dixissent quod sit homo duplex, quia aliud habet in corde, & aliud profert ore. Dixi secūdo tāgitur verax respōsio, dicēs: *Loquor vobis & non creditis mihi.* Mirares. q. d. Cū sim sapiētia quæ ex ore altissimi prodij. Eccl. 24. Cū sim nuntius salutis à Deo patre missus. Tob. 10. Et sicut imber cadit de celo & fructificat terrā, Isa. 55. Ita deus pater misit verbū & nō reuertetur vacuū. Cur ergo nō creditis, cū eloquia mea super mel dulciora? Sed verba sine operibus non faciunt fidem: ergo videte opera quæ ego facio, &c. Videte testes quorū primus est Petrus, qui Matt. 16. dicit: Tu es Christus filius Dei viui. Discipuli in nauis stuctu. Mat. 14. Verè filius dei es: Martha Io. 11. Ego credidi quia tu es Christus filius dei viui qui in hūc mūdū venisti. Demō: Quid mihi & tibi Iesu fili Dei altiss. Mar. 3. Ceterio, Mar. 15. Verè hic homo filius Dei erat. Pater celestis. Luc. 3. Et Mar. 17. Hic est filius meus dilectus. Itē, *Loquor vobis & non creditis mihi*, quasi diceret: Ex hoc probatur falsitas vestra. Opera quæ

ego

ego facio in nomine patris mei hæc testimoniū perhibent de me. Christus enim habebat quædā opera humanitatis, vt siuire, esurire, lassus fieri: quædā diuinitatis, vt dare spiritum. Io. 2. 0. & dimittere peccata. Luc. 7. Et in finis solo verbo curare. Ista opera præbebant Christo testimoniū quod ipse erat verus homo & deus. Vnde patet per exemplum quod diuinitas ipsius cognoscebatur sicut arbor ex fructu cognoscitur. Matt. 7. Arta men & omnibus fructibus nō crediderūt, ideo inexcusabiles fuerunt. Ioan. 15. Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Tunc ostendit causam quare non crediderunt, dicens, *Vos non creditis quia non estis ex quibus meis*, i. non estis præordinati ad vitā æternā, sed præciniti ad æternū interitū, quasi diceret, Vos estis hædi fœdi lupis infernalibus expositi, qui in iudicio nō eritis ad dextrā, sed ad sinistrā audientes illud, *Ite maledicti, &c.* Sed dices, Per hoc videtur, quod saluator cogit eos desperare. Respondetur quod in turba illa aliqui erant qui non erant præordinati ad tunc credendū, sed in posterum. Vnde in Actibus apostolorum dicitur, quod crediderunt ex Iudæis vna die quinque millia. Aliqui autem qui non erant adhuc præordinati sed in posterum ad credendum. Non ergo repugnabat spiritus hoc dicere in turba cū non dixit vni specialiter, *Quis meam vocem meam audiuistis*, i. præceptis meis obediunt. Ps. 94. Si vocem eius audieritis, &c. Et ego cognosco eos, i. approbo eorum facta. 2. Tim. 2. Nouit dominus qui sunt eius, scilicet in vitam æternam prædestinati. Et sequuntur me, scilicet in via humilitatis & patientiæ. 1. Petr. 2. Christus passus est pro nobis, &c. vt sequamini vestigia eius. Et Iob 23. Vestigia eius secutus est pes meus, viā eius custodiui & non declinaui ex ea. Nota, prædestinatio secūdum sanctū Thomā par. 1. q. 23. est ratio ordinis aliquorum in salutem æternā in mente diuina existēs. Et prædestinatio certissimè & infallibiliter consequitur suū effectum. Nec tamen imponit necessitatē, quia non necessitas, sed liberum arbitrium operatur ad damnationem vel saluationem. Vnde Greg. & habetur in can. 23. q. 4. Obtrineri nequaquam possunt quæ prædestinata non fuerunt, sed ea quæ viti sancti orando impetrant, ita prædestinata sunt vt precibus obtrineantur. Nam ipsa quoque perennis regni destinatio ita est ab omnipotenti deo disposita, vt ad hoc electi ex labore perueniant, quatenus postulando mereantur accipere quod eis omnipotens deus ante

Quadrag. Thef.

E E

secula disposuit donare. Hæc Græc. Exemplū. Fuit quidā frater in monasterio qui habuit multas reuelationes, & quidam alter frater sciens petiuit eū, vt oraret deū quatenus dignaretur sibi reuelare an esset de numero saluandorum. Et dum ille precibus instaret, reuelatū est sibi & esset de numero damnandorum, & timens fratrem illum turbare per aliquot dies illi celauit. Post hoc illo volente scire inuitus dixit illi. Tunc ille hoc audiens & intelligens scripturas statim respondit, Benedictus dñs deus, nec tamen sic desperabo: sed pœnitentiā quam per ingressum religionis assumpsī duplicabo & triplicabo, donec inueniam gratiā ac misericordiam apud altissimū. Et post in breui reuelatū est eidem & iste frater esset de numero saluandorum. Ergo noli dicere: Siue ago bonū siue malū, veniā quō deus vult. Nā deus non est causa mali & damnationis tuæ. Boëtius, ego video facientē rotā, visus non est causa rotæ, &c. Subdit, *Et vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum.* Ecce bona pascua vitæ æternæ, vbi nulla herba arefcit, sed totum viret. *Et nemo rapit eas de manu mea,* i. de potestate mea per violentiā, hic trahendo ad culpā vel in futuro ad pœnā. Sap. 3. Iustorū animæ in manu dei sunt: & non tanget illos tormentum mortis. Et vt Aug. dicit, Ibi nec lupus rapit, nec fur tollit, nec latro interficit. *Pater meus quod dedit mihi maius est omnibus,* quasi diceret, Ego cōseruo eos in potestate patris, quia habeo eādem potestatiē cū eo & eandem essentiā, quia sum eius verbum, eius vnigenitus & candor lucis æternæ. *Et nemo potest rapere de manu patris mei,* s. cū sit infinitæ potentæ, ideo nihil potest ab eo auferri per violentiā. Hieron. Manus dei patris est filius. Ps. 114. Emitte manū tuā de alto, eripe me, &c. quæ per ipsum facta sunt omnia. Io. 1. Isa. 48. Manus mea creauit cœlos, & fundauit terrā. Ista manus est omniū bonorū largitiua. Ps. 147. Aperis tu manū tuam, &c. Item est omniū conseruatiua, Isa. 49. Sub vmbra manus suæ protexit me. Item est omnium in viam cœli directiua. Sap. 7. In manu illius nos, & sermones nostri, & omnis sapientia & operū scientiæ disciplina. Item est omniū saluatiua. Ps. 118. Fiat manus tua vt saluet me. Ge. 47. Salus nostra in manu tua est. Quia ego & pater sumus vnū Primo in natura, sicut dicitur Ioā. 5. Sicut pater habet vitā in semetipso, sic dedit & filio, &c. Secundo in potestate. Ioā. 5. Dedit ei potestatem iudicium facere: quia filius hominis est. Tertio in reuerentia & honore, ad

Phil

Phi. 2. Dedit illi nomē quod est super omne nomē. Et quod nullus potest rapere de manu patris per violentiā, quia fortissimus est, nec per ignorantia, quia sapiētissimus. Iob 9. Sapiens corde est & fortis robore. Sciendū in hoc & dicit, *Ego & pater vnū sumus,* excludit duos errores circa articulū sanctissimę trinitatis. Sabellius enim in deo posuit vnitatiē personæ sicut & essentiæ. Et hoc remouetur cū dicitur sumus. Si enim pater & filius essent vna persona, dixisset in singulari sum & non sumus. Arrius autē econuerso posuit pluralitatiē essentiarū sicut & personarū. Et hoc excluditur in eo & dicitur, Vnū. Si enim pater & filius haberēt diuersas essentiās nō diceretur vnū naturaliter sed plura. Igitur per ego & pater sumus, discretio & æqualitas personarū exprimitur, per vnū vnitatis diuinæ substantiæ intelligitur. In theologia enim per neutrum genus dicitur substantia diuina, per masculinū personæ: per fœmininū notio. Vnde Aug. Vtrūq; audi & vnū, & sumus, & dixit vnū, liberat te ab Arrio, & sumus, liberat te à Sabellio. Dixi tertio tangitur Iudæorum pertinax obstinatio, ibi: *Sustulerūt lapides Iudæi.* Quia dicit Aug. Iudæi erant duri vt lapides, cū profunda dei verba intelligere non possent lapidibus similes ad lapides currūt. Ps. 119. Dum loquebar illis impugnabant me gratis. *Respondit eis Iesus: Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, s. mortuos suscitaui, infirmos curauī, &c. propter quod opus me lapidatis,* quasi dicat, Nullus debet lapidari pro bono opere, sed pro malo. Nota sunt aliqui qui reddunt mala pro malis, & hoc est prohibitum ad Ro. 12. Non reddētes malū pro malo, quia deus hoc sibi retinuit, Deuter. 32. Mihi vindictā & ego retribuā. Alij sunt qui reddūt bona pro bonis. Et istud quoddam naturale debitū. Mat. 5. Si diligitis eos qui vos diligunt, quā mercedē habebitis? quasi dicat nullā. Alij sunt qui retribuunt bona pro malis. Et istud est pfectæ charitatis indicium. Talis erat Christus quæ à Iudæis recipiebat cōiuitia, & tñ nō cessauit eis dare beneficia. Et hoc docet nos Matt. 5. Benefacite his qui vos oderūt. Alij sunt qui retribuūt mala pro bonis. Et illud est valde iniquū. Tales erāt Iudæi qui à Christo recipiebāt multa beneficia, & tñ ei multa inferebant opprobria. Ps. 34. Retribuebant mihi mala pro bonis. Ideo Christus charitatiuē arguit eos, dicens, *Multa bona opera ostendi vobis, &c.* Et dicit, *Ex patre meo,* vt indicaret se super omnia gloriam patris querere. Ioan. 8. Gloriam meam non quero. *Responderunt*

EE 2

ei Iudai. De opere homo non lapidamus te. sed de blasphemia, quia cum homo te sit, facis te ipsum deum. Tunc respondit illis Iesus, Nonne scriptum est in lege vestra, Aug. hic lex recipitur pro toto veteri testamento. Ego dixi dii estis, quasi dicat Christus, Non habetis me lapidare si deum me vocauit, quia scriptura vestra puros homines deos vocat. Si ergo illos dixit deos ad quos sermo dei factus est. & non potest solui scriptura, i. dici quod contineat aliquid falsum. Quem pater sanctificauit, i. sanctum genuit, & misit in mundum, quasi diceret, Multo fortius deus potest ille vocari. Et quare vos dicitis quia blasphemias, quia dixi, Filius dei sum, quasi diceret, Irrationabiliter hoc facitis, quia scriptura hoc dicit. Sicut Ier. 23. Ecce dies veniunt dicit dominus, & suscitabo David germen iustum. Et sequitur, Et hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster. Et ubi nos habemus dominus ibi ponitur nomen domini, Tetragrammaton in Hebræo, quod nulli alieui attribuitur nisi soli deo. Itē nota, blasphemia est aliquod falsum dicere de deo, & quia Christus tantum homo videbatur eis, ideo dicunt eum blasphemare, quia dixit se & deum unum esse, & pena blasphemantiū erat lapidatio in veteri testamento. Sciendū quod deus dicitur tribus modis, s. natura. Et hoc modo Christus erat deus adoptione & gratia. Et hoc modo sancti viri dicuntur dii, & falsa opinione & nuncupatione. Et hoc modo idola & demones dii appellantur. Sancti ergo viri dicuntur dii non per naturam sed per gratiā. Aug. Talis est vnusquisq; qualis est dilectio sua, si deum diligis deus es: si terrā diligis terra es. Diligamus ergo deum vt dii appellemur, contemnamus terrena ne terra vocemur. Sed posset aliquis dicere, volo vtrunque facere & deum diligere, & sic ero deus, & terrā amare, & sic ero terra. Sed hoc fieri non potest, quia dicitur Matt. 6. Nemo potest duobus dominis seruire, s. deo & mundo. Et istud potest ostendi per tria exēpla, s. vasis, manus, & oculorum. Aug. in libro quinque homiliarum hoc ostendit exemplo vasis, quia si vas aliquod debet impleri melle, & est plenum aceto, oportet quod acetū effundatur, & sic mel infundatur. Vnde dicitur, Est amor vtilis, & est amor noxius. Amor amore impeditur, amor noxius recedat, & amor vtilis succedat, si pleni sunt homines amore huius seculi effundant illum vt capiant amorem dei. vis vt intret vinum, oportet vt acetum non infundas. Secundo hoc ostendit Aug. super Io. exemplo manus, dicens, Amorem hominis sic putare debes quasi ma-

num

num animæ. Si aliquid tenet, verè aliud non potest tenere, quod datur teneat, dimittat quod tenetur. Qui autem amat seculum dicit illi deus, deum amare non potes, occuparam habes manum, dicit illi deus, Tene quod do. si non vult dimittere quod tenebat, non potest accipere quod offertur. Tertio hoc ostendit Cyprianus in tractatu de duodecim abusionibus seculi exemplo oculorum, dicens: Amor mundi & amor dei pariter in vno corde habitare nō possunt. Quem admodum oculi cœlum & terram nunquā pariter aspiciunt. Dicit autem Aristor. in libro de Animalibus, quod aues claudunt oculos cū palpebra inferiori. Animalia verò gressibilia cū palpebra superiori. Per aues intelliguntur viri spirituales qui ad inferiora & terrena oculos claudunt & celestibus intendunt. Per animalia intelliguntur viri humani & mundani qui habent oculos clausos ad cœlestia, & apertos ad terrena. Tunc subdit probans hoc ex operibus quod probat ex scripturis, dicens, Si non facia opera patris mei nolite credere mihi. Si autem facio, & si mihi non vultis credere: operibus credite. vt cognoscatis & credatis quia pater in me est & ego in patre, quasi diceret, Ex operibus cognoscite me esse verum deum, & me in patre, & patrem in me: quod oculis vestris videre non potestis. Querebant ergo eum apprehendere, & exiuit de manibus eorum, scilicet virtute diuina transiens per illos.

DE EODEM, ENARRATIO LXXI.

Oues meæ vocem meam audiunt. Ioan. 10.

Sciendum in hoc euāgelio dñs noster Iesus Christus qui est pastor verus ponit hic duas differentias ouium. Sunt enim quedā oves quæ non sunt suæ, sed sunt oues diaboli. De quibus dixit, Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Aliæ sunt oues suæ, de quibus subdit, Oues meæ vocem meam audiunt. Primæ oues, s. oues diaboli faciunt duos greges. Primus grex est in hoc mundo. Oves enim diaboli qui sunt in hoc mūdo sunt hypocritæ. De quibus dicitur Mat. 7. Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimētis ouium, &c. Dicit tamē Chry. super Mat. quod lupus si tegatur pelle ouina, potest tñ cognosci quod sit lupus per tria. Primo per actū, quia lupus dentibus mordet, ouis autē non habet dentes cū quibus mordeat. Secundo per vlulatum, quia lupus versus cœlū vlulat, ouis autē versus terram semper balat. Tertio per cibū, quia lupus carnibus delectatur, ouis verò herbis pascitur. Eodē etiā modo hypocritæ cognoscuntur.

E E 3

Primo videlicet per actū, quia serui dei non mordent, i. non detrahūt nec de aliquo obloquūtur: hypocritæ autē mordēt & detrahūt. De quibus dicitur Gal. 5. Si inuicē mordetis & comeditis, videtē ne ab inuicē consummāmini. Ex hoc habetur q̄ quidā mordent, quidam comedunt, quidam consumunt. Ille vero mordet qui partē accipit & partē relinquit: sic detractor sæpe in partē laudat & in partē vituperat. Ille verō qui comedit cibū masticat & sibi incorporat. Sic etiā multi cōtra aliorū vitia murmurāt, & tunc eadē faciēdo sibi incorporāt. Ille autē qui cōsumit nec de pelle, nec de carne, nec de ossē aliquid dimittit. Sic & multi sunt qui cōdēnant vitā, vituperāt famā, & iudicāt cōscientiā. Secūdo cognoscuntur per vocē. Serui dei balant versus terrā, & seipos recognoscūt esse terrā, & multos defectus habere. Hypocritæ verō versus cœlū vlulāt: quia cōtra homines cœlestes sæpe loquuntur & ipsos infamāt. Ps. 72. Posuerunt in cœlū os suū, id est in cœlestes. Iterū: Iniquitatē in excelsō, id est cōtra viros in excelsō, locuti sunt. Tertio cognoscūtur per cibū, quia oues, id est boni homines vescuntur herbis virētibz, id est cœlestibus amoenitatibus. Ezech. 34. Requiescunt in herbis virētibz. Mali autē pascūtur carnibus, id est carnalibus voluptatibus. Ro. 8. Qui em̄ secundū carnem sunt, quæ carnis sunt sapiūt. Qui verō secundū spiritū, quæ sunt spiritus sentiunt. Secūdus grex ouīū diaboli est in inferno, quia dicitur in Ps. 48. Sicut oues in inferno positi sunt. Quod quidē verbū quatuor modis exponitur. Primo sic, quando oues simul sunt, cōsueuerunt stare cōpressæ, & vna super aliā iacere. Sic etiā dānati adinuicē in inferno sic erunt cōpressi, q̄ vnus super aliū iacebit. Istud innuitur Matth. 13. vbi dicitur: Colligite primū zinzania, & alligate ea in fasciculos ad cōburendum. Sicut enim ligna in fasciculis sunt cōpressā: sic dānati adinuicē premuntur. Notabile em̄ est: quod oues in magno calore stāt cōpressæ, in magno autē frigore stant separatæ, quia damnati stant in igne cōpressi vt adinuicē sic magis cōburantur. Quādo verō sunt in frigore stāt separati, vt quilibet per se fremat & dentibus strideat. Secūdo intelligitur sic: Greges cōsueuerūt ab inuicē separari: sic in inferno erunt diuersi greges, id est diuersi dānatorū ordines. Nam ibi erit grex superborū, & grex auarorū, & grex luxuriosorū. Hoc innuitur Zacha. 12. Plangent terra scilicet infernalis familia, & familia seorsum: quia per se plangent familia

familia superborū: per se plangent familia auarorum: per se plangent familia luxuriosorū. Tertio modo intelligitur sic: Contingit pastor oues tondere, & lanā ab eis auferre & sic attonfas ad pascua eas trāsmittere. Sic etiā oues diaboli dimittunt hic lanā, i. res tēporales, & attonsa ad pascua infernalīa diriguntur de bonis suis nihil inde secū porantes. Iob 27. Diues cūm dormierit nihil secū auferet. Quarto modo potest sic intelligi. Consueuerunt oues tanquam de vno prato ire ad pascendum ad aliud pratū. Sic in inferno sunt duo prata, vnū est pratū caloris: aliud pratū frigoris. Postquā igitur oues diaboli fuerint adusta trāsbūt ad pratū frigoris. Postquā in prato frigoris fuerint cōgelatæ trāsbūt ad pratū caloris. Iob 28. Ad calorē nimium transtiet ab aquis niuiū. Secūda sunt oues Dei, & illæ cognoscuntur per quatuor signa. Primo per opera bona quæ faciūt. Istud signum dominus ponit etiam de se qui est pastor: cūm dicit Ioa. 5. Opera quæ facio perhibent testimoniū de me. Eodē modo fideles in suis operibus cognoscuntur. Notandū quod sunt quādā opera quæ hominem sanctū ostendunt, sed non faciunt: sicut sunt opera miraculorū, quæ etiā aliquādo mali virtute fidei faciūt. Illi dicēt in iudicio Mat. 7. Domine domine, nōnne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo multas virtutes fecimus? &c. Alia sunt opera quæ faciūt sanctū sed non ostendunt. Sicut simplicitas & humilitas sanctorū virorū, & cætera virtutes eorū quæ faciūt hominē sanctū corā Deo, sed sæpe reddūt eū despectabilem corā mundo. De quibus dicit Io. 12. Deridetur iusti simplicitas, lāpas contēpta apud cogitationes diuitū. Vbi dicit Greg. quod sancti viri lampas sunt: quia in tenebris lucent, interius sunt contēpta quæ exterius non lucent: lampas sunt quia interius virtutibus splendent: sed contēpta quæ exterius irrisionibus patent, alia opera sunt quæ hominē sanctū faciūt & ostendūt: sicut opera pietatis, quæ quidē hominē faciunt sanctū & peccata omnia dimittunt. Ecclesi. 3. Ignem ardentem extinguit aqua: & elemosyna resistit peccatis. Hominem etiā coram hominibus ostendunt sanctum. Eccl. 31. Elemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum. Secundum signum q̄ aliqui sunt oues Christi est quando vocē eius audiunt. Vnde subditur: Oues meæ vocem meam audiunt. Quatuor em̄ sunt voces quas ille pastor dat ouibus suis. Prima est exterior

exterior exhortatio. De qua dicitur Proverb. 1. Sapiētia foris predicat, in plateis dat vocē suā. Secunda est interior inspiratio. De qua dicitur in Ps. 84. Audiā quid loquatur in me dominus Deus. Iob 32. Inspiratio omnipotentis dat intelligentiā. Tertia est beneficiorum largitio. Isa. 1. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Quarta est carnalis flagellatio: per quā homines saepe ad Deū currūt, Ps. 15. Multiplicatae sunt infirmitates eorū: postea accelerauerūt. Sed quoniā multi sunt qui istas voces non audiūt, ideo dominus cōqueritur Proverb. 1. Vocavi, s. per exteriorē exhortationē, & renuistis. Extendi manū meam, s. multa beneficia largiēdo, & nō fuit qui aspiceret: despexitis omnē consiliū meū quo vobis bona proposita inspirabā, & increpationes meas neglexistis per quas vos aliquādo arguebam & flagellabam. Ideo subditur magna cōminatio: Ego autē in interitu vestro ridebo. Tertiū signū quōd aliqui sunt oves Christi est, quādo ipse Christus qui est pastor eas cognoscit. Vnde sequitur: *Ego cognosco eas.* Cognoscit autē fideles suos per imaginē quā eis impressit. Iuxta illud Ps. Signatū est super nos lumen vultus tui domine. Per arma virtutū quibus eos armavit ad Rom. 13. Induamur arma lucis. Per signa bonorū operū quibus eos decoravit. Cantic. 8. Pone me domine vt signaculū super brachium tuū, &c. Per doctrinam charitatis qua eos instruxit. Io. 13. In hoc cognoscent omnes q̄ mei estis discipuli si dilectionem habueritis ad inuicem. Quia verō reprobī ista non habēt: ideo à Christo in iudicio non cognoscentur, sed dicit eis Matth. 25. Amen dico vobis nescio vos. Quod verbū exponēs Chrysof. dicit: Pater cognoscit filios suos per imaginē & similitudinē suā. Rex cognoscit milites suos per vexilla & arma sua. Pastor cognoscit oves suas per signa: magister cognoscit discipulos suos per doctrinā suā. Ego autē non cognosco vos tanquā pater filios suos, quia imaginē meā non habetis. Nec tanquā rex milites suos: quia arma mea & vexilla non portatis. Nec tanquā pastor oves meas: quia mea signa abiecitis. Nec tanquā magister discipulos meos, quia meā doctrinam non seruastis. Quartum signum quōd sunt oves Christi est: quando ipsum verum pastorem sequuntur. Vnde subditur: *Et sequuntur me meae.* Mali autem nolunt Christum sequi, sed eum fugiunt & ab eo se auerunt. Vnde dominus de talibus conqueritur Matthæi 23. dicens: Quoties

volui

volui cōgregare filios tuos quemadmodum gallina cōgregat pullos suos sub alis & noluisti? Exēplū legitur de proprietatis auiū quōd gallina simul & semel fouet ova propria & ova anerarum & ova pauonum. Cum autē pulli creuerint: veri pulli matrem sequuntur. Anetē verō in aquā se mergunt, pauones de sua pulchritudine gloriātes matrē relinquūt. Sic & Deus tanquā pastor & bona gallina cōgregat bonos & malos in vna fide: & fouet eos per multa beneficia quæ eis cōfert. Sed tandē quidā eorū sequuntur ipsum per imitationē bonorū operū: sicut humiles & māfueti. Alij verō ipsum deserūt, & in aquis deliciarū se mergūt: sicut sunt volupruosi. Alij de suis diuitiis & honoribus gloriātes Christi deserunt: sicut sunt superbi & avari. Sed qui vere sunt oves Christi & pulli ipsum sequuntur. Et ideo dixit: *sequuntur me, &c.*

ENARRATIONVM FERIA V. REQVIRE
IN DIE MARIAE MAGDALENÆ QUAE
EST POSTILLARIS.

DE EODEM, ENARRATIO LXXII.

Remittuntur tibi peccata multa. Luca 7.

NOta quōd sunt quatuor genera hominū quibus peccata dimittuntur. Primo dimittuntur corde cōtritis, secūdo ore cōfessis, tertio in penitētia satisfaciētibus, quarto Deū veraciter diligentibus. Primo dimittuntur corde cōtritis & contribulatis. Tob. 3. In tēpore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te. Bern. dicit: Sic Deus pius est, & iustus. Sicut enim apis habet mellis dulcedinē & aculei punctiōnē: sic Deus habet pietatis dulcedinē ad penitētes, & aculei cōpunctiōnē ad peccātes. Secūdo dimittuntur peccata ore cōfessis. I. Io. 1. Si cōfiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est, vt remittat nobis peccata nostra: imō priusquā cōfiteantur, posito quōd quis habeat iam propositū cōfiteīdi, secūdu quod dicitur in Ps. 31. Dixi cōfitebor aduersum me iniustitiam meā domino: & tu remisisti impietātē peccati mei. Aug. dicit quōd verēcūdia est magna pœna. Ideo qui erubescit pro Christo fit dignus misericordia. Vnde quāto plus quis confitetur sub spe veniæ turpitudinem criminis: tantō facilius consequitur gratiam remissionis. Tertio remittuntur per opera penitentiæ satisfaciētibus. 1. Para. 4. Si peccauerint tibi, neque enim est homo qui non peccet:

EE 5

& iratus fueris eis, &c. Et sequitur: Et cōuersi in corde suo in terram ad quam captiui ducti fuerant egerint pœnitentiam, & deprecari te fuerint, dicētes: Peccauimus, iniuste egimus & iniquitatē fecimus, &c. Et postea, vt exaudiās de celo, hoc est de firmo habitaculo tuo preces eorū, & facias iudiciū, & dimittas populo peccata eius. De hac pœnitētia dicit Isido. Pœnitētia est medicamentū vulneris, spes salutis per quā peccatores saluantur, per quam dominus ad misericordiā prouocatur, quæ non pensatur in tēpore prosperitatis & lætitiæ, sed luctus & in lachrymarū profunditate. Quarto peccata dimittuntur Deū veraciter diligētibus. Luc. 7. Dimittuntur ei peccata multa, quoniā dilexit multū, quod dicitur de Maria Magdalena. Intellige ardor charitatis rubiginē in ea peccati cōsumpsit. A simili dico, quod si quis veraciter est in dilectione & charitate circa Deū, vt Maria Magdalena: certū est q̄ tūc pater cœlestis omnia peccata eius sic (cū diligētis diuina pietate quæ & ipsa charitas est, quæ & ante mundi cōstitutionem elegit nos) tegit & delet. Bern. Prædestinatos ego aduertit & vidi: q̄ mira Dei dispensatio in exordiis suis quosdā deserens scaturientibus vitis cadere per abrupta permittit. Plerunq̄ tamen eos tandē oculo misericordiæ respiciēs ad sequendū se sancti amoris sic igne succendit, vt ex nimia charitate purgentur eorum peccata, & operiātur sicut nunquā peccassent: & si quid deliquisse videntur in tēpore non apparet in æternitate. Quia charitas patris eorū operit multitudinē peccatorū. Operit in quā ne Deus videat ad puniendū, homo ad erubescendū, & diabolus ad accusandū. Itē nota alia quatuor per quæ peccata dimittuntur, videlicet per verā ad Deū cōuersionē, per iniuriarū dimissionē, per deuorā supplicationē, & per sanguinis Christi effusionē. Primo dimittuntur peccata per verā ad Deū cōuersionē. Hinc est quod dominus dixit Paulo, Act. 26. Mittā te aperire oculos eorū, vt cōuertātur à tenebris ad lucem: & accipient remissionē peccatorū. Bern. O quanta & qualis est misericordia domini dilecti mei Iesu Christi, qui nō minus cōuersum peccatorem diligit, quā eū qui nunquam peccati maculam cōtraxit. Secūdo dimittuntur peccata per iniuriarū dimissionē. Matt. 6. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis pater meus cœlestis peccata vestra. Et hoc est qd̄ quotidie petimus, dicētes: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, veniam,

veniam, s. petētibus. Propter quod dicit dominus Luc. 6. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos. De hac dilectione dicit Greg. Dilectio inimici tūc verē custoditur cū nō de p̄speritate eius affigimur, nec de eius ruina lætamur. Et qui hęc charitatē habet, nō solū meretur peccati remissionē: verū etiā quod amplius est, Deus manet in eo & ipse in Deo. Vnde Ber. Deus charitas est, & quid preciosius: & qui manet in charitate iā Deo manet, & quid fecurius: & Deus in eo, quid iucūdius: Terribō dimittuntur peccata per deuorā orationē. Eccl. 21. Fili peccasti: non adiciās iterū, sed de præteritis precare vt tibi dimittātur. Sic deuotē & humiliter remissionē peccatorū petebat Manaffes qui dicebat 2. Paral. vlt. Flecto genua cordis mei deprecās à te bonitatē dñe, peccauī & iniquitatē meā cognosce: remitte mihi. Et ideo dicit Ber. O quā breue & salubre verbū Peccauī. Nam tres syllabæ portas aperiūt paradisi. Dauid enim dicēti ad Nathan, 2. Reg. 12. Peccauī, statim propter hoc quī à domino vt ultionē indiceret missus erat, intulit, Dominus transtulit peccatū tuum. Et ideo non solū dimittuntur peccatū per orationes, sed etiā per deuotas sanctorū intercessionēs, quod figuratur Num. 14. quando dicit Moyfes ad dominum: Dimitte domine deprecor peccata populi huius secūdam magnitudinē misericordiæ tuæ. Dixitq; dominus ad Moysem: Dimisi eis secundum verbū tuū. Leuit. 22. Orabit pro eis sacerdos & dimittet eis. Sed cor pro alio deprecāris debet esse deuotū. Ber. Nō deprecāris os De⁹ inspicit, sed orātis cor attendit. Quarto dimittuntur peccata p̄ sanguinis Christi effusionē. Mat. 26. Hic est sanguis me⁹ noui testamētī qui p̄ multis effundetur in remissionē peccatorum: Ephe. 10. Apost. de Christo inquit: In quo habem⁹ remissionē peccatorū in sanguine ipsius. Vnde Gre. Oblatio absoluit viuos à peccatis. Est em̄ cautela & custodia tutorū & mitigatio tētationū. De his duobus dicit Ber. Sacramētū domini corporis duo operatur in nobis, vt sensum nostrum & animū à noxiis muniat, & in grauiorib⁹ peccatis cōsensum malum omnino tollat. Est etiam ad repressionē demonum. Chry. Hic sanguis abigit dæmones & à longe ire facit, &c.

FERIA VI. ENARRATIO LXXIII.

Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo. Ioan. 11.

Vbi aliquis rector ciuitatis audit aliquod negotiū graue & periculosum, cōuocat cōciliū & proponit negotiū & audit

audit cōsiliatores. Et tūc illa sentētia approbatur in quā plures consentiūt. Spiritualiter. Sic pōtīfices & pharisæi fecerūt. Audierūt em̄ de resuscitatione Lazari & quomodo oēs in Christū credere videbātur, vnde timuerūt eis euenire periculū, quod tamē omnibus fuisset in salutē: & collegerunt conciliū. De quo spiritus, dixerat per Pl. 30. Accipere animam meā conciliari sunt. Vnde figuratur hoc conciliū 2. Reg. 17. Absalon iniuit cōsiliū quomodo patrē expelleret & interficeret, quod cōsiliū dederat Achitofel: vnde idcirco se suspēdit. Spiritualiter. Absalō, i. cōmunitas pharisæorum iniuit cōsiliū super patrē, i. Christū qui est pater noster secūdm̄ diuinitatē. Sed Achitofel, i. Caiphas dedit cōsiliū Iudæis vt interficerēt Christū. Psal. 105. Ip̄i exacerbauerūt eum in cōsilio suo. Et Psal. 21. Cōsiliū malignantium obsedit me, s. *Expedi vobis vt vnus moriatur homo pro populo.* &c. Aliud thema. Philosoph. in lib. Meteoror. dicit: Aurū in fundo cyphi potū reddit dulciore. Ratio, quia aurum in se est dulcissimā qualitatis. probāt hoc aquæ quarū fundus est aureus. quia tales dulciores sunt. Spiritualiter. Sic aurū passionis Christi dū in cypho cordis recōditur, facit dulcescere aquas tribulationis. Bern. Nil dulcius in tribulatione quā meditari Christi passioē. Figuratur Exo. 25. vbi aquæ Marath dulcoratæ sunt per lignū. Et sic per lignū crucis & per misericordiā in cruce acquisitā omnes nostræ tribulationes dulcorantur. Vnde in introitu missæ dicit: Misere mei domine quoniā tribulor. libera me & eripe me de manibus inimicorū meorū: & à persecutibus me. non cōfundar, quoniā inuocaui te. Vnde Psal. In te domine speraui, non confundar, &c. In collecta: Cordibus nostris quesumus domine gratiā tuā benignus infunde: vt peccata nostra castigatione voluntaria cōhibentes tēporaliter potius mace remur, quā suppliciiis deputemur æternis. Nam omnes carentes auro passionis cōfundentur in æterna egestate. Vnde in epist. Ier. 17. dixit Ierem. Domine Deus omnes qui te derelinquunt confundentur: recedentes à te in terra scribentur, q. d. Et non in cœlo. Item aurū cōfortat cor infirmorū, & sic Christus. Ideo subdit in lectiōe: Sana me domine & sanabor: saluū me fac & saluus ero. Richard. Nulla salus corporis & animæ nisi in felicissima Christi passioē. De quo thema. *Expedi vobis vt vnus moriatur, &c.* In summa euang. tria innuuntur. Primò, saturitas inanis hominis cōsiliij, ibi: *Colle-*

gerunt,

gerunt, &c. Secundò, vtilitas mortis Christi, ibi: *Expedi vobis vt vnus, &c.* Vel sic, In sum. euang. tria innuuntur. Primò, ponitur cōcilij cōgregatio, ibi: *Collegerunt.* Secundò, vnus de consiliariis prælocutio, ibi: *Vnus autem ex ipsis, &c.* Tertiò, ipsius sententiæ ab omnibus cōfirmatio, ibi: *Ab illo ergo die, &c.* De primo dicitur in illo tēpore, s. post resuscitationē Lazari: cū aliqui de ipsis Iudæis credebāt in Iesum: tūc pōtīfices & pharisæi moti sunt ex inuidia & ira ad tractādū de morte Christi. Igitur tūc collegerūt cōciliū. Nota illud cōciliū fuit improuidē cōgregatū ex tribus: quia, s. cū festinatione & ira & inuidia & insipiētia. Nam dicit Socrates: Cōsiliū debet fieri cum deliberatione, & maturitate. Vnde poëta:

Quicquid agis prudenter agas, & respice finem.

Ip̄i autem statim post resuscitationem Lazari non considerantes quid magis expediret, inierūt cōsiliū. Pro. 19. Qui festinus est, pedibus offendet. Et sic ip̄i. Socr. Velox cōsiliū sequitur pœnitētia. Varro philosoph. Imperitiæ signū est cito fieri quod difficillimū est. Vnde legitur de Augusto Cæsare dixisse: Festinatio & temeritas malè conueniunt duci. Satis celeriter fit, quicquid bene fit. Secundò, cū ira: quia audierūt quòd populus iret post illū. Vnde Boët. Omnis enim subita mutatio rerū nō sine cōsiliū cōtingit animorū. De concilio tali dicitur Gen. 43. Simeon & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia, in concilium eorū non veniet anima mea. Hic. De Simeone pharisæi, de Leui pōtīfices orti sunt. O quā periculosum fuit conciliū cū feruore & ira celebratum. Greg. Ira si semel mentē possederit: putat iuste fieri quod crudeliter fit. Idem Gene. 4. Iratus Cain vehementer cōtra Abel interfecit eū. Nota historiā. Chry. Nō potest pacificè loqui qui habet cor turbatū, nec seipsum cognoscere potest, quod patet in aqua turbida. Cato:

Ira impedit animum, ne possit cernere verum.

Tertiò, cū insipiētia, quia sapiēs attēdit principiū, mediū, & finē: vt, s. sapiēter incipiat & cōstanter profecuat, & vtiliter finiat. Inceperūt pharisæi cū fatuitate mādantes q̄ Christus caperetur. Vnde dicitur paulò infra: Dederant autē pōtīfices mandatū, vt si quis cognouerit vbi sit, indicet: vt apprehendant eū. Persecuti sunt eū cū crudelitate, quia sententiā firmauerūt, & querētes conciliū apertè de morte eius tractauerūt. Vnde dicit: Ab illo ergo die cogitauerūt interficere eum. Finierunt autē cum sua destructione: quid illud quod

quod timebāt, s. ne perderēt locū & gentē, eis inuenit: quia quod timet impius super eū enenit: vt dicitur Iob 3. ca. Tūc ponitur negotiū super quo debet haberi diligēs inquisitio, cūm dicit: *Quid facimus, i. cur cūctamur, cur nobis nō pro- uideamus, quia hic homo multa signa facit. Cui Iudæi credere debuissent plus quām Moyſi, qui nō tot signa fecit sed pauciora: vt patet Exo. 4. Et plus quām Ioāni, ad quē miserunt sacerdotes & leuitas vt interrogarēt eum an esset ipse Christus. Io. 1. Sed tamen ipsi indurati dixerunt: Si dimittimus eum sic, s. viuētē & signa talia facientē: Omnes credent in eū. & uenient Romani, & tollent nostrum locum & gentem.* Romani enim & multi alij principes gentiū in magna reuerentia Dei tēplum habebāt. Vnde etiā Alexāder cūm Hierosolymā festinaret, & Iudæi impetū eius timerēt, pōtifex indutis pontificalibus, & in capite suo habens cidarim in qua scriptū erat nomen Dei tetragrāmaton, i. quatuor literarū quod dicitur Ieuē, obuiā sibi processit. Statimq; Alexāder de equo descēdēs nomē Dei adorauit, & pontificē ueneratus fuit. Et cūm super hoc à suis militibus argueretur, respōdit: Nō istū sed Deū in ipso adorauit: Deus em̄ cœli in isto habitu mihi apparuit: & principatū mihi promissit Persarū. Romani igitur & principes gentiū in magna reuerētia habebāt templum. Christus autē p̄dicabat cōtra Iudaica, & ceremonialia ista esse delēda. Et sic cogitauerūt Iudæi: Si Romani ista audierint, tēplum cōtemnēt, opes tēpli auferēt, & nos & nostrum locū tollent. Vel aliter secundū Aug. Iudæi intendebāt Romanis rebellare, & tributa eis non soluere: Christus autem p̄dicabat nō esse alicui resistendū, dicēs Mat. 5. Ego autem dico uobis non resistere malo, sed si quis te percusserit in vnā maxillā, præbe ei & alterā, &c. Ideo timebāt ne ueniētibus cōtra se Romanis, nullus remaneret, qui ciuitatē vel templum defenderet: vel aliter secundū Chry. Romani ordinauerūt vt nullus rex cōstitueretur & rex deberet nominari, nisi ipsi mādarent: multa autē turba Christū sequebatur quæ etiā regem & Christū ipsum cōfitebatur. Et ideo timerunt q̄ si Romani audirēt q̄ turba eū sequebatur & crederent, q̄ uellent eis rebellare: & si audirent q̄ eum regem confiterentur, crederent quod uellent ipsum regē facere, & sic uenirent vt locū & gentē tollerent. Ista autē sicut dicit Chry. pharisei quantū ad ueritatē non credebant, cūm turba quæ Christum sequebatur non essent milites armati nec

armig

armigeri, sed inermes, sed tantū vt populum excitarent contra Christum. Dixi secūdo ponitur vnus cōsiliarij p̄locutio malitiosa, cūm dicitur: vnus autē ex eis Caiphās nomine, cūm esset pōtifex anni illius. Sed diceres, quare dicitur anni illius, cūm tamen dominus cōstituit vnū summum sacerdotē, quo mortuo alter succederet: Respon. secundum Aug. Per ambitiones & cōtentiones constituerūt per se plures esse, & per singulos annos suis vicibus ministrare. *Expedit Theophil. praua locutus est intentione, sed Spiritus sancti gratia vsa est eius ore ad futurū p̄sagium.* Greg. super Ezech. Quibusdam datur spiritus sanctus in corde tantū vt contemplatiuis. 1. Cor. 12. Audiui arcana uerba quæ non licet hominibus loqui. Quibusdam in ore tantū vt actiue Balaan, Num. 22. Et Caiphæ. Et sic dantur quibusdam bona uerba ad deuotionē aliorū. Quibusdam uero corde & ore: vt Isa. & Ier. & alijs prophetis. *Vos nescitis qui: quæ neque cogitatis: quia expedit uobis vt vnus moriatur homo pro populo, vt non tota gens pereat.* In hoc enim uerbo aliam intentionem habuit Caiphās, & aliam spiritus sanctus. Intendebat autem Caiphās quod expediret quod Christus occideretur priusquam ipsi à Romanis captiuarentur. Spiritus autem sanctus qui per os suum prophetauit, intellexit, quod Christus pro humano genere moreretur. Vbi dicit Aug. Hic etiam docemur homines malos spiritu prophetiæ futura p̄dicere, quod tamen Euāgelista diuino tribuit sacramēto, i. uirtuti ipsius sacramēti, s. summi sacerdotij: cūm, s. ipse Caiphās pōtifex erat. Quāuis autem prophetauit, ipse tamen propheta nōn fuit. Nam sicut dicit August. super Genes. ad literam: tria sunt quæ faciunt aliquem perfectum prophetam. Vnum est quod ipse aliquas uisiones habeat. Secundum quod ipse istas uisiones & reuelationes intelligat. Tertium est quod etiam ipsas uisiones alijs manifestare sciat. Primum habuit Nabuchodonosor, quia statuam uidit: duo uero sequentia non habuit, quia nec significationem intellexit nec uisionem Danieli narrare sciuit, & ideo propheta non fuit. Duo autem ex his habuit Pharaon: habuit enim uisionem, quādo septem boues pingues & septem macilentos uidit, & ipsam etiam uisionē Ioseph narrare sciuit: sed non habuit secundū, quia eius significationē nō intellexit, ideo propheta nō fuit: vnum autē ex his habuit Caiphās. Ipse enim de morte Christi nullam reuelationem habuit: ipse enim intellectum quem

quem habuit spiritus sanctus non intellexit: habuit tamen unum quia mortem Christi necessariam fore denuntiavit, & ideo similiter propheta non fuit. Sed spiritus sanctus qui os asinae aperuit, per istum etiam modum istam prophetiam praedixit, quod Iesus erat moriturus, quando dixit: *Expedi vobis ut vnus moriatur homo pro populo, &c.* Dixi tertio ponitur ipsius sententiae ab omnibus confirmatio & approbatio, cum dicitur: *Ab illo ergo die cogitauerunt interficere eum.* Prius quidem ipsum interficere cogitauerunt, sed modo definitiuam sententiam protulerunt. Ista autem sententia fuit iniusta & iniusta ex animo, ex causa, ex ordine. Tunc sententia est iniusta ex animo, quando ex ira vel inuidia profertur. Tunc est iniusta ex causa, quando sufficientes causa non suffragatur. Tunc est iniusta ex ordine, quando ordo iuris committitur. Sententia igitur quam principes & pharisaei super mortem Christi protulerunt fuit iniusta ex animo, quia ex inuidia ipsum tradiderunt. Vnde dicitur Mat. 27. Sciebat enim, scilicet Pilatus, quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Secundum fuit iniusta ex causa, quia nulla causa suberat mortis suae. Vnde dicitur Luc. 23. Nihil inuenio causae in hoc homine. Et infra: Ecce ego coram vobis interrogans nullam causam inuenio in homine isto ex his in quibus eum accusatis, sed neque Herodes. Vnde dicitur Iob 36. Causa tua quasi impij iudicata est: causam iudiciumque recipies. Et illud potest esse verbum patris ad filium, quia eius causa impietate iudicata fuit. Ipse enim causam & iudicium a Deo patre accepit. Io. 5. Neque enim pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Tertio fuit iniusta ex ordine, quia non fuit seruatus debitus ordo iuris, quia ipsum condemnauerunt, nec sponte confessum, nec rebus conuictum. Vnde dicitur Mat. 24. Multi enim testimonia falsum dicebant aduersus eum. Et conuenientia testimonia non erant. Quia igitur ista sententia qua iudicatus est Christus sic, fuit iniusta ex animo, ex causa, ex ordine: ergo ipse iustus iudex contra eos proferet sententiam iustam cum dicit Mat. 25. Discedite a me maledicti, &c. Illa enim sententia erit iusta ex animo, quia non ex ira per vitium, sed ex ira per zelum proferetur. Sap. 5. Accipiet armaturam zelus istius, & armabit creaturam ad ultionem inimicorum. Erit iusta ex causa, quia opera misericordiae non habuerunt. Vnde dicit: Esuriui & non dedistis mihi manducare. &c. Erit iusta ex iuris ordine, quia non proferretur nisi contra sponte confessos & rebus conuictos. Ipsa enim

enim peccata sua sponte confitebuntur. Sap. 5. Ergo errauimus a via veritatis, & iustitiae lumen non luxit nobis, &c. Conscientia eorum contra ipsos testificabitur. Ad Ro. 2. Testimonium illis reddere conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium aut etiam defendentium in die cum iudicabit deus occulta hominum. Tunc subdit, *Iesus iam non palam ambulabat apud Iudaeos, sed abiit in regionem iuxta desertum, & ibi morabatur cum discipulis suis.* Hoc fecit non propter defectum potentiae, sed ut aliis exemplum demonstraret. In quo non apparet esse peccatum, si fideles oculis persequentium se subtraherent, & furor sceleratorum latitando potius euitarent, quam se ostendendo magis accenderent. Mat. 10. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam, &c. Dicit Orig. quod nullus debet se periculis ingerere, tum propter inexperientiam propriae virtutis quae quamvis fragilis inuenitur. Tum etiam propter futuri euentus incertitudinem. 1. Cor. 10. Qui se existimat stare videat ne cadat. Tum etiam ne nos ingerentes persecutoribus occasionem praestemus eis, ut magis impij & noxij fiant. 1. ad Corin. 10. Sine offensione estote Iudaeis & gentibus & ecclesiae dei, &c. Attamen valde laudabile & honestum est imminente iam periculo & agone confitendi Iesum: nequaquam confessionem euitare, nec recusare subire mortem gratia veritatis.

DE EODEM, ENARRATIO LXXIII.

Expedi vobis ut vnus moriatur homo pro populo, &c. Ioan. 11.

Verba proposita loquebatur spiritus sanctus, scilicet per os Caiphae. In quibus verbis exprimitur utilitas passionis & mortis Christi. Et nota quod mors Christi expedies siue utilis fuit angelis in caelo: quia per Christi mortem angelorum ruina reparata est. Eph. 1. Proposuit deus in dispensatione plenitudinis temporum instaurare in Christo, id est per Christum quae in caelis sunt. Gl. id est numerum angelorum adimplere. Et hoc tangit dominus in illa parabola. Lu. 15. Quis ex vobis homo qui habet centum oves, & si perdidit vnam ex eis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam quae perierat & quaerit donec inueniat? Cum autem inuenit ponit super humeros suos, & veniens domum conuocat amicos & vicinos, dicens illis, Congratulamini mihi omnes, quia inueni ouem meam quae perierat. Homo iste est deus qui pro nobis homo fieri voluit, qui habuit centum oves, id est nouem choros angelorum, & ex istis ouibus vna perdita fuit, id est homo pecca-

uit. Ideo dimisit nonaginta nouem, i. nouem choros angelorum, in deserto, i. in cœlo, quod ideo desertum dicebatur: quia homo in eo non erat. Et venit in hunc mundum querere ouē perditā, i. hominē, quē plusquā trigintatribus annis quæsiuit cū magno labore, & cū inuenisset eā posuit super humeros eius, quando crucem suam accepit, & ad locum passionis portauit, vbi pro peccatis nostris mortē sustinuit. Et in die ascensionis cū lætitia magna ouē suam, i. hominē in domū suam reportauit, i. in cœlum. Et tunc ait ad angelos, Congratulamini mihi, inueni ouē meā quæ perierat. Et factū est tunc gaudiū magnū angelis: quia restaurata est eorū ruina. Secundo expediens fuit patribus in limbo: quia per eius mortem de captiuitate inferni sunt liberati. Zach. 9. Tu autē dñe in sanguine testamenti tui, i. per sanguinē filij eduxisti victos de lacu in quo non erat aqua, i. gratia. Istud figuratū est Iosue 20. vbi dicitur q̄ post mortē summi pontificis homicida, qui expulsus erat de terra sua reuertebatur in terrā suā. Ita Adam homicida fuit, quia per peccatū occidit seipsum, & totū genus humanū, & expulsus fuit de terra, s. viuentiū, in exiliū huius mundi. Et postea cū posteritate sua descendit in limbū, & per nullū poterat eripi inde, & in terrā suā reuerti nisi per mortem summi pontificis. Item officiū pontificis in veteri lege fuit orare pro peccatis populi, & hoc fecit Christus. Lu. 23. Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Et q̄ fideliter orauit, ostendit apostolus, dicens ad Heb. 5. Cū clamore valido & lacrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia. Itē officium episcopi fuit victimas pro peccatis populi offerre, & hoc fecit pontifex noster qui se pro peccato nostro obtulit. Heb. 9 filius Dei ingrediens mundum dicit, Holocaustomata pro peccato tibi non placuerunt, tunc dixi, Ecce venio. Gl. Omnia holocausta antiquorū patrū quæ obtulit summus pōtī fex pro peccato primi hominis Deo non placuerunt. Tunc filius Dei misertus nostri, patri ait, Ecce ego venio ad meipsum offerendum pro peccato hominis. Per mortem ergo huius summi pontificis liberati fuerunt sancti patres in limbo. Expediēns ergo fuit eis Christi passio. Tertio mors Christi expediens fuit hominibus in mundo, & hoc in multis. Primo vt chirographū contra hominem diabolo datum per sanguinem Christi deleteretur. Col. 2. Delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat aduersa-

rium

riū nobis. Aug. Eua à diabolo peccatū mutauit, chirographū scripsit, dedit fideiussorē, & vsq; ad posteriorē creuit. Tunc enim à diabolo peccatū mutauit, quando cōtra præceptū dei suæ prauæ suggestioni cōsensit. Chirographū scripsit, quando manū ad pomū porrexit fideiussorē dedit, quādo Adā peccato consentire fecit. Et sic vsq; ad posteritatem creuit, quia tota posteritas potestati diaboli est subdita. Et meritō. Nā patentes nostri Adā & Eua fecerunt emptionem cū diabolo & vendiderunt totū genus humanū pro vno pmo quasi pro nihilo. Quod conqueritur propheta Isa. 52. ca. Gratis venūdari estis, & sine argento redimemini. Similiter huiusmodi emptioni erat scriptū chirographū & priuilegiū eternæ dānationis, & non poterat deleri nisi per sanguinem Iesu Christi. Vnde misertus damnationis nostræ venit in hunc mundū delens chirographū, quod aduersum nos erat sicut dicitur ad Col. 2. Gl. Peccatū Adæ quod diabolus tenebat quasi cautionē decreti mortis eternæ, deletū est sanguine Christi fuso in cruce. Isa. 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me & peccatorū tuorū nō recordabor. Ber. Agnosce homo q̄ graua sunt & fuerunt animæ tuæ vulnera pro quibus necesse fuit Christū dñm mori & vulnerari. Si hoc non fuisset ad mortē sempiternam, nunquā pro eorū remedio moreretur. Sic ergo patet quō per sanguinem Christi deletū est chirographū. Cū ergo deletū esset per sanguinē Christi, est scriptū aliud chirographum, s. nostræ redemptionis. Est autem scriptum chirographum nostræ saluationis in ouino pergameno, & cum ferreis pennis, & cum rubeo incausto. Ouina pellis fuit corpus Christi, quæ ouis vendita fuit pro triginta denariis à Iuda traditore, & ad mortē ducta fuit vt inde pergamenū haberet. De cuius ductu dicitur Isa. 53. Sicut ouis ad occisionē ductus est, & sicut agnus corā tondēte se obmutuit & non aperuit os suū. Io. 18. Cohors autē & tribunus & ministri Iudæorū apprehenderunt Iesum & ligauerunt eū, & adduxerunt eū ad Annā primū, i. primō, vbi est data sententia & alapa, deinde ductus est ligatus ad Caipham. Vbi sicut dicitur Lu. 22. Velauerunt faciem eius & percuriebant eum, dicentes, Prophe-tiza quis est qui te percussit, & expuerunt in faciem eius. Deinde ductus est ad Pilatum, vbi accusatus est in multis criminibus quorū erat innocens. Deinde ductus est ad Herodē qui spreuit eū & induit eum alba veste, & illustrat eum.



tanquã fatuũ. Deinde iterum ductus est ad mortem. Sic patet quõ ovis ista empta est, & ducta ad mortem vt pergamenum deinde fieret. Postea solet ovis excoriari. Sic Christus excoriatus est, quando Pilatus vestibus exui eũ fecit, & nudum ad itaruã ligari, & ita virgis & flagellis verberati, & à planta pedis vsq; ad verticẽ non erat in eo sanitas: sicut dicit propheta Isa. l. ca. Et Ber. etiã dicit, Volue & reuolue pellem corporis Iesu à planta pedis vsq; ad verticẽ capitis, & nihil inuenies nisi dolorẽ, nihil nisi mœrorem. Et ne caput eius remaneret inexcoriatũ, imposuerunt sibi spineam coronã, quã arundine incusserunt capiti eius, intantũ & spinarũ aculei benedictũ caput eius penetrauerãt, vt sanguis in faciem eius decurreret. Sic patet quomodo ovis ista est excoriata. Postea solet pellis extendi, quantum s. extendi potest super lignũ. Sic ista benedicta pellis Iesu Christi, i. corpus eius extensum fuit super ligno crucis. De quo potest exponi illud Ps. 103. Extendens cœlũ sicut pellem. Cœlum, id est corpus cœlestis Iesu Christi. Certè bene sicut pellem, quia intantũ extensum fuit, & omnia ossa eius numerari poterant. Aug. dicit, & foramina manũ & pedum adeò nimis distabant, ita & affixa vna manu alia non poterat attingere foramen. Vnde eũ funiculis intantum distenderunt, & iuncturã membrorũ manifestè apparuerunt. Hoc est quod dicit dñs in Ps. 21. Dinumerauerunt omnia ossa mea. q. d. Intantum extenderunt me & omnia ossa mea numerari poterant. Sic patet quomodo cutis ista est extensa. Postea solet erigi in aërem & ad solem, vt sic detractis humoribus exiccetur. Sic cutis huius ovis, i. caro Christi cum cruce erecta fuit in monte Caluarie contra solẽ: & intantũ extractis humoribus exiccatus, & de seipso dicat in Ps. 101. Omnia ossa mea sicut cremiũ aruerunt. Percussus sum vt fœnũ & aruit cor meũ. Ideo ex magna siccitate potum petebat, dicens, Sitio. Et non potuit habere guttam aquæ, sed dabãt ei acetũ bibere felle mixtũ & myrrhatũ, quod cum gustasset noluit bibere, quia præ amaritudine non potuit. Et cum homines non cõpaterentur eius siccitati aquam sibi ministrando, sol sibi cõpatiebatur radios suos subtrahendo. Bern. Dum sol cœlestis moreretur in terris, sol terrenus horrebat in cœlis. Sic patet quomodo exiccata est pellis, ita vt pergamenum fieret in quo chirographum nostræ saluationis scriberetur. Facto autem pergameno scriptum est chirographum.

Sed

Sed quomodo? certe pœna ferrea. Sicut Iob 19. prædixerat, dicens, Quis mihi det vt exarentur, i. scribatur in libro stilo ferreo? Ferreus stilus fuit lancea, quæ latus eius penetrauit. Et clauis ferrei qui manus eius & pedes trãsfixerũt. Et tã grosse fuerũt literæ istius scripturæ, quod in latere eius manus poni poterat. Vnde dicit dñs Thomæ, Ioan. 20. ostẽdens ei vulnera sua in manibus, Infer digitũ tuũ huc & vide manus meas, & affer manũ tuã, & mitte in latus meum. O quã magna erat hæc scriptura, quã ideo magnã esse voluit, ne per obliuionẽ de cordibus hominũ deleteretur. Malac. 3. Scriptus est liber monimẽti, i. litera vel chirographũ æternæ recordationis corã eo timentibus dñm, & cogitantibus nomen eius. Ideo in ecclesiis ante oculos nostros crux Christi depingitur ne obliuiscamur eius. Deut. 28. Erit vita tua quasi pendens ante te, vt legas in eo hodie & in omni tẽpore. Et quid debemus in eo legere? certè tria quæ erãt in eo scripta. De quibz Eze. 2. Expãdit librũ corã me, qui erat scriptus intus & extra. Et erãt in eo scripta lamẽtationis carmẽ & Væ. Liber expãsus est, corpz Christi expãsum in cruce, q. liber scribus erat intus & foris. Quia nõ solum habuit dolorẽ exterius in corpore, sed etiã in anima ex cõpassione matris dulcissimæ, quã turbatissimã vidit circa crucẽ stantẽ. Ber. O bone Iesu quã grauitè foderis extra, sed multò grauius foderis intra ex cõpassione matris tecũ omnia participãtis. Et erant in eo scriptæ lamentationes, quas faciebat in cruce pro peccatis nostris, & pro redẽptione nostra, quando eũ lacrymis & clamore valido orauit Patrem pro nobis. Sicut scribitur Heb. 5. Cũ clamore valido & lacrymis offerens, supple preces ad patrẽ pro nobis, exanditus est pro sua reuerentia. Lamentabatur etiã propter hoc & sua amara passio in multis peccatoribus esset perdita, q. nollẽt eã sibi facere vtilẽ & fructuosam, Ber. Fleuit Christus in cruce, eo & passio sua sufficeret ad redẽptionẽ cunctorũ, cũ tamen profuit ad salutem paucorũ. Secũdo erat in eo scriptũ carmẽ, i. canticũ lætitiæ omnium eorũ, qui per eius passionem salui facti sunt. Luc. 10. Gaudete & exultate, quoniã nomina vestra scripta sunt in libro vitæ. Itẽ gaudium omnium peccatorũ erat scriptũ in eo, quod sumi potest ex hoc quòd pro crucifixoribus exorauit, & quòd latronem sero pœnitentem sine pœna secum ad paradisum introduxit. Hoc potest esse magnũ solatiũ omnibus peccatoribus hĩc pœnitentiã agentibus. Bern.

FF 3

O bone Iesu nō abhorruisti latronē pœnitentē, non lacrymantē peccatricē, non discipulū negantē, nec ipsos crucifixores tuos spreuisti. Tertio erat scriptū in eo Vt æternę dānationis omnibus illis, q̄ propter peccata sua de libro isto delebūtur, qui, s. sanguine Christi sunt redēpti, & iterū diabolo peccādo se subdiderunt. De quibus dicitur Ps. 68. Delectatur de libro uiuentiū, & cum iustis non scribantur. Et de talibus dicitur Apoc. 20. q̄ Ioannes vidit dñm sedentem in throno & iudicantē magnos & puillos, & apertus est liber vitę, & qui non est inuentus in libro vitę scriptus, missus est in stagnū ignis. Hoc erit in die iudicij, quādo mali mittentur in profundū inferni, tunc erit eis æternaliter Vx. Vnde dicit anima dānata illud Ier. 15. Vx mihi mater mea, quare me genuisti, &c. Et Ier. 45. Vx mihi misero, quia addidit dñs dolorem dolori meo, laboraui in gemitu meo, & requiem non inueni. Hoc meritō dicent peccatores, quia hi in peccatis laborant, & dolorem conscientię in ista vita habent, & post hanc vitam dolorem habebunt æternum.

SABBATHO, ENARRATIO LXXV.

Subleuatis oculis in cœlum dixit, &c. Ioan. 17.

Videmus quando aliquis recessurus est ab amicis suis quos veraciter dilexit, si cōsiderat eos aliquibus rebus indigere, sine dilatione dat eis quas absq; suo incōmodo dare potest. Et non petit ab alio vel ab aliis quod suis amicis necessariū fore conspicit. Et confortat eos consolando si viderit eis aliquid aduersitatis obuiare, quia iacula quę prœuidentur minus lædunt. Sic Christus Iesus recessurus p̄ passionē suā de hoc mūdo, & relinquens post se amicos videlicet dilectos discipulos suos, sciuit eos indigere multis. Ideo donauit eis corpus suū in cibum, & sanguinem in potum. Item docuit eos dilectionē & humilitatem habere ad inuicem, & confortauit eos exemplo, exhortatione & oratione. Vnde orauit pro seipso, pro discipulis, & pro omnibus fidelibus, sicut patet in hodierno euangelio. Vbi tria rāgi videntur. Primū est Christi pro seipso oratio, quę postulatio probat clarificandi ibi, *Subleuatis oculis in cœlum dixit, Pater veni hora elarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te.* Christus enim orauit non tantū ad aliquid impetrandum, sed etiam ad dādum orandi nobis exēplum. Ideo sua oratio describitur hic optimis circumstantiis disposita. Primo, scilicet quoddam verbum prædicationis inietur orationis suffragio, ergo terminari debet ad orationem sicut incipitur ab oratione. Ad Col. 4;

Orates simul & pro nobis. vt Deus aperiat nobis osiū sermonis. Eccl. 43 Cōsummatio sermonū ipse est. Cōsummatio hæc innuitur hęc: quia cū locutus fuisset post hoc orauit. Secundō, sicut nos oculos in oratione ad cœlū subleuamus, subleuauit & ipse oculos. Ps. 122. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Dispositio enim cordis maxime relucet in oculis. In oratione autē mēs debet leuari ad Deū secundū Damascenū. Oratio est eleuatio mētis in Deū. Ad quod significandū eleuatur oculi. Et cū hoc sunt operationes in Deū referendæ. Thre. 3. Leuemus corda nostra cū manibus ad dominū in cœlos. Per manus enim designatur operationes. Tertio vt ex filiali dilectiōe & affectu oreitur: ideo ait pater Ier. 3. Patrē vocabis me. Quarto vt in tēpore tribulationis per orationē homo recurrat ad Deū, sicut dominus cūm tribularer clamaui. Et 2. Paralip. 20. Cūm ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus residū vt oculos nostros dirigamus ad te. Quinto vt orecur pro vili, sicut dñs qui dixit, Clarifica filium tuū, s. per miracula in passione, ostendēdo q̄ sim filius tuus. Vnde Centurio visis miraculis multis ait: Verē filius dei erat iste. Itē in resurrectione incepit habere gloriā corporis cum anima. A principio enim suę cōceptionis ex Dei cōiunctione & visione habuit glorię claritatē. Io. 1. Vidimus gloriā eius, &c. Fructus huius clarificationis est vt filius ecōuerso clarificet patrem in notitia hominū. Vnde gloria est clara notitia cū laude. Notitia autē patris erat clara apud Iudeos. Ps. 85. Notus in Iudæa Deus. Sed postea notus factus est per filiū toti mundo: vt boni viri per bona opera notitiā Dei clarificarent. Marr. 5. Sic luceat lux vestra corā hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Sicut dedisti ei potestatem omnī carnis: vt omne quod dedisti ei det ei vitam æternam. Vbi ponitur petitionis fructus. Pro quo sciendum quōd agentis cuiuslibet quod agit ab aliquo intentione est reducere suum effectū in causę manifestationem. Nam ex actione principij quod est de principio manifestatur ipsum principij: sic filius quicquid habet à patre habet: ideo oportet q̄ per eam patrē manifestet. Et ergo sicut dedisti filio potestatem super omnem carnem, i. super omnes homines, necessariū est vt per hanc ducas eos ad tui cognitionē quę est vita æterna. Dedisti inquit secundum Hylariū, dando ei per

æternam generationem naturam diuinam per quam habet potestatem omnia continendi. Matt. 11. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. &c. Vel dedisti ei Christo homini propter consortiū personale ad filium tuum: vt sic caro haberet potestatem super carnem. Mat. vlt. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Dan. 7. Dedit ei potestatem & honorem & regnum: & omnes populi tribus, & linguæ ipsi seruiunt. Ad hoc, inquit, dedisti vt sicut tu habes potestatem non vt ab homine aliquid accipias, sed vt te ipsum eis conferas. Ita & Christo homini: vt omne quod dedisti ei per æternam prædestinationem det eis vitam æternam. Io. 10. Oves meæ vocem meam audiunt: & ego vitam æternam do eis, &c. Etiam hæc vita æterna pertinet ad gloriā patris. Ideo subdit: *Hæc est vita æterna vt cognoscāt te solum verū Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Posset enim aliquis credere q̄ ista vita æterna per eum fidelibus danda cōsisteret in carnalibus bonis. Et sicut dicunt Saraceni qui expectant in alia vita, in voluptatibus carnalibus, & diuitiis, & consurtilibus præmiari secundum quod dicuntur Machumeti. Quæ tamē vita secundū Philof. dicitur vita pecudum, primo Ethicorum. Propter quod ipse Auicenna hæc considerans dixit, q̄ propheta quem vocabat Machumetum proomittit eis sclicitatē in præmium quem multi sapiētes nō attenderūt. Similiter Iudæi resurrectionem futuram expectantes ad vitam carnalem. Et ideo felicitatem vitæ futuræ credunt consistere in bonorū temporalium plenitudine & honore, & bonorum pacis tranquillitate. Hoc autem remouet saluator, dicens: *Hæc est vita æterna, &c.* Vita enim æterna consistit essentialiter in conspectu claro ipsius diuinitatis. Attamen habet coniunctam fruitionem quæ est completiua sclicitatis. Ex consequenti verò cōsistit in conspectu humanitatis Christi quæ est instrumentū nos inducens ad beatitudinē principalem. Beatitudo enim hominis non consistit in cōiunctione ad aliquod bonum temporale vel corporale: vt dicunt rudes Saraceni, sed cōsistit in cognitione ipsius primi & summi boni per apertā visionē & fruitionem. Pro quo vltèrius sciendū q̄ viuere proprie dicimus illa quæ seipsa mouent ad operandū. Quæcunq; autem non nisi ab aliis mouentur: nō dicuntur viuientia sed mortua. Et ideo omnes operationes ad quas operās mouet se dicuntur opera vitæ: sicut velle, intelligere, sentire, moueri, augeri. Dicitur autē aliquid dupliciter viuere. Aut quia habet opera

vitæ

vitæ in potētia, & sic dormiēs dicitur viuere: quia habet potestatem mouendi se, licet actu nō moueatur. Aut quia iam exercet opera vitæ in actu, & tunc perfectē dicitur aliquid viuere: vnde somnus dicitur vitæ dimidium. Inter opera autem vitæ vltèrius est opus intelligere. Et ideo operatio intellectus maximè est vita. Sicut autē idē est sensus in actu & sensibile in tactu: ita intelligens & res intellecta in actu. Cum ergo intelligētia sit vita & intelligere sit viuere: sequitur q̄ intelligere per essentiam æternā sit vita æterna. Deus autē sic est æternus. Intelligere ergo & viuere æternaliter est vita æterna. Et ideo dominus dicit q̄ in visione cōsistit vita æterna, s. principaliter secundum totam suam substantiam. Amor autem est mouens ad hanc & quodammodo est eius complementum. Nam ex dilectione quæ est ex diuina fruitione quam facit charitas, est complementum & decor beatitudinis. Sed eius scientia in visione consistit æterna. 1. Io. 3. Videbimus eum sicuti est, est cōsiderandū vltèrius q̄ cum dicitur: *Hæc est vita æterna vt cognoscāt te solum, &c.* per hoc non dicitur q̄ solus pater sit Deus, & filius sit creatura, vt dicebat Arrius: quia hæc dictio exclusiua solū nō determinat ly te: vt sensus sit q̄ solus pater sit Deus, & filius sit creatura: sed determinat ly Deū. Et est sensus: q̄ illa est sola diuinitas vera quæ est in patre, & sic non excluditur filius à diuinitate, sed magis includitur sic q̄ vna sit diuinitas in vtroque. Sed excluditur vera diuinitas ab aliis diis qui à gentilibus colebantur: sicut à Ioue, Saturno, & aliis. Subdit: *Ego clarificauit te super terram, opus consummaui quod dedisti mihi vt faciam. & nunc clarifica me tu pater apud te ipsum claritate quam habui antequam mundus fieret apud te.* Hic ponitur ratio quare sua oratio debeat exaudiri: quia videlicet veritatē fidei docuit inter homines. Ideo ait: *Ego clarificauit te super terram, s. te in fide & in innocentia hominibus manifestando.* Isa. 24. In doctrinis clarificate dominum. Item quia perfectē obediuit patri carnem assumendo vel mortem patiendo, ideo ait: *Opus consummaui, & non consummabo: quia iam factum prædestinatione, & pro iam factō est habendum quod certissimè est futurum.* Et dicit notanter quod dedisti & non misisti: quia non sufficit Deo & nobis q̄ aliquid manderetur nisi iubeamur diuinitus: quia quicquid fecit secundum q̄ homo, accepit à Deo patre: & sic nos nihil boni facere possumus nisi ex dono Dei. Sap. 8. Non possum esse cōtinens nisi Deus

FF 5

dederit mihi. Et quia Christus sic clarificauit docendo & consummauit moriendo: ideo postulauit primum, dicens: *Et nunc clarificai.* clarū fac me cōsistere ad dexterā tuā: claritate quam habui priusquam mundus fieret apud te, i. in tua prædestinatione. Marc. ult. Dominus quidē Iesus postquam locutus est eis assumptus est in cœlū, & sedet à dextris dei. Vel aliter: *Nunc clarifica,* i. illius gloriæ quā habeo æternaliter tecū secundum diuinitatem fac participem naturā mortalem, quā assumpsi propter humanam salutem. Consequenter pro secūdo principali tangitur pro discipulorū collegio deprecatio, quod optatio probat conseruandi cūm dicit: *Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo: tui erant & mihi eos dedisti.* Vbi volens saluator orare pro discipulis ponit rationes quare sit pro eis orandū, dicens: *Manifestaui,* quia si dicat secundum Aug. vt filius tuus clarificet te. Quæ quidem clarificatio iam in tempore impleta est, *Quia manifestaui nomen tuum,* &c. Vel secundum Chrysostr. dico quod consummaui opus quod dedisti mihi vt facerem. Quale autem opus sit respondet cūm dicit: *Manifestaui nomen tuum,* &c. quod est proprium opus filij Dei qui est verbum, cui est proprium manifestare. Matth. 11. Neque patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et sciendum quod Deus pater tripliciter consideratur. Primò in quantum creator, & sic notus erat gentibus. Rom. 1. Inuisibilia Dei ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Secundò in quantum ei soli debetur cultus patriæ. Sic non erat notus gentibus qui etiam aliis diis cultum patriæ exhibebant. Tertiò in quantum est pater vnigeniti filij: sic erat ignotus Iudæis & aliis, sed innotuit per filium quando apostoli crediderunt eum esse filium Dei. Secunda ratio ex parte Christi sumitur: quia erat magister discipulorum, & ipsi eius discipuli. Bonus autem magister debet zelare pro suis discipulis & eos dirigere: & quantum ad hoc dicit: *Homini bus quos dedisti mihi,* scilicet homini ad obediendum: quia apostoli fuerunt spiritualiter coniuncti ipsi Christo. Io. 6. Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. Et hoc est ex dono & gratia Dei quod quis venit ad Christum. Ephes. 2. Gratia Dei saluati estis per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum est, non ex operibus, vt ne quis gloriatur. Dedisti inquit, de mundo, i. amando electos. Ioan nis 15. *Quia de mundo non estis, sed elegi vos de mundo,*

scilicet

scilicet ad obediendum Deo. Boni autē datoris est: quia tui erant secundū diuinitatē: vt prædestinati ab æterno per gratiam ad futurā gloriam peruenirent. Eph. 1. Elegit nos ante mundi constitutionem, &c. *Et mihi eos dedisti,* quasi diceret: *Quod antea de eis mecū præordinasti, hoc opere faciendū implesti vt mihi adhererent, Et sermonē meum seruauerunt,* quia omnia quæ dedisti mihi abs te sunt: quia verba quæ dedisti mihi dedi eis. Vbi ponitur tertia ratio quæ est deuotio discipulorū ad patrē, quia sermonē meum seruauerunt in corde per fidem, in opere per impletionem. Prou. 7. Serua mādata mea vt viuas, Io. 15. Si seruaueritis mandata mea, manebitis in dilectione mea. Sicut & ego patris mei præcepta seruauī. Sed hoc quod hic seruauerūt, videlicet sermonē tuum, redundat ad gloriā tuam pater. Nam hic sermo meus & quod omnia quæcūque habeo à te habeo, & ipsi nunc cognouerunt, quia omnia quæ dedisti mihi, s. homini filio, abs te sunt. Io. 1. Vidimus gloriā eius quasi vnigeniti à patre plenū gratia & veritate. Vidimus eum quasi omnia à patre habentem. Et per hoc cognouerunt quia acceperunt, & clarificatur in mente ipsorū. Ratio autē huius clarificationis, quod, s. obedientia discipulorū redundat ad gloriā patris, ponitur cūm addebatur: *Verba quæ dedisti mihi,* id est plenam cognitionem veritatis quā habuit anima mea ab instanti conceptionis. Io. 1. Plenum gratia & veritate, id est cognitione. Dedi eis interiorius & exteriorius docendo. Ioan. 6. Omnia quæcunque audiui à patre meo loquor in mundo. *Et ipsi acceperunt & cognouerunt verē quia à te exiui. Et crediderunt quia tu me misisti.* Acceperunt inquam doctrinam meam non existentes rebelles mihi. Isaïæ 50. Dominus aperuit mihi autem, ego autem non contradico, retrorsum non abij. Et accipiētes cognouerūt quia à te exiui, hoc enim cognouerūt per doctrinam Christi & per eius miracula. Cognouerunt autem non cognitione patriæ, de qua 1. Cor. 14. Tunc autem facie ad faciem. Sed cognitione viæ & imperfectē de qua ibidem: Videmus nunc per speculum in ænigmate. Ideo addit: *Et crediderunt scilicet firmē & stabiliter.* Quia tu me misisti. Gal. 4. Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, &c. Et secundum Aug. idem est, A te exiui, & tu me misisti. Sed secundum Hilar. aliud est, quia secundum eum exire pertinet ad æternam generationem: mittere verò ad incarnationem. Sed dicendum, si loquimur secundum diuinitatem, sic aliud

aliud est exire & aliud mitti. Si verò secundū humanitē, sic idē est secundū Aug. *Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt, & omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. Et clarificatus sum in his.* Vbi ponitur quarta ratio ex parte custodix Christi cui erāt apostoli specialiter commmissi, ideo ait: *Ego pro eis rogo non pro mundo id est pro mundi dilectorib. Sed pro his quos dedisti mihi, vt discipulos & obediētes specialiter, quāuis omnia sunt in mea potestate. Pl. 2. Postula à me & dabo tibi gētes. &c. Sed dices, quare nō pro omnibus rogar eūm dicitur 1. Io. 2. Aduocatū habemus apud patrem Iesum Christum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Et non pro nostris tantū sed etiā pro totius mundi. Et 1. Tim. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitiōē veritatis venire. Dicedū q̄ quantum est de se ista oratio efficax est vt valeat toti mūdo, sed tamen non in omnibus sortitur effectū nisi in sanctis & electis, & hoc propter impedimentū mūdānorū. Tui sunt per æternā prædestinationē: sed nō erāt ita sui vt filius eos nō haberet, nec ita dātur filio vt auferātur patri. Ideo ait: *Et omnia mea tua sunt*, quia propter inseparabilitatē vnionis humanitatis & deitatis in Christo fit idearum cōmunicatio attribuēdo ea quæ sunt hominis ipsi deo, & ecōuerso. Sicut enim demonstrato Christo hæc est propositio vera: *Iste homo creauit stellas: ita hæc est vera, deus mortuus est.* Sed notandū q̄ pater primo quædā habet quæ pertinent ad essentiā suam sicut est sapiētia bonitatis, & huiusmodi nihil aliud sunt quàm sua essentia, & hæc protestatur filius se habere Io. 16. vbi loquēs de processione spiritus sancti dicit: *De meo accipiet & annūtiabit vobis.* Et hæc: *Quæcūq; habet pater mea sunt.* Et dicit, *omnia*, quæ licet vnū sint re, referūtur tamen multa ratione. Secūdo habet quædā quæ pertinent ad possessionē sanctitatis quæ sunt consecrata per fidem, sicut omnes sancti & electi de quibus supra dicit: *Tui erant & mihi eos dedisti.* Et etiam ista protestatur se filius habere: cum dicit de eis loquēs: *Et tua mea sunt.* Tertio habet quædā pater per modū possessionis, sicut omnes res creatas. Pl. 23. Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarū & vniuersi qui habitāt in eo. Et hæc omnia sunt filij. Vnde in parabola de filio prodigo, Luc. 15. dicit pater filio seniori: *Omnia mea tua sunt.* Dicit etiā notāter: *clarificatus sum in eis*, quia apostoli eius gloriā partim cognoscebāt, & in propinquo plus cognituri erāt, 2. Pet. 1. Non indoctas fabulas secuti notam fecimus*

fecimus vobis domini nostri Iesu Christi virtutē & præsentiam: sed speculatores facti illius magnitudinis. *Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt: & ego ad te venio.* Vbi ponitur quinta ratio quæ sumitur ex necessitate imminēte apostolis quia Christus recessurus erat ab eis, cuius præsentia corporali erāt cōfortati, & ideo tunc indigebāt Deo patri specialiter cōmēdari, & ideo dicit: *Iam nō sum in mūdo, i. in propinquo recessurus sum ab eis, vel nō sum in mūdo adherēdo per affectū. Sed in mūdo sunt, s. remanētes in tribulationibus mūdānis. Et ego ad te venio secundum quod homo ad dexterā tuam. Et ideo iustū est, vt pro eis orē à quibus corporaliter recessurus sum. Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnū sicut & nos vnū sumus.* Præmissis rationibus quibus debet pro eis rogare, iam consequēter petit pro eis. Primò, cōseruationē à malo, dicēs: *Pater sancte serua eos in nomine tuo, i. in fide ac cōfessione, veritate ac virtute nominis tui ab omni malo. Plal. 126. Nisi dominus custodierit ciuitatē, &c. Quia bonū nostrum nō est solum in hoc quòd habemus esse à Deo, sed oportet vt cōseruemur ab ipso: quia vt dicit Greg. Omnia in nihilum redigerent, nisi ea manus omnipotētis cōtineret. Heb. 1. Portās omnia verbo virtutis suæ, & cōserua eos sic vt sint vnū sicut & nos, quia quælibet res cōseruatur in esse quādiu est vna: sed definit esse per diuisionē. Matt. 12. Omne regnū in se diuisum desolabitur. Vel cōserua eos ad hoc vt sint vnū. Nam in vnitāte spiritus consistit nostra tota perfectio. Ephe. 4. Solliciti estote seruate vnitāte spiritus in vinculo pacis. Pl. 132. Ecce quā bonū & quā iucundum habitare fratres in vnū. Addit autē, *Sicut & nos vnū sumus.* Sed contra. Ipsi vnū sunt per essentiā, ergo & nos, quod est falsum, igitur, &c. Dicendum quòd duplex est vnitā in diuinis personis, s. vnitā naturæ. Io. 10. Ego & pater vnū sumus. Et vnitā amoris in patre & filio quæ est vnitā spiritus, & vtraq; est in nobis non æqualis per æquiparentiā, sed per similitudinē & imitationem longinquam. Pater enim & filius sunt eiusdem naturæ numero. Nos autē sumus vnū in natura secundum speciem. Item ipsi sunt vnū per amorē non participatū ex dono alieni: sed ex eis procedentem. Nam pater & filius diligunt se spiritu sancto, nos autē per amorē participatū ex aliquo superiori. Subdit: *Cum essem cum eū seruabā eos in nomine tuo, quos dedisti mihi custodiū: & nullus ex eis perit nisi filius perditionis, vt scri-**

ptura

plura impletur. Nunc autem ad te venio ubi ponitur necessitas conseruationis diuinæ: quia cum esset cum eis præsentia corporali. de qua Baruch 4. Post hæc in terris visus est: & cum hominibus cõuersatus est. Ierusaliam eos, id est custodiebam à malo & peccato non virtute humana, sed diuina, ideo dico in nomine tuo. Bene ergo cum negasset se dominus dæmonium habere nõ negauit se custodẽ siue Samaritanũ esse vt dicit Ioã. 8. quia ipse custos est. Isa. 21. Custos qui de nocte, &c. Debitũ autem conseruationis est, quia dedit sibi ipsos. Vnde ait: Quos dedi mihi. Quiuis enim tenetur custodire sibi deputatos. 3. Reg. 20. Custodi virũ istum: qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius. Et Abac. 2. Super custodiam meam stabo, & signa gradum super munitionẽ. Sic stare debet prælarus super sibi cõmissio grege. Luc. 2. Pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregẽ suum. Custodia autẽ Christi tam efficax fuit quod nemo ex eis periit nisi filius perditionis, s. Iudas, qui ad perpetuam perditionẽ erat prædestinatus & à patre præordinatus. Sic enim aliqui deputati ad mortẽ dicuntur filij mortis. 1. Reg. 26. Viuit dominus: filij mortis estis vos. Et Matt. 23. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui circueitis mare & aridã vt faciatis vnũ profelytũ: & cum fuerit factus, facitis eũ filiũ mortis duplo quãum vos. Vt scriptura (quam, s. prædixit Dauid in Psal. 10. Deus laudẽ mea ne taceris, s. q̄ esset proditurus me:) impleatur. Et tenetur Iy, vt cõsecutiue & nõ causatiue. Sed iterũ ait: Nunc ad te venio per mortẽ meam Io. 16. Iterũ relinquo mundum & vado ad patrẽ. Et hæc loquor in mũdo, vt habeãt gaudiũ meum impletum in semetipsis. Vbi sciẽdum cum supra dixit: Nunc ad te venio, posset aliquis suspicari q̄ nõ posset eos seruare ab eis recedens: vel q̄ pater eos ante non seruasset. Vnde dicitur: Ego seruabã eos in nomine tuo. Ideo rationẽ dictorũ assignat hic, dieẽs: Hæc loquor in mũdo, q. d. locurus sum sicut homo orãs: sed hæc loquor propter consolationẽ discipulorũ existimantiũ me esse hominẽ purũ: vt saltem cõsolentur in hoc quod eos tibi patri quem maiorẽ credunt recomẽdo gaudentes se esse in protectione patris secũdum Chry. Vel aliter secũdum Aug. vt referantur hæc verba ad hoc quod supra dixit, vt sint vnum sicut & nos. Et sic ponitur vt fructus vnitatis, quasi dicat: Hæc loquor in mũdo, s. vt sint vnum: vt habeãt gaudiũ meum impletũ in semetipsis. Quod quidem con-

sequitur

sequitur ad vnitatẽ spiritus per quam peruenerunt ad gaudiũ vitæ æternæ, quod est plenũ. Illud autem gaudiũ ad vnitatem sequitur: quia vnitatis & pax faciunt perfectẽ gaudere. Pro. 12. Qui incunt pacis cõsilia sequitur eos gaudiũ. Et subdit: Ego dedi eis sermonem tuum, & mũdus eos odio habuit: quia non sunt de mũdo, sicut & ego non sum de mũdo. Vbi ponit aliam rationem quare apostoli indigebãt à Deo specialiter cõseruari, quia erant Iudæis odiosi propter doctrinã Christi. Et hoc allegat Saluator, dicens: Ego dedi eis sermonẽ tuum custodiendum & predicandum. Quod quidem est bonũ maximum & beneficium. Prou. 4. Donum bonum tribuam vobis: legẽ meam ne derelinquatis. Sed ex hoc mũdus eos odio habuit. Luc. 6. Beati eritis cum vos oderint homines, &c. 1. Io. 3. Nolite mirari si odit vos mundus. Causã huius addit: quia non sum de mũdo: quia spiritus facit hominẽ de mũdo recedere, nõ scilicet adhærẽdo ei per affectũ, licet sit in eo corporaliter. Sermo enim Dei hominẽ Deo cõiungit: cui nullus cõiungi potest nisi à mũdo recedat. Qui enim diligit mundum non est perfecta charitas Dei in eo: quia sicut oẽ simile diligit sibi simile: ita odit dissimile. Sap. 2. Grauis est nobis ad videndũ, quoniã dissimilis est aliis vita illius: & immutata sunt viæ eius. Exemplum addidit. cum dicebat: Sicut & ego non sum de mũdo: hoc verũ est quantũ ad affectum & originẽ, quia isti habuerunt originẽ de mũdo. Christus autẽ nõ, quia de spiritu sancto cõceptus est. Mat. 1. Nõ rago vt tollas eos de mũdo, per corporalem præsentia propter vtilitatẽ fidelium qui per eos credituri erunt. Mar. 16. Euntes in mũdum vniuersum prædicare euangeliũ omni creaturæ. Peto autem vt conseruetur à malo, s. mũdi. Graue enim est, vt homo inter malos immunis à peccato existat, cum totus mũdus in maligno positus sit. Isa. 43. Cum transferis per aquas tecum ero: flumina non operiet te. Cum ambulaueris in igne flamma nõ ardebit in te. Ratio autẽ huius petitionis additur, de mũdo non sunt. Sed diceret, cum hoc supra dictũ est, quare hic repetit, videtur q̄ sit inutilis repetitio. Dicendum q̄ statim supra eadem verba dixit, ad ostẽdendum causã quare habeantur odio in mũdo: hic verò dicuntur ad assignandum rationem quare debeãt seruari à malo à Deo. Ex quo datur intelligi quod idem est propter quod odiuntur à mũdo & diliguntur à Deo, s. contemptus mundi. Iac. 2. Nõne elegit Deus pauperes in hoc mũdo, diuites in fide & hæredes regni, &c.

D E

Sermonem meum seruauerunt. Ioan. 17.

IN istis verbis cōmendat ipsa veritas, s. filius Dei discipulos suos de hoc quòd sermonē suū seruauerint. Horum autem discipulorū imitatores esse debemus: vt domini sermonē & ea quæ nobis expediunt diligēter seruemus. Et ad præfens inter alia quatuor sunt seruāda. Seruare nāque debemus animā à peccati sordē: Deū cūm ad nos venerit: mādātū dominicū & pacem. Primo nāque seruāda est anima à peccati sordē. Nota si aliquis vinū habet in dolio diligēter custodit ipsum ne corrūpatur. Multo fortius & diligentius custodiēda est anima ne per peccatū inficiatur. Pro. 4. Omni custodia custodi cor tuum: quia ab ipso procedit vita tua. Deut. 4. Custodi temetipsum & animam tuam sollicitē. Sic mūdā seruauerat animā suam illa quæ dicebat Tob. 3. Tu scis domine quia mūdā seruauī animā meā ab omni cōcupiscētia. Quòd autē quilibet homo animā suam custodire debeat B. Bern. ostendit, dicēs: Si tēpore passionis Christi in vase vitreo habere de sanguine Christi parū: diligenter custodirem ne vas frangeretur & ne sanguinē amitterem. Fortius debet quilibet animā suam propriā custodire pretioso sanguine Christi redemptam in fragili corpore positam. Secundò, debemus diligenter seruare Deum in corde: sicut homo hospite magnū quem hospitio suo suscepit diligenter seruat & honorificē custodit: quia magnus hospes non recipitur nisi in magno cōmodo: sic quilibet Christum in pascha suscipiens diligenter seruare debet. Prou. 27. Qui seruat ficū comedet fructū eius: & qui custos est domini sui glorificabitur. Propter quod dicit Ber. Nobilem hospitem habes o caro, nobilis est valde, tota enim salus tua in eius salute est. Da igitur honorē hospiti tuo tanto, quia si quid honoris est in te, hospitis beneficio tibi euenisse cognoscas, discessus enim eius probat quid præsentia eius conferrat. Tertiò, diligēter seruare debemus mandatū dominicū. Nam dicitur Io. 14. Qui habet mādāta mea & seruat ea, ille est qui diligit me. Et Matt. 19. Si vis ad vitam ingredi serua mādāta Dei, & 1. Io. 3. Qui seruat mādāta eius, in illo manet & ipse in eo. Deinde Eccle. 25. Si volueris mandata seruare, cōseruabunt te. Hier. Aeternā vitam nō nisi per diuinorum præceptorū custodiā promereri possumus: quia qui vitam nō habuerit regni cœlestis nō potest esseceptor vitæ in quo

quo nō mortui, sed viui requiescūt. Itē nō potest à dño mereri quod petit, qui nō vult audire quod iussit. Quarto debemus seruare pacē, de qua apostolus ad Eph. 4. Solliciti sitis seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis. Gl. solliciti, i. studiosi, cauti & attēti seruare. Hæc pax est, si bona nostra inuicē diligamus: si peccata quæ sine damno tritici, aut cū spe salutis corrigendorū eradicari nō possunt vsq; ad messem vltimā toleramus. Diligenter autē mandata huius pacis seruanda sunt. Sed qualiter seruari debeant Isid. ostendit dicēs, Pax cū bonis semper est habenda, & bellū cū vitis. Mala si quidē impiorū odienda sunt. Itē nota alia quatuor quæ diligenter seruare debemus, videlicet patientiā in aduersis ne frangamur, timorē dñi in prosperis ne extollamur, verbū dei vt inflāmemur & illuminemur, fidē catholicā vt coronemur. Primo ergo seruanda est patientia in aduersis ne frangamur. Apoc. 3. Quoniā seruasti verbū patientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora tentationis. Ideo dicit Aug. Qui fuerit patiētiōr ad iniuriā tolerandā, præstantior cōstituerit in regno dei, sed q̄ perdit patientiā perdet coronā. Secūdo seruare debem⁹ dñi timorē ne in prosperis eleuemur. Eccl. 2. Serua timorē illius & in illo veterasce. Sed quid timor dñi in anima operetur, Ber. declarat, dicēs, Timore anima cōcutitur, cōscientia discutitur, sollicitudo incutitur, amor dei custoditur. Qui habet hanc gratiā, omnē odit iniquitatē. Sine hac gratia gratiarū primo nullū bonū pullulat, vel manere potest virtutū edificiū, sed ilicō vertitur in præcipitiū si huius miseris præfidiū. Tertio seruare debemus verbū diuinū vt inflāmemur & illuminemur. Vtrūq; em̄ verbū diuinū parat, & idcirco seruandū propter primū dicitur. Ps. 118. Lucerna pedib⁹ meis verbū tuū, & lumē semitis meis. De secūdo ibidē. Eloquiū dñi inflāmauit me. Et de his duobus Ier. 20. Factus est sermo tuus in corde meo quasi ignis exarsuans claususq; in ossibus meis. Quòd autē verbū dñi hominē beatū faciat, testatur dñs Io. 8. dicēs, Si q̄s sermonē meū seruauerit, mortē nō gustabit in æternū. Sed qui verbū dei nō libenter audiūt, nec de ipso curāt, in die iudicij horribilē vocem audiēt. Quia dicit Ber. Si durū vobis videtur audire, Agite penitentiā, erratis, quia audituri estis sermonē durissimū, Itē maledicti in ignē æternum. Quā bonū autē sit audire verbum dei dicitur Apocal. 3. Ecce dedi coram te ostium apertum quod nemo potest claudere: quia modicam habes

virtutē & seruasti verbū meum, & nō negasti nomē meum. 1. Io. 2. Qui seruat verbū eius, verē charitas dei perfecta est in illo. Ber. Serua sermōnē dei quoniā dulcia sunt faucibus tuis eloquia dei. Et cor viuificant. Ps. 118. Eloquiū tuū viuificauit me. Quarto seruare debemus fidem catholicam vt coronemur. 2. Tim. 4. dicit apostolus, Fidē seruauit. de reliquo, i. de futuro reposita est mihi corona iustitiæ. Quarta autem potestatis & virtutis sit fides, ostendit Bernard. super Cant. dicens, Fides inaccessibilia attingit, deprehendit ignota, comprehendit immensa, apprehendit nouissima. Ipsaq; deum in æternitate in suo latissimo sinu concludit, &c.

DE EODEM, ENARRATIO LXXVII.

Pro eis rogo non pro mundo. Ioan. 17.

Bonus & mitis rex solet habere aduocatos & milites mi-
res, sed nō rebelles. Spiritualiter, & sic rex gloriæ exau-
dit obedientes & fideles. Ergo clamat ecclesia in introitu,
Miserere mihi dñe quoniā tribulor, libera me & eripe me
& audi voces aduersariorū meorū, & à persequentibus me, dñe
nō confundar, quoniā inuocaui te. Sed non rebelles, vt pa-
ter in epistola Ier. 18. Dixerunt impij Iudæi ad inuicē, Veni-
te cogitemus contra iustū, percutiamus eū lingua, & nō at-
tendamus ad vniuersos sermones eius. Attende dñe ad me
& audi voces aduersariorū meorum, nunquid reddetur pro
bono malū, quia foderūt foueā animæ meæ. Recordare q̄
steterim in conspectu tuo vt loquerer pro eis bonū, & auer-
tere indignationē tuā ab eis, propterea da filios eorū in fa-
mē, & deduc eos in manus gladij. Fiant vxores eorū absq;
liberis, & viduæ, & viri earū interficiantur morte. Iuuenes
eorū confodiantur gladio in prælio. Audiatur clamor de do-
mibus eorū, i. peccatum. Adduces eos super latrones repen-
tē, &c. Ne propiciaris iniquitati eorū, & peccatū eorū à fa-
cie tua non deleatur. Et sic Christus rogauit pro obedienti-
bus & nō pro malis, dicens, *Pro eis rogo non pro mundo.* In sum-
euang. duo innuuntur. Primo petit pro se, ibi, *Pater clarifica
filium tuū.* secūdo petit pro fidei collegio, ibi, *Pater pro eis ro-
go, &c.* De primo dicit, In illo tēpore, s. post dominicā cenā,
s. feria quinta cū Iudas abiisset ad principes sacerdotum.
Tunc ait Iesus, Surgite eamus hinc, &c. Et docuit eos mul-
ta inter cætera. Et ait stando hæc quæ sequuntur, *Subleuatis
oculis in cælū,* s. cū Christus orare voluit. Nota differentiam
inter orationē Christi & nostram orationem. Oratio nostra
est

est ad necessitatem. 1. Cor. 4. Quid habes quod non accepi-
sti? Et 2. ad Cor. 3. Sufficientia nostra ex deo est Sed oratio
Christi est ad nostrā instructionē. Gregorius, Omnis Christi
actio est nostra instructio. O si voluerimus exaudiri, debe-
mus leuare quatuor. Primo oculos, ad cælestia contēplan-
do. Ps. 122. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cælis.
Commune est proverbum, Vbi amor, ibi oculus. Et nihil
amare debemus nisi cælestia ergo ibi eleuamus oculos con-
templationis. Phil. 3. Nostra conuersatio in cælis est. Item
Mat. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuū. Et sic in cælo.
1. Cor. 2. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor ho-
minis ascendit, quæ præparauit deus his qui diligunt illū.
Vnde Aug. Quod deus præparauit diligentibus se, fide non
capitur, spe non attingitur, charitate non comprehenditur,
desideria & vota trāsgreditur, acquiri potest, æstimari non
potest. Secundo si volumus exaudiri, debemus leuare vo-
cem, s. in oratione. Luc. 17. Decem viri leprosi leuauerunt
vocem suam, dicentes, Iesu præceptor miserere nostri. Et
sic nos peccatores. Et sic Susanna Daniel. 13. Aens suspexit
in cælum. Erat enim cor eius fiduciam habens in domino.
Et sic Ps. 3. Voce mea ad dominū clamaui, & exaudiuit me
de monte sancto suo. Tertio leuare debemus manus ad cæ-
lū, i. opera cælestia agendo. Psal. 62. In nomine tuo leuabo
manus meas. Ille leuat manus in nomine domini qui agit
opera deifica. Et talis exauditur. Exod. 17. Cūque leuaret
Moyses manus vincebat Israël. Sin autem paululum remi-
ssisset, vincebat Amalech. Et sic quilibet fidelis debet leuare
manus ad deū. Et sic Psal. 118. Leuaui manus meas ad man-
data tua quæ dilexi, & exercebor in iustificationibus tuis.
Quarto debemus leuare caput spei. Lu. 21. Leuate capita ve-
stra, i. spem exauditionis. Ps. 36. Spera in dño & fac bonita-
tem, & dabit petitiones cordis tui. Et propheta, Quis spera-
uit in dño & derelictus est: quasi dicat, nullus. Thre. 3. Bonus
est dominus sperantibus in eum. Iac. 1. Si quis indiget po-
stulet à deo in fide nihil hæsitans. Sequitur, & ait, Pater ve-
nit hora, non dicit tempus nec dies: quia statim capiendus
erat, non hora fatalis, sed suæ ordinationis & beneplaciti.
Clarifica filium tuum, quasi dicat, Venit hora passionis &
seminandæ humilitatis, ergo non differas fructum clari-
tatis, clarifica filium tuum. Sed diceres, tamen filius est sa-
pientia, & dicitur sapientia patris, & cū maximam clari-

ratē habeat quō dicitur claritas clarificari, præsertim cū dicitur splēdor gloriæ. Heb. 1. Respōderur, Christus petebat tripliciter clarificari à patre. Primo in passione per mirabilia quæ tunc ostēsa sunt. Vnde Cēturio visis tot & tantis miraculis ait, Verē filius dei erat iste. Secūdo in resurrectione. Nā in Christo fuerūt tres substantiæ quæ ante resurrectionē videbātur esse obscuræ, videlicet caro, aīa, & diuinitas. Caro videbat̄ obscura ppter mortalitatē, anima ppter passibilitatē, diuinitas videbatur obscura, quia paucis erat manifesta. Sed in resurrectione clarificata est caro, quia induit impassibilitatē & felicitatē, & tūc diuinitas manifestata est, quia accepit manifestationē. Tūc enim deus manifestatus est, ex eo quod per diuinitatis suæ patiētiam resurrexit. Tertio in notitia omnīū populorū. Sap. 8. Habebo claritatē ad turbas, & honorē apud seniores. *Clarifica filiū*, i. manifesta toti mundo me esse filiū tuū propriū, vt filius tuus clarificet te, s. in notitia hominū. Aug. Resuscita me vt innotescas toti mundo per me. Filius em̄ toti mūdo clarificauit patrē. Nā prius tantū notus erat in Iudæa deus, nūc autē omnib⁹ gētibus à filio notificatus est. Io. 1. Deū nemo vidit vnquā nisi vnigenitus filius eius qui enarrauit nobis. Primo autē manifestauit suā misericordiā. Lu. 6. Estote misericordes sicut & pater vester misericors est. Secūdo eius liberalitatē. Lu. 12. Nolite timere pusillus grex, quia cōplacuit patri vestro vobis dare regnū. Idcirco nullus infidelis potest se excusare quod in deū nō credat, quia toti mūdo manifestata est notitia sua. Itē nullus peccator potest desperare de deo, quia toti mūdo manifesta est misericordia sua. Itē oēs iusti debent confidere in deo quia nota est eius liberalitas & doctrina. Quilibet autē fidelis deberet hāc supplicationē porrigere deo omnipotenti prius subleuatis oculis voce & manibus, vt paruit. Deinde debemus clamare, Pater. Et bene dicitur pater ratione creationis, quia creauit nos. Deut. 32. Nunquid nō ipse est pater tuus qui possedit te & fecit & creauit te? gl. Fecit corp⁹, creauit animā, possidet totū, ergo meritō diligēdus. Ber. Si diligis patrē carnalē à quo habes partē corporis, quātō plus diligere tenetis eū à quo habes corp⁹ & animā? Sed heu vt dicitur Deut. 32. Oblitus es dñi creatoris tui. Secundo dicitur pater ratione miserationis. Psal. 102. Quomodo miseretur pater filiorū, miserus est dñs timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Figmentum, s. fragilitate &

proni

pronitate ad peccandū. Figuratur Luc. 15. in filio prodigo, quomodo pater benignē eū recepit. Ber. Quāta est miser cordia Dei: quā nō minus diligit peccatorē cōuersum, quā qui nūquā peccati maculā cōtraxit. Tertio ratione procurationis. Nā procurat filiis necessaria. Matt. 6. Nolite solliciti esse dicētes, quid māducabimus aut quid bibemus; &c. Scit enim pater vester quia omnibus his indigetis. Nā idē Deus qui quadraginta annos Iudæos pane cœli in deserto pavit & vestimēta & calciamēta eorū vetustate nō sunt cōsumpra. Deu. 29. Nec erat in tribub. eorū infirmus: etiā hodie nobis prouidet de necessariis. Illis enim dedit panē cœli, nobis corpus suū: illis aquā de petra, nobis sanguinem de latere: istis terrā promissionis, nobis regnū cœlorū. 1. Pet. 5. Omnē vestrā sollicitudinē proiciētes in eū, quoniam ipsi cura est de vobis. Quarto ratione hæreditariæ promissionis. Ps. 36. Iusti hæreditabūt terrā, & inhabitabūt in seculū seculi super eam. Hoc petimus cū dicimus: Adueniat regnū tuū, &c. *O pater clarifica filiū tuū*, s. in præsentī in gratia, & in futuro in gloria. Primo in præsentī clarifica. Et hoc nos petere debemus, s. vt clarificet nos in tribus, s. corde, ore & opere. O quā necessaria est clarificatio in corde, quod obscuratū est per malas cogitationes. Ezech. 14. Viri isti posuerūt immūditias in cordibus suis. Mich. 2. Væ vobis qui cogitatis inutile, & operamini malū in cubilib. vestris. Nā tales similes sunt sepulchris dealbatis quæ intus sunt plena ossibus mortuorū & omni spurcitia. Matt. 23. Ergo opus est clarificatione in corde. Nā quis poneret cibū delicatum in vas fœtidū & maculatū? quasi dicat, nullus. Et sic nos si capere volumus cibū vitæ, debemus clamare illud Luc. 1. Illuminare his qui in tenebris sedent, s. cordis. Ps. Illumina oculos meos, s. in timore eius, ne vnquam obdormiam in morte, &c. Secūdo in ore opus est clarificatione. Esaiā 6. Væ mihi quia tacui: quia vir pollutus labiis ego sum, &c. Ergo pete clarificationem. Psal. 50. Domine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam. Tertio in opere. Et circumloquitur opus in manibus, sicut habetur Gen. 37. Non occidamus eum, melius est, vt venundetur Ismaelitis, & manus nostræ non polluantur, scilicet ad modum lutī. Psal. 80. Manus eius in cophino seruerunt, i. in seruili opere, peccata enim seruilia opera sunt. Et cophinus est vas in quo lutum platearum posuerunt filij Israel. Ergo necessaria est clarificatio. Psal. 17. Illumina de-

mine tenebras meas, s. in operatione. Vt filius tuus clarificet te, s. in corde per dilectionē, cum Ps. 17. Diligam te dñe, dicendo, Confitebor tibi in toto corde meo, &c. P sal. 9. In ore per benedictionē. Ps. 62. Benedicā te in vita mea. Itē Ps. 70. Repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam, &c. Et in opere clarificemus deum per bona opera. Secundo pater clarifica filium tuum, s. in futuro per gloriam. Hęc est vera clarificatio. 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmatē, tunc autem facie ad faciem. De qua visione dicit Fulgentius, In speculo tria videmus, nos ipsos, speculū, & quicquid circumstat. Et sic in speculo diuinę claritatis tria videmus, nos ipsos & deum in quantum possibile est nobis, & cętera omnia in vera & certa scientia cognoscimus. Hanc clarificationem pete, dicens, *Pater clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te*, s. in futura patria. De qua clarificatione dicit Aug. in lib. 22. de ciuitate Dei: Ipse deus est finis desideriorū nostrorum qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. Nam ab aliquibus sicut damnatis Christus abscondit faciem suam. Deut 32. Abscondam faciem meam ab eis, & cōsiderabo nouissima eorū. Aliquibus ostendit splendorē faciei suę, sicut sanctis viris in presenti vitā. Vnde propheta non est ausus petere visionē faciei, sed splendorē, dicens: Illustra faciem tuā super seruum tuum. Ps. 30. Beatis verò aperte ostendit. 1. Io. 3. Videbimus eum sicuti est. Itē sine fastidio amabitur. Sed amor carnalis quandoque habet fastidium. Eze. 16. Facta est quasi meretrix fastidiosa augens pretium. Aliquando vertitur in odiū, vt patet 2. Reg. 13. Postquā Amnon oppressit Thamar sororem eius & cubauit cum ea, exosam eam habuit odio magno nimis, ita q̄ maius esset odium quo oderat eā, amore quo ante dilexerat. Aliquādo amor ille vertitur in absynthiū. Pro. 5. Nouissima illius amara quasi absynthiū. Deus autē amatur cū suauitate & dilectione. Eccl. 2. 4. Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitiēt. Itē sine fatigatione laudabitur: nā laudantes eum non fatigantur, sed erit eis illa laus iucunda. Ps. 103. Iucundum sit eloquium meum, ego verò delectabor in dño. Nam illud erit deo acceptum sacrificium. Psalm. 49. Nunquid manducabo carnes tauro- rum, &c. Immola deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tuā. Et sancti dei non cessant die ac nocte deum laudare. Isaie sexto. Clamabant alter ad alterum & dicebant,

Sanctus,

Sanctus, sanctus, sanctus dñs Deus exercituum: plena est omnis terra gloria eius. Nā habet magnū meritum ex illa laude. De quo Eccl. 14. Qui me elucidāt habent vitam æternam,

DOMINICA PALMARVM,

ENARRATIO LXXVIII. DE EVANG.

Turba multa quę conuenerat ad deum festum, cū audissent quia Christus venit Ierusalem, acceperunt ramos palmarum & processerunt ei obuiam. Ioannis 12.

Per palmā significatur victoria: palma enim olim victores coronabatur. Per palmā quoq; significatur perseuerantia, palma enim diutissime perseuerat, vt tandē fructum habeat. Iob 29. Sicut palma multiplicabo dies. Rami autem opera vel exempla sunt. Cū palmarū ergo ramis, i. cum vātoriosis & perseuerantibus operibus & exemplis honorandus est Iesus. Per has enim palmas fides nostra cōfirmatur in mūdo, mens nostra securatur in extremo, vita nostra approbatur in iudicio, gloria nostra augmentatur in cœlo. De primo Exo. 15. Venerunt autē in Helim filij Israel, vbi erant 12. fontes aquarū & 70. palmæ, & castrametati sunt iuxta aquas. Helim interpretatur robusti vel desiciētes, & significat ecclesiā in qua sunt firmi & infirmi, perfecti & imperfecti. Duodecim fontes & 70. palmæ sunt 12. apostoli & 72. discipuli: licet enim duo discipuli superabūdēt secūdū scripturā sicut ibi dicit gl. hoc tamē non facit vim diuinitati. Vel duodecim fontes sunt 12. articuli fidei, qui in simbolo cōtinentur. Isa. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris, &c. Quia verò fides sine operibus mortua est: ideo septuaginta palmę iuxta fontes esse debent. Septuaginta sunt septies decē: septuaginta ergo palmę sunt oēs victores & perseuerātes in bonis operibus vel omnia victoriosa & perseuerantia opera sūt per 7. dona spiritus, cōtra septē vitia in decem mādatorū obseruātia. Hęc palmæ habēt flores virtutum in mūdo. Ps. 19. Iustus vt palma florebit, &c. Fructus verò p̄miorū habēt in cœlo. Can. 7. Ascendā in palmā & apprehendam fructus eius. Fructus ex palma Christus dici pōt. Aug. Erpalmatur, qui est vera palma victorię. Spinis coronatur, qui spinas peccatorū venit cōstringere. De secūdo Iud. 1. Filij autē Cinei cognati Moyfi ascēderūt de ciuitate palmarū cū filiis Iuda in desertū fortis eorū. Cineus luctus interpretatur, & significat penitētē. Mat. 5. Beati qui lugent, &c.

Iuda glorificās interpretatur, & significat illū qui ait 1. Reg. 2. Quicūq; glorificauerit me, glorificabo eū: qui autē contemnūt me erūt ignobiles. Verē ignobiles sunt quorū pater diabolus est. Filij Iuda angeli sunt, desertū sortis eorū est regnū cœlorū. Hoc est desertum in quo 99. oues, i. nouē ordines angelorū dimittūtur: sicut dicitur Luc. 15. Filij Cinci, i. lugentes pro peccatis ascendūt in morte cum filiis Iuda, i. cum angelis ipsos deducētes in sortē eorū, i. in ordines angelorum. Hier. Legimus sepe angelos animas electorū vsq; ad cœlos cū hymnis atq; laudibus deduxisse. Fiduciā ergo ascendēdi cū angelis in morte habebis quādo cū palma victoriā & perseueratiā veneris. Vnde bene legitur 3. Reg. 6. q̄ Salomon in ostiis templi sculpsit Cherubin, i. similitudinem angelorū & palmas in quo significatur q̄ per ostiū tēpli cœlestis per angelos & per palmā victoriā intrandū est. O felix victoriā per quā talis habetur in morte fiducia. Gre. Initiū retributionis est in obitu securitas mentis De tertio Deut. 25. Iudices quē iustū esse perspexerint illi iustitię palmam dabūt: quē impium condemnabunt impietatis. Iudices sunt illi, de quibus Matt. 19. Sedebitis super sedes iudicātes duodecim trib. Israēl. Isti iudicabūt approbatione, sed summus iudex autoritate. Dabit quidē iustis palmā iustitiā, i. pro iustitia honorem vel coronā victorię. 2. Tim. 4. Reposita est mihi corona iustitiā, quā reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Sed quia nemo coronabitur, nisi qui legitimē certauerit: ideo si vis habere palmā in iudicio vince vitia in mūdo. Greg. Sine laboris certamine nō est palma victoriā. De 4. Apoc. 7. Vidi turbā magnam, quam nemo dinumerare poterat ex omnibus gentibus & tribubus & populis & linguis, stātes ante thronū, & in cōspectu agni amicti stolis albis: & palmā in manibus eorū. Stolę albe sunt mūdisimę beatorū claritates. Palmę in manibus sunt beatorum retributiones, quas habēt ex perseuerētia in bonis & virtuosis operib; propter hoc bene legitur 3. Reg. 6. Omnes parietes tēpli textit auro, & fecit in eis Cherubin, & palmas & varias picturas. Hoc est tēplū cœleste in quo omnia auro immortalitatis vel charitatis teguntur. Cherubin sunt angeli, palmę victores, sancti perseuerātes iusti: varię picturę sunt varia p̄miorū ornāmēta. Perseueret ergo nūc in bono qui inter angelos vult habere palmā in cœlo. Ber. Prorsus absq; perseueratiā nec q̄ pugnat victoriā, nec palmā victor cōsequitur.

DE

Eccere rex tuus venit tibi mansuetus sedens super pullum asina, &c. Matth. 21.

Vtinā quilibet nostrū hodie mereatur esse asinus domini. Oportet autē qui vult esse asinus dñi, vt vestimēta ei apostolicorū p̄ceptorū & exēplorū imponat: vt sic Christus in ipso sedeat donec in Ierusalē cœlestē veniat. Cōsiderandū autē q̄ dñs super tria animalia libēter sedet & libenter equitat, videlicet super asinū, super camelū, & super equū. Per asinū autē domini intelligere debemus quemlibet p̄nitentē incipientē. Per camelū quēlibet proficiētē. Per equum quēlibet perfectū & perueniētē intellige. In his dominus sedet per gratiā. De primo dicitur Zach. 9. Ecce rex tuus venit tibi ascendēs super asinā & super pullū filiū asinę. Asinus Christi est qui onus p̄nitentię portat. Eccl. 33. Cibaria & virga & onus asinę, &c. Malus asinus est qui saccum p̄nitentię & dominū insidentē proicit: grauius enim peccator onus assumit. Pl. 37. Sicut onus graue grauatę sunt super me, & grauiorē sessorē, s. diabolū accipit. Sicut signatum est Num. 22. in asina cui insidebat Balaā, quā angelus euaginato gladio astās nec ad dexterā, nec ad sinistrā ire p̄misit, donec asina murmurabat cōtra sessorē cur rētio eam percuteret. Balaā interpretatur deuorās populū, & significat diabolū. De quo 1. Per. 5. Diabolus tāquā leo rugiens circuit quærens quē deuoret, &c. Greg. Ore pestiferę persuasiōnis eos quotidie deuorat, quibus à cōfessione fidei reproba vitā discordat. Huius asina est peccatrix anima, angelus p̄dicatorē vel cōfessorē significat. Mal. 2. Labia sacerdotis custodiūt scientiā, & legem requirēt ex ore eius: quia angelus domini exercitū est: quia gladio extremi iudicij terrēs peccatorem ipsum in via iniquitatis procedere nō permittit secundū voluntatē Balaam, i. diaboli. Diabolus ergo sentiens animā trepidare, & nolle in via iniquitatis procedere: plus eum stimulat, & tertio eum percutit, quando triplici aduersitate, primo in rebus, secundo in amicis, tertio in corpore eum affligit per malos vel per semetipsum: sicut Iob tripliciter percussit. Tandē asina cōtra sessorē diabolū murmurat in cōfessione & in oratione. Et sic peccator incipit proficere in bonis operib; qui tūc bene significatur per camelū. De his duob; incipientibus & proficiētibus dicitur Isa. 21. Vidit currū duorum equitum ascensorem asini & cameli, i.

GG 8

incipientes & proficientes, qui maxime trahūt currum ecclesie: pauci enim sunt perfecti. Camelus est animal aptum ad laborandum, & animal mercatorum est, & merces portare solet. Ita proficientes multū laborant, & merces meriturū vsq; in cœlestem Ierusalem portant. Vnde 3. Reg. 10. Dicitur quod regina Saba, id est, ecclesia ingressa Ierusalem cum comitatu saluandorum & diuitiis meriturū & camelis, id est, proficientibus portantibus aromata bonorum operum, & aurum charitatis infinitum, & gemmas pretiosas virtutum: venit ad regem Salomonem, id est, ad Christum. Beata es anima quæ sic ad Christum venis. Certè bene veneris si aliquid attuleris. Aug. Apud Deum plus habet loci, qui plus attulerit non argenti sed fidei. Caue autem tibi de latronibus, qui talibus mercibus se spoliāt. Greg. De pre-dari desiderat, qui thesaurum publicè in via portat. E contra cameli sunt avari onerati iniustis temporalium diuitiis, quas nisi deponant cœlestem Ierusalem intrare nō possunt. Mat. 19. Facilius est camelum per foramen acus transire: quàm diuitem intrare in regnum cœlorū. Quod bene dicitur Ierusalem. Porta enim est arcta per quam cameli intrare non possunt nisi depositis oneribus. Abiice ergo onera, vt cœlestem intres Ierusalē. De tercio Apoc. 19. Ecce equus albus, & qui sedebat super eū vocabatur fidelis & verax, &c. Perfectus quisquis equus Christi est propter audaciā in bellis contra diabolum, mundū & carnem. Zach. 10. Posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello. Et propter fortitudinē in sustinendo. Iob 39. Nunquid præbebis equo fortitudinē, aut circumdabis collo eius hinnitum? Item propter velocem currum qui desiderii & effectibus festinant ad patriam. Vnde de equis variis dicitur Zach. 6. Qui autem erant robustissimi quærebant ire & discurrere per omnem terram. 1. Cor. 9. Sic currite vt cōprehendatis. Vnde velociter curreremus si de patria ad quam currendum est cogitaremus. Aug. Cur non properamus & currimus vt patriam nostram videre & parentes salutare possimus, magnus enim nos illic charorum numerus expectat. E contra. Equi diaboli sunt qui precipites ad peccatum currunt ad infernum. Prouerb. 1. Pedes eorum ad malum currunt & festinant vt effundant sanguinem. Et certe tales equi cum sessore suo diabolo cum ipsis nunc de vitio ad vitiū curstante in profundum pœnarum mergentur. Exo. 15. Equum & ascensorem proiecit in mare.

DE

DE EODEM, ENARRAT. LXXX.

238

Plurima autem verba strauerūt vestimenta sua in via. Mat. 27.

Diuertitas opinionū fuit antiquitus cui debebatur honor & reuerētia exhiberi. Aliqui enim dixerūt quod nobilitati generis, vt quantū aliquis esset maioris & nobilioris generis, tātō ei plus honoris deberetur. Alij dixerūt quod honor deberetur diuitiis: vt homo quātō esset ditior & opulentior, tātō plus sibi deberetur honoris. Alij dixerunt quod sapientia: vt quātō aliquis esset sapiētior, tātō magis erat dignus honore. Alij dixerūt quod virtuti: vt quantū aliquis esset virtuosior, tātō magis ceteri ipsum honorare deberēt. Huius sententiæ fuit Arist. dicēs Ethic. 4. quod honor est exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis. Inter istas autem opiniones vltima fuit verior. Cuius ratio est: quia honor non est alicuius nisi inquantū bonus est. Et ideo dignum est quod primò honorandus est ipse Deus qui est essentialiter summum bonū. Et quia homo per virtutem efficitur bonus: idcirco etiam tali debetur honor. Quia verò cum altitudine generis & diuitiarum & potentia magnitudine necnon claritate sapiētiæ possunt aliqui carere virtutibus, & per cōsequens bonitate: idcirco propter ista honor principaliter eis nō debetur. Sed cum omnia simul reperiretur in aliquo potente, quod, scilicet esset nobilis genitus, diuitiis opulentus, potentia magnus, sapientia clarus, virtute præditus: talis merito esset honorādus, præcipuè cum esset tātā benignitatis & misericordiæ, quod tribulatis & in afflictione positus misericorditer subueniret. Cum igitur hæc omnia excellenter reperiretur in Christo, nam ipse est nobilior natus: quia filius Dei patris. Mat. 27. Verè filius Dei erat iste, scilicet Christus. Est etiam diuitiis opulentus. ad Ro. 10. Nam idē dominus omnium diues in omnes qui inuocāt illum. Est potentia magnus. Luc. 24. Qui fuit vir potēs in opere, id est, virtute, & sermone corā omni populo. Sapiētia clarus. Col. 2. In quo sunt omnes thesauri sapiētiæ & sciētiæ absconditi. Est etiā virtute præditus. Vnde de ipso dicitur Eccl. 24. In me omnis gratia viæ & veritatis: in me omnis spes vitæ & virtutis. Cum ergo ipse propter suā misericordiā generi humano captiuato peccatorum vinculis subueniret ipsum absoluēdo: idcirco ab omnibus cum reuerentia est honorandus. De quo honore Christo factō fit mētio in Euāgelio cum dicit: *Plurima autem verba, &c.* In summa Euangelij tria innuit Euangelista.

Primò

Primò ponit captiuitatem affligentem, ibi: *Cùm appropinquasset Iesus.* Secundò subdit pietatē liberantem, ibi: *Soluite, &c.* Tertiò ponit societate honorantem, ibi: *Plurima autem turba, &c.* De primo dicit: *Cùm appropinquasset Iesus, &c.* Postillam huius Euāgelij quere in Enarratione de tēpore, s. Dominica prima in aduētū. Pro doctrina sciendū, multiplex honor legitur hodie Christo esse impēsus. Primò honorabāt eū discipuli afinā adducētes. Secūdo turbæ obuiā procedētes. Tertio ramos palmarū portātes. Quarto vestimēta prosternentes. Quinto pueri clamantes & laudantes. Spiritualiter, sic hodie discipuli, i. sacerdotes honorare debēt Christū. Nam ipsi sunt discipuli missi à monte Oliueti, i. ex misericordia Dei, in castellum, i. in mundum ad soluendum afinam, cum pullo, id est, peccatores, qui propter peccata facti sunt bestiales. Vnde Psal. 48. Homo cū in honore esset nō intellexit: cōparatus est iumētis insipientibus & similis factus est illis, s. afinis. Et Ber. Puto si animalia possent loqui, dicerēt: Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est. Hic afinus legitur vinculis peccatorū. De quo Chry. Antequam peccamus liberi sumus, sed postquā peccato mortali nos obligauerimus, ligati sumus iugo diaboli. Pro. 5. Funibus peccatorum quisq; cōstringitur. Ista ligatio fuit prophetata Eze. 3. Ecce data sunt super te vincula, & ligabūt te in eis. Sed heu peccatores etiā rudiores sunt quā afinus. Nā legitur Num. 22. quod afinus Balaam timore diuinæ seueritatis vidēs euaginatū gladiū angeli locuta est. Sed heu, multi sunt peccatores sciētes seueritatē diuinæ iustitiæ quasi gladiū ex vtraq; parte scindentē nō loquētes in cōfessione seu oratione. O si illū afinū mutū hodie posses adducere: vt, s. sic loqueretur in cōfessione & oratione. Sed Iesus nō sedet in afino ligato. Vis ergo esse afinus Christi, soluaris primo à vinculis peccatorū. Isa. 52. Solue vincula colli tui captiua filia Sion. Secundò honorabant eum turbæ obuiam procedentes. Io. 22. Turba multa quę cōuenerat ad diē festū, cū audisset quia venit Iesus Hierosolymam acceperūt ramos palmarum, & processerunt obuiā ei. Et sic nos. Amos 4. Præparare in occursum domini Dei tui, s. cū pura conscientia euellendo sordes peccatorū. Gre. Tergat sordes prauis operis qui præparat Deo domū mentis. Sed heu quidam occurrūt Deo & recipiunt eum, sed non seruant: sicut Iudæi hodie ei occurrerunt & eum receperunt, sed non tenuerunt. Nam de sero

circua

circumspectis omnib⁹ à nullo erat in hospitio receptus, sed iuit in Bethaniā. Et sic hodie multi sunt tales. Et illi occurrunt Christo in iudicio, sed non recipient regnū ab eo, quibus dicit illud Matt. 25. Nescio vos. Quidam verò occurrerunt ei & non receperūt, sed crucifixerunt eum, vt Iudæi in die Parasceues. Et sic peccatores in mortali adhuc existentes. Hebr. 6. Rursum crucifigentes filiū Dei. Quidam occurrerunt & receperūt eum & cōpulerunt eum manere vt Samaritani. Io. 4. Rogauerūt eum vt ibi maneret: & māsit ibi duos dies. Et sic boni occurrunt hodie Christo per contritionē, & recipiunt eum per deuotionē: & cōpellunt eum manere per orationē & honorū operū continuationem vt duo discipuli euntes in Emaus. Luc. vlt. Mane nobiscū dñe, &c. Et intrauit cum illis. Tertio honorabant eum turbę ramos palmarū de arboribus cædentes. Ramus enim bonum opus significat. Quot enim bona opera propter Deum facis, tot eum ramis honoras. Arbor palmæ significat victoriā, id est iustorū vitam. Psal. 91. Iustus vt palma florebit. Et ab illa arbore debemus ramos virtutū capere. Cant. 7. Ascendam in palmam & apprehendam fructus eius. Respice Abraham & frange ab eo ramū fidei. A Iob ramū patientiæ. A David ramum misericordiæ. Ab apostolis ramū charitatis. A martyribus ramū constantiæ. A cōfessoribus austeritatem vitæ. A virginibus ramū castitatis & pudicitię. Si hos ramos habueris, Christo occurrere poteris: & à Noë, i. Christo in arcam misericordiæ suscipieris. Quod figuratū est in columba ad Noë veniente cum ramo virente, Gen. 8. Spiritualiter, sic & ramus boni operis debet virere in charitate. Vnde isti honorant Deum cum ramis aridis qui bona opera faciunt viuendo in peccatis. Greg. Nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si non manet in radice charitatis. Et hos ramos non debes portare in ore sicut bruta, s. tantummodo loquēdo, sed in manibus, i. in operibus. Apoc. 7. Amicci stolis albis & palmæ in manibus eorū. Et sic turba hodie honorauit Christum, sed iste honor versus est in Parasceue in contumeliam. Nam applicuerunt eum ad crucē, cuius pars vna erat de palma. Sic multi in hac quadragesima honorabunt Christum cū ramis palmarū, i. operibus bonis, & post Paschæ festum inhonorant eum cum vitis & cum concupiscentiis prauis, vt de eis posset dici illud Deut. 32. Deum qui te genuit dereliquisti. & oblit⁹ es domini creatoris tui.

Quartò

Quartò honorabant eum, vestimenta prosternentes. Et sic nos debemus prosternere vestimèta. i. corpora nostra. Quid enim sunt corpora nisi quadam animarū vestimèta? Iob 13. Quasi putredo consumèdus sum: & quasi vestimentū quod comeditur à tinea. Hoc vestimètū in via prosternit qui corpus suum pro Christo exponit. Quod si pēfāremus quomodo Deus vestimentū corporis sui pro nobis exposuisset, & sanguinem suum fudisset: tunc facilius esset nobis pro ipso vestimentū nostri corporis passionibus exponere: nec illud afflictionibus scindere formidaremus, sicut figuratum est Gen. 37. In Iacob, qui videns tunicā Ioseph sanguinolētā scidit vestimèta sua. Parū autem est si pro illo scindas tunicam vilissimā, qui pro te scidit tunicā pretiosissimam. Quid enim aliud est corpus tuū ad corpus illius: quā vestimètum vile respectu pretiosissimi? Bern. Nōne si confiteretur omnes dies vitæ filiorum Adam in me, & omnes dies seculi & labores omnium hominum qui fuerūt, s. & qui sunt & qui erunt: nihil essent ad cōparationē corporis illius quod spectabile & stupendum est virtutibus etiam supernis. Scindes ergo saccū pro purpura Christi: scindes saccum tristitiæ vt recipias stolam iustitiæ. Psal. 29. Concidisti saccū meum & circūdedisti me lætitiā. Sed iste honor versus est in cōtumeliam feria sexta proxima, cū diuiserunt vestimèta sua denudantes eum: & sic aliqui nunc prosternūt vestimèta corporum. Post hoc festū, s. Paschæ in crapulositate viuunt & ebrietate denudantes Christum. Quintò, honorabāt Christum pueri clamantes: *Osanna*, id est saluos nos fac in excelsis, quasi dicerēt: Salutem in terris non inuenimus: idcirco confer nobis de excelsis: sic nos clamare debemus Deū honorando. Psal. 49. Sacrificium laudis honorificabit me. Sed iste honor feria sexta versus est in contumeliā cū clamabant: Crucifige, crucifige. Heu sic nunc aliqui honorāt Deū orando, sed post Pascha inhonorāt eum verbis mendosis & opprobriosis, sed tu non sic. Tob. 4. Omni tempore benedic Deum, & pete ab eo vt vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneāt. Ratio Gen. 27. Qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Et illi accipient benedictionem in iudicio cū diceretur eis: Venite benedicti, Matt. 25. Item sciendum: hæc laus & processio facta est à pueris & à pauperibus & non à diuitibus & potentibus & à sapientibus. Nam de omnibus diuitibus tantum vnū habuit, s. Zachæum. De quo

quo habetur Luc. 19. Et de potentibus vnū solum, s. Centurionem. De quo Matt. 8. Et de sapientibus vnū solum, s. Nicodemum. De quo Io. 7. Ideo 1. Cor. 1. Videte enim vocationem vestram, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potētes & nobiles, sed quæ stulta sunt mūdi elegit Deus vt confundat sapientes. Et ideo hodie huic processioni quæ erat plena gaudio adiungitur passio quæ erat ignominiosa. Nam licet turba & pueri Christum laudabāt, & honorabant: tamen scribæ & Pharisæi iam in cordibus eorū cum crucifigebāt, & his laudibus cōtradicebant. Luc. 19. Magister increpa discipulos tuos. Quibus respōdit: Amē dico vobis, quia si isti tacuerint, lapides clamabunt. Ideo Bern. Quid sibi vult ista mirabilis cōiunctio, aut quid cogitauerūt patres nostri passionem addentes processioni? nihil aliud nisi quod post illum honorabilē cōcursum hodie domino exhibitū in ingressu Hierusalem in breui esse subsecutā passionis ignominiam. Ideo nota quod in hac processione possumus in quatuor instrui & doceri. Primò, quod gloria huius mūdi est instabilis, & quod in ea fiducia nō sit habenda. Vnde Bern. Optime passio est coniuncta processioni: vt discamus in nulla lætitiā huius seculi habere fiduciam. 1. Tim. vlt. Præcipe diuitibus huius seculi nō sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum: sed in Deo vino qui præstat nobis omnia abūdē ad fruēdum. Prou. 14. Risus dolore miscbitur, & extrema gaudij lætus occupat. Et ideo Christus stetit in tali honore. Luc. 19. Secūdo, vt doceamur quod prosperitatē, quādo eā habemus, aduersitatis memoria tēperemus. Eccle. 11. In die honorū ne immemor sis malorū. Ideo prosperitas stultorū perdet eos. Prou. 1. Nam gaudium prosperitatis est quasi forte vinum: & ipsi nesciunt illud tēperare, oculos, s. cordis habendo circa aduersa quæ possunt incidere. Eccle. 7. Cor sapientum vbi tristitia est, & cor stultorum vbi lætitia. Hoc temperamentum docuit nos Christus hodie, cū Hierosolymitanis prædixit euerisionē vrbis futurā. Hoc etiam temperamētum docuit nos in hoc quod honorē illum suscepit in tanta humilitate, s. sedendo super asinam. Vnde Bern. Sicut Deus in passione patiētiā habuit: sic in processione humilitatem habendam curauit. In illa enim tanquam ovis ad occisionem ductus, & quasi agnus coram tondente se obmutescit, & non aperuit os suum. In processione enim parabant se populi vt exirent obuiam

obuiam ei: nec cum latebat quòd nouerat quid esset in homine ppter quod & ipse paratus est non in curribus, nec in equis nec in frānis argenteis auro tectis: sed humilis aselli tergo sedens suppositis apostolorum vestibus, quas ego de pretiosioribus vestibus regionis fuisse nō credo. Item Bern. De hoc tēperamento talis imitetur cogitatio, q̄ natura imitetur & actorē naturæ. Nōnne ille in persona hominis vili limo vitę spiraculū colligauit: nōne autor naturę in persona sua limū verbūmq; contēperauit? Salomonem ideo sapientia deseruit: quia iucunditatē suam amaritudine disciplina contēperare noluit. Tertiō ostendit nobis in coniunctione processions & passionis, q̄ tali fatuitate laborāt, qui gloriā & gaudiū mūdi sectātur, quasi laboraret qui cū processione & gaudio ad patibulū suum vel aliud genus mortis ire vellet. Legitur Io. 6. q̄ Deus fugit quando voluerunt eum facere regē: tunc autē honorē illum non fugit quando ibat ad mortē suā: ad significādū quod iam diximus, quòd qui gloriā quærunt, gloriari volunt in via qua ad mortem suā vadunt. Aug. Nihil aliud est tēpus præsēntis vitę quā cursus ad mortē, in quo nemo vel paululum vel tardius ire permittitur, sed omnes pari motu irgemur: ergo gloria in vita ista est via ad mortē. Greg. Qui præsēntē suauitate capitur, quasi ad interitū ducitur per amœna prata. Hic ostendenda sunt illa tria hominibus quæ mortuo sūt, in quibus mūdi sapiētia retūdatur, & ostēduntur esse fatuitates. Mortuus cū solo sudario sepelitur, quod ostēdit auaritiā esse fatuitatē. Secūdo sub terra ponitur & ab hominib⁹ & iumētis conculcatur, in quo superbiæ ostenditur fatuitas quę super omnes vult esse. Tertiō à vermibus comeditur, in quo fatuitas voluptatis ostēditur quæ de carne tantā curā habuit. Sed diceres, quare ad mortē vadēs tantū honorē voluit suscipere? Respon. primo in nobis exēplum, vt quiuis existēs in honore mūdano debeat recordari mortis. Nā tunc diues fit pauper, & regnās super alios cōculcatur sub istis. Et ideo fatuū est corpus in deliciis nutrire, quod postmodū vermes in cibū debēt habere. Ideo Eccl. 10. Cū morietur homo hereditabit serpentes, bestias & vermes. Secūdo, ideo secundum Chry. voluit sustinere hunc honorem, vt ostenderet se esse illum de quo propheta Zach. dixit: Ecce rex tuus, &c. Tertiō vt ostenderet nos per eius passionem peruenire ad æternam gloriam. Vnde Bern. Tribulatio præsēntis vitę est

via

via gloriæ, via ciuitatis, via habitaculi, via regni. Ideo clamauit Iero, Luc. 23. Memento mei domine dum veneris in regnum tuum. Et ideo duæ processiones fiunt hodie, vna cum honore facta, alia cum contumelia repræsēntatur. Hodie positus super asinam, feria sexta super crucem. Hodie vestimenta sua strauerunt, feria sexta cum denudauerunt. Hodie ramos & flores obtulerunt, feria sexta spinas capitū infixerunt. Hodie regem appellauerunt, feria sexta cum regem negauerunt. Hodie clamauerunt eum saluatorem, dicentes, *Osanna*, feria sexta dixerunt, seipsum non potest saluum facere. Hodie eum benedixerunt, dicentes: *Benedictus qui venit*, feria sexta eum maledixerunt, dicentes, Si non esset hic malefactor, &c. Ideo hodie admiscetur passio processions gaudio.

DE EODEM, ENARRATIO LXXXI. DE EPIST.

Hoc sentite in vobis quod est in Christo Iesu, &c. ad Phil. 2.

Videmus q̄ veri amici solēt sibi inuicem in tribulationibus compati, iuxta illud philosophi in Ethicis, Amicus debet se habere ad amicum, sicut genu ad tibiam. Spiritualiter, sic nos habemus amicum verum, scilicet Christum. Io. 15. vos amicos dixit: quia omnia quæ audiui à patre meo nota feci vobis. Idcirco debemus compati sibi in tribulationibus suis, de quo 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. Figuratur. 1. Reg. 20. Ionathas firmavit amicitiam cū David, & diligebat eum vt animam suā. Spiritualiter, Ionathas interpretatur filius colūbæ, & significat Christū qui conglutinator est nobis in amicitia firma. ex eo q̄ dedit animā suā pro nobis: idcirco eo modo debemus diligere eum vt animā nostram: hoc est vt vitā exponamus pro ipso sicut ipse pro nobis. De quo Eccl. 29. Gratiā fidei iustoris tui ne obliuiscaris, i. Christi. ad quod hortamur in epistola, *Hoc sentite in vobis*. In summa epistolæ tria innuuntur. Primo inducit nos ad Christi cōpassionē, ibi, *Hoc sentite, &c.* Secūdo describit eius humilitatē, ibi, *Cum in forma dei, &c. sed exinaniuit semetipsum formam serui accipiens*. Tertiō subdit eius altitudinē, ibi, *Propter quod exaltabitur*. De primo dicit, *Hoc sentite in vobis quod est in Christo Iesu*, supple fuit, sentite, inquam, nō loquimini tantum sicut qui dicunt & non faciunt, vel prætendunt exterius tantum vt hypocritæ. Pro quo sciendum quòd tripliciter debemus sentire illud quod fuit in Christo. Primo per compassionem, se-

Quadrag. Theol.

H H

cūdo per affectus participationē, tertio per imitationē. Secundum primum modum sciendum q̄ offendit ecclesia in verbo proposito q̄o passionē dñi audire debeamus, opprobria enim et dicta debent nobis cadere super cor: iuxta illud Psal. 68. Opprobria exprobrantiū tibi ceciderunt super me. Clavi enim & lancea quæ corpus eius pertransierūt, pertransire debent corda nostra, sicut & matri eius accidit, sicut Simeon prædixit ei Luc. 2. Et tuā ipsius animā pertransibit gladius. Et notādum q̄ passio interior est quasi crux, cuius brachiū superius est dolor de memoria crucifixi. Inferius brachiū de recordatione propriorū peccatorū. Sinistrū brachiū est dolor de p̄nali miseria peccatorum proximorum. Dextrum brachiū est dolor de perditione animarum. Aug. Sūntne in te viscera Christianæ cōpassionis qui plangis corpus à quo recessit anima, & non plangis animam à qua recessit Deus? Eccl. 2. 2. Luctus mortui septem dies, facti autē & impij oēs dies vitæ illorū. Specialiter cōpassio crucifixi magna debet esse in verbis. Cantic. 1. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea cōmorabitur. Videmus enim mēbra infirmari cū caput infirmatur. Vnde: Cū caput ægrotat cætera mēbra dolent. 1. Cor. 12. Si quid patitur vnum membrū, cōpatiuntur ei omnia mēbra. Sic nos compati debemus capiti nostro, s. Christo. Prou. 17. Frater in angustis comprobatur. Et notandum q̄ multa sunt propter quæ debemus alicui compati, quæ omnia circa Christū occurrūt. Primū est doloris magnitudo, hæc causa verē fuit in Christo. Vnde Threno. 1. dicitur, O vos oēs qui transitis per viā, attendite & videte si est dolor sicut dolor meus. Secundum est amoris magnitudo, hæc causa fuit in beata Virgine propter magnum eius amorē quē habebat ad filiū suum. Gladius enim doloris & cōpassionis pertransibat animam eius. Et de David dicitur 2. Reg. 18. q̄ dicebat, Fili mi Absalon quis mihi tribuat vt ego moriar pro te, i. vita tua. Videbatur enim reputare mortē filij sui grauiorem sua propria morte. De tali bono patre dicitur Isa. 30. Et Iere. 31. qui pro animabus filiorum alligabat vulnera sua, & super omnem vocem turbabantur viscera eius. Propter hanc causam filij qui tenerē amant matres suas, molestiūs ferunt cū eas vident percuti q̄ si ipsi percuterentur. Sed quis dubitaret matrem Christi magis amandam esse à nobis q̄ carnales matres? Quæ mater tanta & tot passa est pro filio suo, quanta Chri

Christus pro nobis? Nonne matrem suā reliquit pro nobis & synagogā matrem suam, & insuper animam suam morti exposuit pro nobis? Ier. 12. Reliqui domū meam, dimisi hereditatem meam, dedi dilectam animam meam in manus inimicorū meorum. Tertium est innocentia, multum enim solemus cōpati ei qui innocenter patitur. Quæ causa fuit verē in Christo, quia ipse peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. 1. Petr. 2. Propter hoc etiā qui lætatur in passionibus aliorum sanctorū, in die passionis Christi contristatur. Quartum est quando pro culpa nostra patitur aliquis. Tunc enim homo qui habet nobilem animam, dolorem ipsius suum reputat per compassionem, sicut etiā patet in David. 2. Reg. 17. qui cū vidisset angelū populum occidentem, quia ipse eum fecerat numerare, dixit ad dominum, Ego sum qui peccaui, & ego iniquē egi, isti qui oues sunt quid fecerūt? vertatur obsecro ira tua contra me & contra domū patris mei. Hæc causa bene fuit in Christo, iuxta illud Isa. 53. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras: & attritus est propter scelera nostra. Nostra est passio Christi nō solum per occasionē, sed etiā quantū ad humilitatē. Et ideo debet esse nostra quantū ad hoc. Quintū est patientis nobilitas, quæ causa bene fuit in Christo qui nobilissimus fuit tanquā altissimi filius, igitur valde alienū erat tale opus ab eo, iuxta illud Isa. 28. Alienum est opus eius vt operetur opus suū, peregrinū est opus eius ab eo. Sextum est patientis benignitas, hæc maxima causa fuit in eo. ad Tit. 2. Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei, nō ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed, &c. Cū autem ipse homo benignus & mitis omnibus est, quæ causa est eū gladio perforari? Itē quæ conuenientia stipitis rigidi & duri ad hominē benignū & dulcē? Ideo ecclesia in illo dulci planctu quem in dominica de passione incipit cantare, spiritaliter plāgit hoc q̄ clavis & lancea mite corpus perforatur, & plāgit q̄ arbor crucis ramos suos fleuens, & naturalis rigor sentescat ille quē dedit natiuitas, & superni mēbra regis mitendat stipite. Septimum est pietas ipsius patientis. Magis enim compatitur ei aliquis quē nouit esse piū & compatiētem, q̄ ei quem nouit esse sine pietate. Ipse enim Deus non miseretur hominibus duris sine misericordia existenti bus. Ideo scriptum est q̄ iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiā. Iac. 2. Et propterea tales non

de facili saluatur. Ber. Nemo duri cordis salutē vnquā adeptus est, nisi quando forte miserās deus abstulerit ab eo cor lapideū & dederit ei cor carneū. Et notificat cor durum, dicēs, quid est cor durū. Ipsum est quod nec cōpunctione scinditur, nec pietate mollicuit, nec mouetur precibus, nec minis cedit, duratur ad flagella, ad beneficia ingrātū, ad consiliū inuidum, ad iudicia sēuū. inuerecundū ad turpia, impaidū ad pericula, inhumanū ad humana, temerariū ad diuina, p̄teritorū obliuiscens, presentia negligēs, futura non p̄uidens. Vel vt breuiter cuncta cōplectar, Ipsum est quod nec Deū timet, nec hominem reueretur. Hęc causa benē fuit in Christo. Ex cōpassione enim passus est omnia quę in mundo isto passus est. Videtur aliquibus magistris q̄ fuit maior in eo dolor cōpassionis q̄ dolor passionis, quod ex duobus existimaat. Ex magnitudine charitatis eius & cognitione periculorū quę videbat euentura in mundo isto. Cōpassionem suam expressit lacrymis. Lu. 19. s. quando fleuit super ciuitatem Ierusalem. Et Io. 11. vbi fleuit Lazarum suscitaturus. Et Ioā. 18. vbi cōpatiens discipulis adhuc infirmis ait his qui venerant vt eum apprehenderent, Si quæritis me, finite hos abire. Octauum est exēplum aliorū compatientium alicui. Hęc enim solent hominē excitare ad similiter compatientium. Quę causa bene inuenitur circa Christū cui etiā creaturę intenses cōpassiæ fuerunt, vnde Sol radios suos abscondit quasi traductus tenebras faciens. Petrę scissæ sunt quasi ei cōpatientes & cōpassioni beatę virginis vnigenitū suū in cruce considerantis. Ad cōpassionem etiā nos excitare debet q̄ ab indignis pane immolabatur & morti adiudicabatur, & à peccatorib⁹ morti æternę adiudicatis talia passus est, qui non habuit etiā aliquē consolatorē. Ps. 140. Singulariter sum ego donec transeā. Sequitur de secūdo modo sciēdi, qui est per effectus participationē, hoc modo sentiūt ea quę in Christo fuerunt illi qui ex passione Christi intelligunt quantum cauendum sit peccatū. Ber. Vide homo quanta illa sint vulnera pro quibus oportuit vulnerari Christū. Sic medicinę existimatio, & doloris & timoris exaggeratio est idem. Ex consideratione enim remedij, periculi mei considero qualitatē. Item qui intelligunt quantum sit timendum supplicij, quia si in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet? Super quo dicit Aug. Sine flagello non exiit qui huc sine peccato venit, quomodo flagellis digni nō sunt q̄

huc

huc cū peccato venerunt? Ictē qui ad ignem amoris diuini in cruce nobis ostensū ad deū amandum sunt accensī, sed nimis coagulata videntur corda illa quę ad ignē istū non calefunt. Eccl. 43. Sol in meridiano exurit terrā, in conspectu ardoris eius quis sustinere poterit? Quod de Sole iustitię in sermone passionis intelligi potest. Intensibilis enim videtur qui illum ignē sentire non potest. Item passionē Christi tanquam per effectum sentiunt qui ad vnctionē diuinę pietatis ibi nobis ostensę mites & pij efficiuntur. Ibi enim petra diuisa fuit in patiēdo, sed riuos olei fudit misericordiam suam ostendendo & miserationem suā exhibēdo. Nota pro omnibus mortuus est Christus pro dæmonibus subiciēdis. Iere. 41. Fortis impegit in fortem, &c. pro vinētis educēdis. Zac. 9. Tu autē in sanguine testamenti tui emisisti vinētos riuos de lacu in quo nō est aqua. Et sic p̄ impiis iustificādis. Pl. 13. Redimet dñs animas seruatorū suorū, &c. Et ad Ro. 4. Traditus est p̄pter delicta nostra. Et pro angelis reparādis. Eph. 1. Proposuit deus in dispensatione plenitudinis tēporū instaurare oīa in Christo quę in cælis & quę in terra sunt in ipso. Nota Christus resurrexit à mortuis. 1. Cor. 15. Christus mortuus est p̄ peccatis nostris secundū scripturas, &c. Et quia resurrexit tertia die. Surrexit quidē veraciter cōtra dolosos. Lu. 24. Permanēter cōtra recidiuos. Ro. 6. Christus surrexit à mortuis, s. pro peccatis nostris, ita & nos in nouitate vitę ambulemus. Integraliter contra creaturas. Pl. 56. Exurge gloria mea, &c. Celeriter cōtra morosos. Potēntialiter cōtra tepidos vel accidiosos. Io. 10. Potēntiā habeo ponēdi animā meā & iterū sumēdi eā. Figuraliter cōtra hēreticos. 1. Cor. 15. Si Christus resurrexit à mortuis, quō quidā dicunt in vobis, quoniā resurrectio mortuorū non est, &c. Voluntariē contra coactos. Nūc exurgā dicit dñs, &c. Circa tertij modum verē sciēdi norandum, q̄ in epistola hodierna monemur ad imitandum Christum in quatuor, scilicet in humilitate, de qua ibi, *Semetipsum exinanauit*, id est maxime humiliavit. Secundo in charitate, ibi, *Formam serui accipiens*. Tertio in obedientia, de qua, ibi, *humiliavit semetipsum factus obediens*, &c. Bernard. Non credas aliquod bonum placere sine obedientia illi qui mori maluit quā non obedire. Idem, Mementote fratres vt Christus non perderet obedientiam perdidit vitam. 1. Reg. 15. Melior est obedientia q̄ victima. Gregor. Obedientia est virtus sine qua infidelis

quis conuincitur et si fidelis esse videatur. In hoc quod dicitur humiliavit semetipsum innuitur quod voluntarie obedi- rit non coactus. Ioan. 10. Ego pono animam meam & ite- rum sumo eam, quod est contra quosdam qui non obediunt nisi coacti: sicut demones obediebant Christo cum eos eie- cit de obsessis corporibus. Quarto in patientia, de qua ibi, vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Isa. 50. Posui faciem meam ut petram durissimam, duram, scilicet ad verba: du- riorum ad verba: durissimam ad vulnera, &c.

FERIA II. ENARRATIO LXXXII.

Ante sex dies pasche. Ioannis 12.

Consuetudo est pauperum, quod saepe illuc conueniant vbi se benigne receptos & benigne tractatos memorant. Sic & Christus cum discipulis suis qui similiter pauperes, & inopes fuerunt, ad domum Marthae, Mariae, & Lazari saepe ve- nerunt, & maxime tempore maioris necessitatis, quando se ad mortem properabat. Nam ibi misericorditer tractaban- tur, prout partim in historia praesentis euangelij clarius demonstratur. vbi plura notari contingit. Primo eloquium impensum studiosè, quod vnguenti probat effusio libera- lis, ibi: *Ante sex dies pasche venit Iesus Bethaniam vbi fuerat Lazarus mortuus quem suscitauit Iesus.* Immediatè post suscitationem Lazari Iudaei diffinierunt occidere Christum, & ideo rece- ferat quousq; appropinquaret pascha in quo immolabatur agnus paschalis. Sic Christus qui est verus agnus immola- batur pro nobis immediatè post immolationem agni pas- chalis figuralis, ut veritas figurae succederet. Venit in Be- thaniam, quae est prope Ierusalem ad duo miliaria vbi La- zarus fuerat mortuus quem suscitauit Iesus. Illuc enim venit Iesus, ut ex memoria miraculi ibidem facti turba populi mo- ueretur ad eum honorificè recipiendum in Ierusalem ante suam pas- sionem, sicut praedictum fuerat per Zachariam prophetam. 9. Exulta- tis filia Sion, ecce rex tuus venit tibi sanctus & saluator. Dicit autem: *Ante sex dies pasche*, ut intelligas diem pasche non 14. diem mensis primi in qua ad vesperam immolabatur pascha- lis agnus, ut figuratur Exod. 12. Sed potius dicitur pascha quintadecima dies quae tota erat festiua. Et occurrit illo an- no in feria 6. in qua passus est dominus: & ita sexta die ante diem pasche, scilicet in sabbatho venit in Bethaniam, quod interpretatur domus obedientiae. Quod bene congruit mysterio. Primo quid- em quantum ad causam passionis, secundum illud Phil. 2. Factus est

est obediens vsq; ad mortem. Secundum quantum ad fructum pas- sionis, quae consequuntur solum illi qui obediunt, secundum illud Heb. 5. Factus est omnibus obtemperantibus sibi causa sa- lutis aeternae. *Fecerunt autem cenam ibi, & Martha ministrabat. La- zarus autem erat vnus ex discumbentibus cum eo.* Haec cena dicitur facta fuisse in domo Simonis leprosi. Mat. 26. licet Orig. di- cat eam factam in domo Marthae, quia dicitur hic quod ipsa mi- nistrabat. Sed nihil hoc probat, quia Simon vicinus fuit Mar- thae. Vel forte ipse Simon erat dispensator, propter hoc mi- nistrabat in domo eius. Nota quod aliqui dicunt quod iste Simon non fuit ille leprosus curatus, sed alter Simon qui fuit ami- cus Mariae & Marthae, ideo Martha ibi ministrabat in domi- bus amicorum suorum. Sed diceres quare voluit dominus ut co- mederet Lazarus cum eo? Responderet primo ut veritas resu- scitationis ostenderetur, & ex hoc quod post suscitationem ci- bum sumeret, non sua suscitatio phantastica esse probaretur. Secundo ut infidelitas Iudaeorum confunderetur, haec Aug. Et secundum cum Lazarus dum discumbit in conuiuio conuiuiis interrogantibus eum tristia loca poenarumque sedes alta nocte obsecras, indicauit diligenti narratione per ordinem, & ita inferi longis temporibus ignorati tandem inuenerunt proditorem. Et notandum quod haec cena fuit facta in Bethania quod conuenit mysterio: quia dominus in domo obedientiae spirituali ter reficitur delectatus in obedientia nostra, secundum illud Apoc. 3. Si quis audierit vocem meam & aperuerit mihi ianuam, introibo ad illum & cenabo cum eo. Per Martham significantur praelati qui ad ministrandum in ecclesiis instituuntur, secundum illud 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo ut ministros Christi. Per Lazarum resuscitatum significantur subditi ministerio pre- latorum a peccatis ad statum iustitiae reducti, qui cum aliis iu- stis spiritualiter cum domino merentur epulari. Pl. 67. Iusti epulentur & exultent in conspectu Dei. Per Mariam vero si- gnificantur cotemplatiui, circa cuius ministerium tangitur vngu- enti effusio, sicut subditur: *Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici pretiosi, & unxit pedes Iesu, & exersit capillum suis pedes eius, & domus impleta est ex odore vnguenti.* Nota bis fecit hoc. Primo ex cotritione, secundum ex deuotione, ibi tantum pedes, hic pedes & caput. Quanta vnguenti fuit libra. In quo docemur multum dare si multum fuerit. Tom. 4. Si multum tibi fuerit abundanter tribue. Et non est verisimile quod esset aliquod grossae materiae, sicut sunt vnguenta communiter dicta: quia indecens esset tale

apponere super caput hominis sedētis ad mensam. Est ergo sciendū q̄ hoc vnguentum vocatur liquor pretiosus de aromatica expressus, sicut aqua rosacea exprimitur ex rosis. Aliter dicitur q̄ fuit lachryma fluens naturaliter de arbore aromatica. Ideo hic dicitur nardi. Et est nomē herbe nigre aromaticæ habens spicas, sed additur pistici, quod secundum Aug. est nomē loci vbi crevit talis herba vnde talis liquor exprimitur. Sed melius dicitur pistici, i. fidelis. Pistis enim Græcè, fides est Latine: quia ille liquor fuit fidelis, verus & purus nō habēs aliquid aliud admixtū, nec sophisticatus. Itē additur pretiosi: quia valebat trecentos denarios. Et ille liquor erat refrigeratiuus & cōfortatiuus mēbrorum & consolidatiuus & valde odoriferus. Et cū pedes Iesu prius la chrymis lauit & capillis extersit, tūc post hoc illo vnguento vnxit p̄strata quasi ad terrā, iuxta illud Ps. 131. Adorabimus in loco vbi steterūt pedes eius. Et nō solū pedes & caput Iesu vnxit: vt dicitur Mat. 26. Docemur autē in hoc facto q̄ ea quæ pretiosissima sunt apud nos, debemus Deo offerre, secundū Ps. 65. Holocausta medullata offerā tibi cū incēso aromaticum: offerā tibi boues cū hircis. Et Malac. 1. Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculū: & votū faciēs offert deo debile. Per librā significatur opus iustitiæ: nā ad iustitiā pertinet singula librare & p̄derare. Ezech. 45. Iuxta mēsurā chori erit æqua libratio eorū. Opus autē iustitiæ debet quæ uor virtutib. esse adiūctū si debet esse perfectū. Primō quidem pietate, vnde dicit vnguētū: quod quæ inquantū lenē est misericordiā significat. Iac. 1. Iudiciū sine misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiam. Secundō dicit nardi, quod significat humilitatē. Eccl. 3. Quāto maior es humilia te in omnibus. Tertio fidem in eo q̄ dicit pistici, i. fidelis sine falsitate. Abac. 2. Iustus ex fide uiuit. Quarto charitatē, vnde dicit pretiosi. Sola enim charitas pretium præstat vitæ æternæ 1. Cor. 13. Si distribuero in cibos pauperū omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatē autem non habuero nihil mihi prodest. Opere autem iustitiæ vngatur pedes Iesu & caput. Vbi per pedes intelligimus mysterium humanitatis, per caput verò diuinitatem, secundum illud 1. Cor. 11. Caput Christi Deus. Ille intelligitur caput Christi & pedes vngere qui diuinitatē & humanitatem eius veneratur. Vel per caput intelligitur persona Christi: per pedes fideles eius. De quibus Matt. 25. Quod vni fecistis

de

de his fratrib. meis minimis, mihi fecistis. Vnde caput Christi vnxit qui Christū veneratur. Pedes verò qui fidelib. obsequitur. Quia verò capilli ex superfluitatibus generantur, pedes domini capillis tergūtur: quādo aliquis ex ipsis quæ superfluit defectui subuenit proximorū. Luc. 11. Veruntamē quod superest date eleemosynā, vnde & omnia munda sunt vobis. Aug. Si habes superflua da pauperibus: & domini pedes terfisti. Mysticè, pedes Christi sunt pauperes, qui sunt infirmi per deiectionē, cruci affixi per afflictionē. Quos primo debes lauare per compassionem. Iob 30. Flebā quondam super eo qui afflictus erat: & omnia mea cōpatiebātur pauperi. Secundō capillis tergere per tēporaliū cōmunicationē. Tob. 4. Si multū fuerit tibi, multum tribue, &c. Luc. 11. Date eleemosynā, &c. Iob 31. Si comedi buccellā meā solus, & nō comedit pusillus ex ea. Tertio osculari per familiarē locutionem. Eccl. 4. Cōgregationi pauperū affabilem te facito. Quarto vngere per miserādi hilaritatē. Eccl. 35. In omni dato hilare fac vultum tuū. Deinde caput Iesu debes vngere, i. in omnibus gloriā Dei querere. Apost. 1. Cor. 10. Omnia in gloriā Dei facite. Et sic domus conscientie repletur odore famæ. Nam odor bonus bona fama est, & sic beatus Marti. & dominus apostolicus secundum Guil. in rationali cibariis pauperes, lauat eorū pedes: quia sunt pedes capitis Christi in cælo regnātis. Sed Iudas ex bono odore inficitur & moritur, de quo alij viuūt: vt serpēs de odore vineæ. Vnde per hoc quod dicitur, & domus impleta est ex odore, significatur q̄ propter opera iustitiæ bona fama totā replet ecclesiā. 2. Cor. 2. Odorē suæ notitiæ manifestat per nos in omni loco: quia Christi bonus odor sumus. Dicit ergo vnus ex discipulis eius Iudas Scarioth, qui erat eū traditurus: Quare hoc vnguentū non venit trecentis denariis, & datum est egenis? Traditor ille describitur hic ex dignitate. Primō in eo q̄ dicitur vnus de discipulis, & in illo ostenditur, q̄ nullus in quocunq; excellenti statu cōstitutus debet de se præsumere. Quia vt dicitur Iob 4. In angelis suis reperit prauitatē. Secundō ex nomine cū ait Iudas, qui interpretatur cōfiteb. per quod significatur q̄ nō solum est cōfessio virtuosa, de qua Rom. 10. Ore autē fit cōfessio ad salutē. Sed etiā est cōfessio vituperabilis & mercenaria. Psal. 48. Cōfitebitur tibi cum benefeceris ei, &c. Tertio ex crimine cū dicitur, Qui erat traditurus eū. Ps. 40. Qui edebat panes meos magnificauit sup me supplicationē. Ait au-

tem, *Quare hoc vnguentum, &c.* Pro bono tantū vnguento spiri-
tualiter mortuus fuit: secundum illud 2. Cor. 2. Christi bonus
odor sumus Deo in his qui salui fiunt, & in his qui pereūnt.
Aliis quidē odor mortis in mortē: aliis autē odor vitæ in vi-
tam. Quod autē Deus tolerauit eū, dedit nobis exemplū to-
lerandi malos & persecutores: de quibus Beda: Vt impio tra-
ditori: vt cōplicitibus nequitia, etiā eius nūc membra Chri-
sti persecutibus, qui famā virtutū, quam ipsi habere non
merentur, proximis qui hanc habēt inuidere nō cessant. *Di-
xit autē hoc non quia de egenū pertinebat ad eum, i. de illis nō cura-
bat: licet enim portaret ea, quæ dabatur Christo ad dādum
pauperibus: nō tamen faciebat sed retinebat sibi. ideo subdi-
tur: Sed quia fur erat, & videbat sibi occasionē furādī sublatā
in effusione vnguenti, ideo murmurabat, & ex sua auaritia
ductus est ad proditiōē. Sed vnde fur fuit inuinitur eū dici-
tur: Et loculos habēs, in quibus abscondēbat ea quæ debebāt
in alios vsus expēdi, ideo subditur: Et ea quæ mittebantur, s. in
loculis data fidelibus ad vsū Christi & discipulorū, & ad
vsū pauperum portabat, s. ministerio: sed tollebat furto, i.
exportabat. Et hoc patet q̄ non derogat perfectioni si elec-
mosynæ in loculis seruētur. Vnde quod dicitur Mat. 6. Noli
te solliciti esse in crastinum, nō intelligitur q̄ nihil debeat
obseruari in crastinum: cū dominus hoc fecerit: qui quasi
summū exēplar est perfectionis. Sed dicerēs, cū dominus
sciret eū esse furē: quare commisit sibi loculos? Dicendū pri-
mō secundum Aug. q̄ hoc fecit vt doceret nos malos tole-
rare. Nō enim bonus est qui malos tolerare nō potuit, Aug.
de verbis domini, Et habetur 23. q. 4. Tu bonus tolera ma-
los. Nā & Christus Iudam cū sciret furē esse tolerauit, ad
prædicandū misit, eiq; cum aliis eucharistiam dedit. Sed di-
cerēs, tamē dicitur Exo. 22. Maleficos ne sinas viuere super
terram. Respondet Barth. Brien. in gl. quædam sunt crimina
occulta, quædam manifesta. Si occulta, tunc malus ille est to-
lerandus & fraternē admonendus. Si manifesta, tunc amore
corripiendus est à priuata persona, sed à iudice vindicta est
faciēda. Sed dicerēs, tamē dicitur Isa. 52. Recedite exite in-
de: immundū ne tetigeritis. Respondetur q̄ hoc intelligitur
spiritualiter exire & non corporaliter: vt habetur 23. q. 4. to-
lerandi. Vbi dicitur: Tolerandi quidem sunt mali pro pace.
Nec corporaliter ab eis recedatur, sed spiritualiter: exire
est facere quod pertinet ad correctionem malorū quantum
licet*

licet p̄ gradu cuiusq; salua pace. Vnde dicitur Cāt. 2. Sicut
liliū inter spinas: sic anima mea inter filias, &c. Secūdo, vt eī
occasionē proditiōis auferret: cū haberet ex oculis cō-
cupiscentiæ mitigationē. Tertio, vt doceret q̄ spiritualia ma-
ioribus, tēporalia verō minoribus essent cōmittenda. Vnde
in primitiua ecclesia apostoli ordinauerūt septē diaconos,
quibus tēporalia cōmiserūt: vt ipsi liberius possent oratio-
ni vacare & prædicationi. Et alij discipuli incitati per Iudā
etiā murmurauerūt: vt haberetur Matt. 26. & Mar. 14. Verūta-
mē illi erāt moti pietate. Iudas autē cupiditate. *Dicit ergo Ie-
sus: Sinite illā vt in die sepultura mea seruet illud: pauperes enim semper
habebitis vobiscū: me autē non semper habebitis.* Sciēdum q̄ multa
bona opera fiunt, de quibus si peteretur consiliū antequam
fiant non cōsuleremus q̄ fierēt: quia fortē possent fieri me-
liora: postquā tamen incipiunt fieri dūmodo bona sint, non
sunt prohibēda. Et vt Chry. dicit: Fortē Iesus antequā mul-
lier effudisset vnguentū elegisset potius illud dari pauperi-
bus: nunc verō quia perfētū erat prohibentes cōprimit, di-
cēs: *Sinite illam* Pro. 3. Noli prohibere bene facere eū qui po-
test, si vales & ipse bene fac. Sinite, inquā, vt in diem sepul-
turae meae seruet illud. Nō intelligit illud iam effusum, sed
aliud in specie, quasi diceret: Sinite vt faciat vno dū potest
quod volet facere mortuo, sed nō poterit: quia præuēta fuit
celeri resurrectione Christi: & hoc magis exprimitur Mar.
14. Præuenit enim vngere me in sepulcrā. Et Mar. 26. Hoc
vnguentū mittēs in corpus meū ad sepeliendū me fecit, q. d.
Nō miremini quod ipsa effudit vnguentum pro qua in pro-
ximo fusurus sum sanguinē: & narrabitur in vniuerso mū-
do q̄ fecit in memoriā eius. Theoph. Duo p̄phetauit Chri-
stus. Primū, quod euangeliū per totū mundum prædicetur.
Secūdum q̄ mulier ex opere laudatur. Sed nūquid præsciuit
mortē Christi Maria? Dicēdum q̄ non. Non enim intellige-
bat quid fecit: sed quodā instinctu interiori mota est ad hoc
faciēdum. Frequēter em̄ aliqui mouētur ad faciēdum quod
nō intelligūt sicut Caiphas. Et sciēdum ex hoc ait: *Nam pau-
peres semper habebitis vobiscū, &c.* In quō inuait primō quod in-
terdum est faciēdū illud quod est minus necessariū, & po-
test præponi magis necessariū: si remaneat locus faciēdi
quod est magis necessariū: præsertim si tollatur loc⁹ faciē-
di id quod est minus necessariū, & imminet casus q̄ illud
minus necessarium nō possit aliās recuperari: & ideo fortē
domin

dominus permisit sic fieri. Voluit igitur dominus noster potius pedes ipsius inungi, quam vnguentū in vsu pauperū expēdere. Secundō innuitur secundū hoc quod diuites familiaritatem debet habere ad pauperes. Eccl. 4. Cōgregationi pauperū affabile te facito. Sed quod ait: *Me autē non semper habebitis*: intelligendū est de presentia corporali. Nā de presentia diuinitatis in sacramento eucharistiæ dicitur Mat. vlt. Ego vobiscū sum omnibus diebus vsq; ad cōsummationem seculi, &c. Vel aliter: Hi qui sunt in ecclesia numero & nō merito sicut serui sunt: nō semper habebūt Christū, sed filij sunt eum semper habituri. Io. 8. Seruus nō manet in domo in æternū: filius autē manet in æternū. Dicit ergo Iudæ: Me non semper habebis: quia te indignū ad hoc fecisti. Vel quasi diceret secundū Chrysostomum. Video quia grauaris de mea presentia: sed expecta parū & abibo. Consequēter pro secūdo principali tāgitur ministerium exhibitū gloriosē, quod suscepti probat acclamatio popularis. *Cognouit ergo turba multa ex Iudæis: quia illic esset, & venerūt non propter Iesum tantū, sed vt Lazarum viderent quem suscitauit à mortuis.* Vbi sciendū quod illi audientes Iesum esse in Bethania venerūt ad ipsum. Sic & nos vbi scimus eū esse festinanter venire deberemus. Matth. ii. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis: & ego reficiā vos. Propter duplicē autē causam illi venerunt. Primō, vt fruerētur doctrina & visione Christi, secūdo, vt viderent Lazarū: quia sperabant eū aliquid de alia vita referre. Sed stulti nō crediderūt quod aliquis sit ab inferis reuersus. De quibus dicitur Sap. 2. Non est reuersio finis nostris: quoniā consignata est, & nemo reuertitur, s. ab inferis: cū tamen Lazarus reuersus est. *Cogitauerunt autē & principes sacerdotum, vt Lazarum interficerent: quia multi propter illū abibāt ex Iudæis, & crederēt in Iesum.* Aug. O stulta cogitatio, & cæca sœuitia: dominus Christus qui suscitare potuit mortuū, nunquid & occisum? Nam vtrūq; fecit dominus: suscitauit Lazarum mortuum & semetipsum occisum. Sed quare magis Lazarum volebāt interficere, quā paralyticū vel cæcū natum. Ad hoc assignat Chrysostomus quatuor rationes. Vna, quia illud miraculū erat euidentius corā multis, & quod inopinabile est videre mortuū quatuoriduanū ambulāntē & loquentē. Secundō, quia Lazarus persona insignis erat: cæcus autē persona ignobilis: Vnde eiecerūt eum de tēplo. Tertiō, quia miraculum illud factum fuit in festiuitate: & ideo totus populus

Iudæorum

Iudæorum ad festū conueniens admirabatur, & dimittentes festiuitatē in Bethaniā veniebāt. Quarto, quia in aliis Christi miraculis nitebātur eū persequi in violatione sabbathi, & per hoc turbas ab eo abducere: sed hic nihil taliū facere poterāt. Vnde, quia in nullo habebāt occasionē quod conquererētur contra Christū, aduersus Lazarū faciunt conatū tanquā per hoc possent miraculum occultare. *In r. s. s. m. autem turba multa quæ conuenerat ad diem festum: cū audisset quia Iesus venit Hierusalem acceperunt ramos palmarū, & processerunt obuiū ei & clamabant: Osanna, benedictus qui venit in nomine domini rex Israel. Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum sicut scriptum est: Noli timere filia Sion: ecce rex tuus venit tibi sedēs super pullū asinae. Hæc nō cognouerunt discipuli eius primū, sed cū glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt quia hæc scripta de eo erant & crediderunt ei.* Expositio horum verborū patet in his quæ habentur in postilla euanglij hesternæ diei: ideo ea hīc pertrāleo paucis exceptis. Primō em dicitur: *Turba multa quæ conuenerat ad diem festum*: per quod signatur quod multitudo populi ad hoc cōuertitur, vt ad diem festum cœlestis Hierusalem cōueniat. Matth. 8. Item multi veniēt ab oriēte & occidente, & recūbent cū Abraham, Isaac, & Iacob in regno cœlorū. Filij autem regni eiciētur in tenebras exteriores vbi erit, &c. Item dicitur: *Benedictus qui venit in nomine, &c.* Vbi sciendū quod benedicere est bonū dicere. Aliter autē Deus benedicit nobis, cū, s. nos bonos noscitur Deo cū, s. eius bonitatem confitemur. Psal. 117. Benediximus vobis de domo domini. Gene. 27. Qui benedixerit tibi sit ille benedictus. Item dicitur rex Israel: hoc addunt: quia crediderunt eum tēporaliter in Hierusalem regnaturum & redempturū eos de seruitio Romanorū. Vnde cū Psal. laudasset eū tanquā Deum dixit: Deus dominus & illuxit nobis. Ipsi verō ex eorū cæcitate laudant eum solū tanquā regē temporalem. Item sciendū quod per asellum significatur genus gentiliū: ideo sedit super asellū, vt significaret se redempturū gētiles. Isa. 49. Dedi te in lucē gētium, vt sit salus mea vsq; ad extremū terræ. Asina verō significat synagogā, quæ est mater gentiliū, super quam similiter sedit eadē ratione vt prius. Mattheus igitur cū scripssisset euangeliū suum Iudæis, Hebræoque eloquio, rectē asinā & pullum refert simul domino adductos. Sciebat enim notitiā Dei venturā ad Iudæos & gentes. Sed alij euangelistæ scribentes

benēs ecclesiā Gentium Græco sermone, solummodo mentionem pulli faciūt: quia quod gentium salutē specialiter respicit, atēdunt. Itē dicitur: Hæc non cognouerunt discipuli eius primū. In quo cōsiderare possumus humilitatē euangelistæ, quia nō veretur sui & aliorū discipulorū ignorantiam, quia iustus in principio accusator est sui, vt dicitur *Pror. 12.* Sed quando glorificatus est tunc cognouerūt, quia plenitudinē spiritus sancti receperūt, ex qua facti sunt omnibus sapiētibus sapiētiores. *Iob 32.* Inspiratio omnipotentis dat intelligentiā. *Testimoniū ergo perhibebat turba quæ erat cum eo, quando Lazarū vocauit de monumento, & suscitauit eum à mortuis, propterea quia obuiam venit turba.* Causa obuiationis prædicta, fuit testimoniū turbæ quæ erat cū eo, quādo suscitauit Lazarū. Et illud signū euidentius erat & mirabilius. Ideo vltimum ipsum seruauit, vt magis imprimeretur memoriæ. *Pharisei ergo dixerūt ad Iesum: videtur quia nihil proficimus: ecce nūdæ totum post ipsum abiit.* Secundū Aug. est verbū phariseorū inuidētium. Vnde dicit: Nihil proficimus in malitia nostra nō valentes eū impedire. Hoc modo accipitur proficere. *i. Tim. 3.* Mali autē homines & seductores proficiūt in peius errantes & in errorē mittētes. Secundū verō Chry. est verbum credentium occultē propter metū Iudæorū: ramen dicunt hoc vt retrahant eos à persecutione Christi, ac si dicerēt: Quāto magis insidiamini, tāto magis augetur gloria eius: quare ergo non desistitis à tātis insidiis? Consequenter pro tertio principali tangitur mysteriū demonstratum fructuosē, quod fructuositatis probat expositio generalis, cū dicitur: *Erant autem gentiles quidam ex eis qui ascenderant vt adorarent in die festo.* Volens Euāgelista describere mysteriū dominicæ passionis præmittit deuotionē gentiliū ad Christum, qui ad hoc venerāt in Hierusalem, vt honorarēt Christū. Et dicit quidem glosa interlinearis, & tales fuerunt profelyti & conuersi ad ritū Iudæorū propter prædicationem ipsorū. *Matt. 23.* Circumcitis mare & aridā vt faciatis vnū profelytū. Sed melius dicendū secundū Chry. quod sicut habetur *2. Mach. 3.* Templum Dei quod erat in Hierusalem ita in veneratione habebatur à cunctis populis & regibus vniuersæ terræ, vt maximis muacibus illustraretur. Et ideo contingebat & in diebus festis multi etiā gētilēs ex deuotione ascendebāt Hierusalem. Simile habetur *Act. 8.* de eunucho Cādacis reginæ. *Hi: ergo accesserunt ad Philippum, qui erat à Bethsaida Galilæa: & rogabant*

rogabant eum discens: Demisso volumus Iesum videre. In quo significatur quod gentiles, qui Christum corporaliter non viderāt, ministerio apostolorū ad fidē conuersi desiderabāt eum videre glorificatū in patria. *3. Reg. 10.* Omnis terra desiderabat videre faciē Salomonis. Sciēdum quod Christus per se prædicauit Iudæis. *Rom. 10.* Dico Christum ministrū fuisse circuncisionis propter veritatē Dei ad confirmandas promissiones patrū, per apostolos autē gentilibus. *Mat. 8.* Euntes docete omnes gentes, &c. Hoc ergo hic bene figuratur, vbi gentiles non ad Christū, sed ad Philippum venerunt. Et hoc conueniēter: quia ipse primus prædicauit his, qui erāt extra ritū Iudæorum, s. Samaritanis. *Act. 8.* Philippus autem descendit in Samariam, & prædicabat illis Christum, subdit: *Venit Philippus & duo: Andreas: Andreas iuxta Iesum & Philippus dicunt Iesum.* In quo datur nobis exemplum quod omnia de cō filio maiorū sunt faciēda. Sic etiam Paulus ascendit Hierosolymam, & contulit cum apostolis euangelium, quod in gentibus prædicat, vt habetur *Gal. 2.* subdit: *Iesum autem esse dicit eis, dicens: Venit hora vt clarificetur filius hominis, vbi prænnuntiat suam passionem in clarificatione.* Et sciendū quod tripliciter clarificatus est. Primo in sua passione. *Hebr. 5.* Non semetipsum clarificauit, vt pontifex fieret, s. in ara crucis: sed qui locutus est ad eum: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Secūdo in resurrectione & ascensione: prius enim oportuit ipsum resurgere & in cælum ascendere, & sic clarificatus mittere spiritum sanctum in apostolos, per quos gētes conuertendæ erant. Tertio per cōuersionem gentilium, qui eius diuinitatem vbique confitentur. *Philip. 2.* Omnis lingua confiteatur: quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. *Amen amē dico vobis: Nisi grauū frumenti.* Hoc euāgelium quare in festo sancti Laurētij, sed huc etiam pertinet. Consequenter pro quarto principali tangitur miraculum declaratum clamorosē, quod tonitruū probat apparitio virtualis cū subditur: *Nunc anima mea turbata est, & quid dicā: Pater clarifica me ex hac hora.* Turbari voluit propter duo. Primo propter fidei documentū, s. vt veritatem humanæ naturæ comprobaret. Secundo propter exemplum: vt cū turbamur non recusemus mortem sustinere, ne deficiamus. *Hebr. 4.* Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris: vnde patet continuatio ad præcedentia: dixerat enim: *Qui odit animam suam, &c.*

In quo

In quo discipulos ad passionē exhortatus fuerat. Ne autem dicat aliqui: O domine securē pores mortē subire, quia nihil mali sentis: ideo contrariū voluit ostēdere per talē turbationē. Et per cōsequens nō est recedendū ab eius imitationē. Propter naturalē horrore. Nam si nullā passionē sensit in anima, non fuisset sufficiens exemplū hominibus ad mortē sustinēdam. Et quia naturale est hominibus in angustiis cōstitutis q̄ turbari deberēt, iam statim subdit: Quid dicā, q. d. Quid faciendū est post turbationē: vnde format suā petitionē, dicens: *Pater saluifica me ex hac hora*, i. libera me à tribulatione quę mihi imminet in hora passionis. Psal. 68. Saluum me fac Deus, quoniā intrauerunt aquę vsq; ad animā meā. Sed diceres, tamē in hac petitione nō videtur exauditus: quia passus est, licet dicatur Heb. 5. Exauditus est p̄ suā reuerētia. Dicendum q̄ in illis est exauditus, quę ipsa ratio ex parte sua petebat, & vt exaudiēda. Hoc autē quod hic petit nō proponit ex parte sua, nec vt exaudiēda: sed vt exprimens naturalē affectū, qui vult non mori. Ideo dixit quasi interrogatiuē, vt quid dicā nunc hīc, s. *Pater saluifica me ex hac hora*, q. d. Non dicā hoc, sed propterea veni in hanc horam. *Pater clarifica nomen tuū*, vbi repellit petitionē ex motu naturalis appetitus propositā dicens: *Sed propterea veni*, &c. q. d. Non est iustū vt liberer ab hac hora passionis: quia ideo veni vt paterer, voluntariē vtique non coactus. Isa. 53. Oblatus est, quia ipse voluit. Petitionē suā pponit, ideo dicit: *Pater clarifica nomen tuum*, q. d. Affectus naturalis petit vt clarificetur nomen, i. notitia tua per passionē meam. Nam ante passionem Christi nomen patris tantū notum erat in Iudæa. Psal. 73. Notus in Iudæa Deus, in Israel magnū nomē eius. Sed post passionē Christi clarificatū est in gētibus. Malac. 1. Ab ortu solis vsq; ad occasum magnū est nomen meum in gētibus. *Veni ergo vox de celo*, dicens: *Clarificauit & iterum clarificabo*. Ista vox fuit vox patris, licet fuerat formata à tota trinitate, tamen specialiter formatur ad repræsentandam personam patris. Hęc vox ait, *Clarificauit*, id est clarum genui ab æterno. Sapientię 7. Candor lucis æternę, & speculum sine macula Dei maiestatis. Vel clarificauit in natiuitate, quando angeli cecinerunt: Gloria in excelsis Deo. Luc. 2. Et in miraculis in vita ab eo factis. *Et iterum clarificabo*, per signa deitatis. In passione: in qua triumphauit de diabolo & in resurrectione, & ascensione, & in totius mundi conuersione. Act. 3. Deus

Deus patrū nostrorū clarificauit filiū suū Iesum, &c. *Tumba ergo quę stabat & audierat*, dicebat, *Tonitruū factū est*, *Atq; dicebant: Angelus dei locutus est ei*. Quidā enim carnales & rudes & illi non perceperunt vocē illā, nisi quantū ad sonū, & ideo dicebant, *Tonitruū factū est*, i. aliquid per modum soni confusi, sed non vsquequaque decipiebantur. Vox enim dñi tonitruum erat, quia significationē mirabilē habebat. Iob 37. Tonabit deus in voce sua mirabiliter, qui facit magna & inscrutabilia. Et Ps. 76. Vox tonitruī tui in rota. Alij verò tiores & magis perspicaces perceperunt de sua voce, & esset sonus vocis articulatę & significatiuę, vnde dixerūt eā locutionē. Sed credentes Christū esse purū hominē, dixerunt angelū ei loqui, sicut aliquādo in scripturis dicitur, quia angeli prophetis loquebantur. Vnde dicebant, *Angelus locutus est ei*: *Respondit Iesus & dixit, Non propter me hac vox venit, sed propter vos*. Nihil enim ei significauit hęc vox quod ante nesciret, quia in ipso sunt oēs thesauri sapientię & scientię dei absconditi, ideo hęc vox non propter eum venit, sed propter eos qui præsentēs erant vt instruerentur. In quo datur intelligi q̄ multa dispensatiuē propter nos circa Christum facta sunt, non vt eis Christus indigeret. Rom. 15. Quęcunq; scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, &c.

DE EODEM, ENARRATIO LXXXIII.

Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Ioan. 12:

Ioānes Mesuē in prima practica dicit, Vinū oleo mixturum vulneribus infusum, omnē sedat & sanat tumorem corporis & dolorem. Spiritualiter, vinū compunctionis & oleum deuotionis intimā infusum vulneribus passionis dominicę: omnem sedat tumorem superbię. Vnde Hugo de sacramentis dicit, Passionis Christi frequens meditatio tam corporalem quā spiritualem dolorem alleviat & langorē. Figuratur Num. 21. vbi dicitur, q̄ vulnerati per ignitos serpentes sanabantur per aspectum serpentis ænei, quē pro signo posuit Moyses, Spiritualiter, sic vulnerati per serpentem igneum, id est diabolum qui est serpens astutior cunctis animalibus, sicut dicitur Gen. 3. Sanantur per Christum in patibulo crucis suspensum. Greg. in registro, Nulla mihi salus, nulla virtus corporis & animę nisi in Christi felicissima passione. Cuius memoriam hoc in tempore omnes habere debemus, qui omnes nos attraxit, vt dicitur in textu, *Si exaltatus fuero à terra, &c.* In summa verborū duo inuuantur.

Quadrag. Thef.

II

Primo innuitur passionis genus. Secundo subdit eius fructus. De primo dicit, *Et exaltatus fero à terra.* Pro quo sciendū, Christus noluit mori in aliqua domo nec sub aliquo tecto, sed in aëre voluit exaltari multis rationibus. Prima, nā aër est elementū cōmune, & non alia elementa. Nam homo potest habere propriam terrā vel propriam aquā, vel propriū ignē. Aërem verò propriū nemo potest habere. Est etiā elementum medium inter cœlū & terrā. Et est elementum immundū ex fumo, s. hostiarū idolis immolarū. Christus igitur in aëre voluit exaltari, ad innuēdum q̄ sicut aër est omnibus communis, sic passio Christi. Nam passiones aliorum sanctorū fuerunt propriæ, quia quilibet passus est p̄pter se, quia Petrus est passus propter se, Paulus propter se, & sic de aliis. Sed Christus passus est non propter se, sed cōmuniter propter oēs. Passio enim eius fuit cōmunis illis qui sunt in cœlo, i. angelis qui sunt reparati. Illis qui sunt in mundo, i. hominibus qui sunt per suā passionem saluati. Col. 1. Pacificas per sanguinē crucis eius siue quæ in terris, i. homines, siue quæ in cœlis sunt, i. angelos. Fuit cōmunis illis qui sub terra, i. sanctis patribus qui fuerūt in limbo, quia inde sunt liberati & illuminati. Eccl. 2. 4. Penetrabo inferiores partes terræ, & inspicia oēs dormiētes & illuminabo oēs sperātes in dño, non autē fuit cōmunis illis qui sunt in profundo terræ, i. dēmonibus q̄ sunt in malitia indurati, & ideo remāserūt in suis suppliciis desolati. Isa. 44. Qui dico profundo, desolare, & flumina tua arefaciā. Secūdo Christus voluit in aëre exaltari, ad innuēdū q̄ sicut aër est mediū inter cœlū & terrā, sic Christus fuit mediator inter deū & hominē. Ad Gal. 3. Mediator vnus non est, s. naturæ, sed duplicis, diuinæ & humanæ. Et ideo sicut aër ex parte superiori habet puritatem per quā cōuenit cum cœlo, & ex parte inferiori habet quandā grossiorē partē per quā cōuenit cū terra, sic Christi⁹ est mediū inter deū & hominē quia cū deo cōuenit ratione naturæ diuinæ, cū homine verò ratione naturæ humanæ. Erat ergo discordia quædā inter deū & hominē. Nam deus conquirebatur de homine q̄ eius mandata nō seruaret, homo verò conquirebatur de deo, q̄ creaturā suam reliquerat, ideo venit Christus & mediatorē se fecit. Mediator autē inter deū & hominē tria debebat habere. Primo similitudinē, vt, s. esset similis homini in natura & in defectibus naturalib⁹, vt sic homini sciret cōpati. Secūdo æqualitatē, ne

homi

hominē per potentiā grauaret, & si grauaret, posset coram iudicio dei cōuenire ipsū. Tertio debebat habere ex vtraque parte autoritatē arguendi & cōpescendi illā partem q̄ suam sententiam non seruaret. Et quoniā homo nō poterat inuenire talē mediatorem qui ista tria haberet, ideo cōque rebatur dñs Iob 9. Neq; cū viro qui similis mei est respondebō. Istud refertur ad similitudinem. Neq; qui mecū in iudicio ex æquo posset audiri. Istud refertur ad æqualitatem. Non est qui vtrinq; valeat arguere, & ponere manū suā in ambobus. Istud refertur ad autoritatē. Christus igitur vt verus mediator esset ista tria habere voluit. Primo similitudinē in natura & naturalibus defectibus, vt sic sciret misericordius iudicare. Heb. 2. Debit per omnia straribus simulari vt misericors fieret & fidelis pontifex ad deū, vt propiciaret delicta populi. Secundo habuit æqualitatem cum vtraque parte, quia æqualis fuit deo inquantū deus, & æqualis homini inquantum homo verus. Et ideo nulli parti potuit esse suspectus. Vnde dixit deus humano generi. Ps. 11. Ponā in salutari, &c. Respōdit homo. Fiducialiter agā in eo, quia ipse est frater meus. Tertio habuit autoritatē arguendi & cōpescendi vtrāq; partē. Arguisset enim hominē si voluisset dignā satisfactionē facere. Isa. 11. iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. Arguisset quodāmodo etiā deū sic dato per impossibile q̄ voluisset satisfactionē condignam recipere. Vnde ipse dixit Isa. 1. Venite & arguite me dicit dñs. Tertio voluit in aëre exaltari, vt ipsū aërem immundum sanctificaret & mundaret. Sanctificauerat quidē terram 33. annis super ipsam ambulando, Sanctificauerat aquam in ipsa se baptizati faciendo. Sanctificauerat ignem, spiritum sanctum in specie ignis mittendo, non restabat nisi vt sanctificaret aërem, non sub tecto sed in eo aëre moriendo. Quarto est exaltatus vt à cunctis videretur, vt sic plures ei compaterentur. Thren. 1. O vos omnes qui transitis per viā, attendite & videte si est dolor similis sicut dolor meus. Ber. Sic cogitanda est eius ignominia vt non recedat à memoria. Quinto est exaltatus vt dispersos colligeret. Nam corpus suum habuit se vt vexillum eleuatū in quo depicta fuit imago dei patris, vt omnes peccatores à quatuor plagis terræ colligeret. Sexto exaltatus est vt victorem se ostenderet. Ioann. 12. Nunc iudicium est mundi. Nunc princeps huius mundi eicietur foras. Quod

II 2

figuratum fuit Exo. 17. Cum eleuauit Moyses manū vincebat Israël. &c. Sic Christus eleuās manū in cruce nos roborauit ad pugnam. Septimo est exaltatus vt mundum illuminaret. Lu. 12. Nemo accendit lucernā & in abscondito ponit, neq; sub modio fed supercandelabrū. Spiritualiter, lucerna natura humana est quam accendit deus lumine diuinitatis, & ponit permittit super candelabrum crucis. Ideo Isa. 62. Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalē non quiescā, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator eius vt lampas accendatur. Propter Sion, i. propter sacerdotes & principes, & propter Ierusalē, i. propter populares Iudæorum nō tacuit Isaias prædicare Messīā occidendū à futuris Iudæis. Octauo est exaltatus vt mundum captum ostenderet. Sicut rex cum ceperit aliquā ciuitatem exaltat vexillum suum super turrim, sic Christus voluit seipsum in cruce exaltare, ad designandum q̄ mundus captus erat ab eo. Vnde Isa. 13. Super montem caliginosum leuate signū, exaltate vocem, &c. id est o vos doctores prædicate exaltatum per passionem. Dixi secundo subiungitur passionis fructus cum dicitur, *Omnia uobis ad me ipsum*. Reuera Christus per suam passionem traxit ad se omnia, s. cœlestia, terrestria & infernalialia. Traxit enim cœlestia patrem reconciliando, traxit terrestria populum gentilem ad fidem adducendo, traxit infernalialia sanctos patres qui erant in limbo liberando. Ideo voluit Christus in cruce exaltari per caput sursum vt deū reconciliaret; per pedes deorsum vt infernū conculcasset, per dexteram manum ad aquilonem extensam vt gentes in frigore infidelitatis positas attraheret, per manum sinistram ad austrum extensam, vt Iudæos in quibus aliquando candor fidei viguerat, & iam in eius passione cœcitas fuit, merito reprobaret. Nihilominus tamen quotidie trahit ad se peccatores ad fiduciam & ad spem, quando considerant corporis in cruce positi dispositionem. De qua dispositione sic dicit Bernard. Quis non rapiatur ad spem impetrandæ fiduciæ, qui eius considerat corporis dispositionem? Vide caput inclinatum ad osculum, brachia extensa ad amplexandum, manus perforatas ad largiendum, latus apertum ad diligendum, pedum affixionem ad nobiscum commanendū, corporis extensionem ad se nobis totaliter impendendum. Ex quibus verbis habetur quod Christus iustus in cruce existens per sex modos peccatores ad se traxit. Primo per caput

capitis inclinationem sicut amicus nutu capitis vocat amicum vt det sibi osculum. Istud osculum pretebat humanum genus, dicens Cant. 8. Quis mihi de te fratrem meum sugentem vbera matris meæ vt inueniam te solum foris & deosculer, & iam me nemo despiciat? Habet autem deus duo labia, s. gratiā & gloriam, & homo similiter habet duo labia, s. veritatem & pacem. De quibus dicitur Zach. 8. Veritatem tantum & pacem diligite. Homo igitur debet osculari deū tantum duobus labiis suis, scilicet cum veritate & pace, vt s. veritatem de se in confessione dicat. Et cum deo & proximo pacem habeat, & tunc deus ipsum deosculabitur duobus labiis suis, scilicet cum gratia & gloria sua, quia dabit sibi gratiam in præsentī, & gloriam in futuro, Ps. 87. Gratiam & gloriam dabit dominus. Notabile est autem quod Christus in cruce passionis caput inclinatum habuit ad dexteram. Siue vt hoc significaret q̄ patiebatur propter peccatum quod fecerunt primi parentes cum dextera. Siue vt per hoc innueret quod non vocabat hominem ad læuam, id est ad vitam temporalem, sed dexteram, id est ad vitam cœlestem. Siue vt per hoc ostenderet quod in his quæ facimus non sinistram, sed rectam intentionem habere debeamus, iuxta illud Matth. 5. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Secundo trahit per brachiorum extensionem, sicut mater trahit puerum ad se brachia aperiendo. Deus habet duo brachia, s. sinistram quo congregat ad fidē & sui cognitionem. Et dextrum quo deportat ad beatitudinem. Vtrumque autem dextrum Deus olim clausum tenebat, quia nulli veritatem suæ fidei dabat, & nullum ad beatitudinem suam ducebat. Tandem aperuit brachium sinistram, quando ad fidem veram duxit populum Iudæorum. Dextram autem non aperiebat, quia nullum ad gloriam recipiebat. Modò autem vtrumque brachium apertum habet, quia fidem & sui cognitionem omnibus tribuit, & ad suam beatitudinem fideles recipit. Vnde qualibet fidelis anima dicere potest illud Cant. 8. Læua eius sub capite meo, & dextera eius amplexabitur me. Læuam suam deus sub capite ponit, quādo in præsentī vita sui cognitionem & fidem infundit, dextera illius amplexionem tribuit, quia sanctos sibi æternaliter vnit. Vnde etiam quilibet fidelis potest dicere illud Psalm. 72. Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, per viam tuæ veritatis me ducendo, & cum gloria

suscepisti me, ad tuam beatitudinem me recipiendo. Tertio trahit nos per manuum perforationem. Sicut liberalis trahit egenum ad se veniendū. Habuit autē Christus manus in cruce apertas, confixas & perforatas. Habuit apertas ad innuendū q̄ dat faciliter & liberaliter: quia gratiam suam omnibus offert. Heb. 12. Tanquam filiis vobis se offerri deus. Sap. 6. Præoccupat qui se concupiscunt vt illis se prior ostendat. Ideo dicitur de multis Eccl. 4. Non protrahas datū angustianti. Habuit manus confixas, ad innuendum q̄ dat immutabiliter & perseveranter. Ecc. 2. Respicite filij nationes hominū, & scitote quoniam nullus speravit in dño & confusus est. Quis enim permansit in mandatis eius & derelictus est? Pauci autē sunt qui habent istam immobilē volūtatē ferendi & beneficiendi. imò dicitur de multis illud Ps. 118. Confitebitur tibi cum benefeceris ei. Ecc. 6. Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. Habuit manus perforatas, quia dat omnibus largiter & abundāter. Sicut enim vas perforatū largiter effundit liquorem in eo contentum, sic Christus largiter tribuit & effundit gratiam suam. 1. ad Tim. 6. Qui præstat nobis omnia abūdē ad fruedum. Jac. 1. Qui dat omnibus affluenter, id est abundanter, & non improperat. Non solū autē est liberalis, sed quodam modo prodigus, quia habet manus perforatas. Sicut dicitur de aliquo prodigo, qui nihil scit retinere, iste habet perforatas manus. Valde prodigus esset qui pro potu patrimonium suum daret: sic Christus pro potu aquæ frigidæ dar mercedem cœlestis patriæ aut gloriæ. Matt. 10. Quicumque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, amen dico vobis non perdet mercedē suam. Christus enim fuerat in vita sua valde liberalis, quia multa bona & beneficia dedit, in fine autem suæ vitæ quodammodo fuit prodigus, quia nihil sibi retinuit, sed omnia dedit etiam vsque ad vestes. Nam Petro ecclesiam dedit. Ioanni dedit matrem suam charissimam. Patri suo dedit animam suam pretiosam. Latroni dedit paradysum. Nicodemo & Ioseph corpus suum proprium, nobis omnibus dedit suum sanguinem pretiosum, & ipsis crucifixoribus vestimenta sua. Quarto trahit per lateris apertionem, vt eius amorē præcordialem cognoscamus, sicut amicus amicū trahit vt amorem suum sibi ostendat, amor autē aliquando ostenditur ex sermone, iuxta illud Mat. 12. Ex abūdātia cordis os loquitur. Quādo enim

enim cor abūdāt in amore, os abūdāt in sermone. Aliquādo amor manifestatur in opere, & iste amor est de quo dicitur Ioan 3. Non diligamus verbo nec lingua, sed opere & veritate. Aliquando amor radicitur in corde: de quo dicitur Mat. 22. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Primus amor qui est in sermone, nihil est nisi adfit amor quī est in opere. Nec primus nec secundus aliquid valet nisi radicitur in corde. Primum amorem nobis Christus ostendit in sua salubri eruditione, secundum ostendit in multiplici beneficiorum largitione, sed tertium, scilicet præcordialem nobis ostendit in lateris apertione. Bern. Clauus penetrans, clavis referans factus est mihi. Quid enim videam per foramen, clamat clauus, clamat vulnus q̄ Deus verē sit in Christo mundum reconcilians sibi. Quinto trahit nos per pedum affixionem, sicut amicus positus in carcere trahit amicum ad se visitādum: sic Christus propter amorem nostrum incarcerari se fecit quando in cruce affigi voluit. Debemus autem ad pedes suos currere: quia sicut dicitur Deu. 33. Qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. Ad pedes ergo eius peccatores debent currere & tribulati. Nam vnus pes est tinctus oleo: istud enim oleum est misericordia viscerosa. Deut. 33. Tingat in oleo pedem suum. Secundus pes est tinctus sanguine: iste est eius passio gloriosa. Ps. 67. Vt intingatur pes tuus in sanguine. Peccatores enim accedant ad pedes tinctos oleo misericordiæ, & inuenient medelam & sanationem. Isa. 61. Spiritus domini super me, eo quod vnixerit me: ad annuntiandum mansuetis misit me: vt mederer contritis corde. Tribulati accedant ad pedem intinctum sanguine, & ibi inuenient consolationem. Greg. Si passio Christi ad memoriam reduceretur, nihil tam durum quod non æquo animo toleretur. Sexto trahit per sui corporis extensionem, sicut amicus trahit amicum extendendo se totaliter ad ipsum. Postquam igitur Christus pro nobis se totaliter extendit, debemus & nos ad ipsum extendi & ab ipso trahi. Nam extendit se pro nobis de cœlo vsque ad vterum virginis gloriosæ, de vtero in præsepium, de præsepio in mundum, de mundo in patibulum, de patibulo in sepulchrum, de sepulchro in limbum, de limbo rediit in mundum, de mundo se extendit vsque ad cœlum, de cœlo se extendet vsque ad iudicium.

FERIA III. ENARRATIO LXXXIII.

DE EPISTOLA.

Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Scribitur Ier. II. & legitur hodierna die pro epistolari officio.

Ambrosius in Hexaemero, dicit: Vbi taurus maetatur, cæteri siue boues clamando confluunt & occurrunt. Spirituales sic Christus pro nobis occisus est, & eius sanguis effusus. Ideo deuotis fletibus ei occurramus, & vota nostra lamentabiliter offeramus. Nã dicit Sextus Pythagoricus q̄ nulla salus cernitur vbi Christi saluberrima passio à mētis intuitu elongatur. Ne igitur eius passio à nostra remoueat memoria, proponitur nobis ab Ieremia hodie in epistola suã innocentia passionis, dicens: *Ego quasi agnus mansuetus, &c.* In verbis prædictis duo innuuntur. Primo Christi innocetia, ibi: *quasi agnus mansuetus.* Secundo subditur salutaris victima, ibi: *qui portatur ad victimam.* De primo, dicitur: *Ego quasi agnus mansuetus.* Nota Christus in scripturis agnus appellatur propter mansuetudinẽ & innocentiam. Nã sicut dicit Isid. Cætera animalia armavit natura, solũ agnũ dimisit inermẽ. Non enim habet cornua ad vtilandũ, nec dẽtes ad mordendũ, nec ungues ad lacerandũ; sed mansuetus & innocẽs inuenitur. Eodẽ modo Christus nunquã alicui nocuit, sed omnibus profuit. Dicitur autẽ Christus in autoritate præmissa agnus & agnus mansuetus & agnus victimatus. Agnus autẽ secũdũ Isid. dicitur ab agnoscẽdo, quia inter innumerabiles greges solo balatu matrẽ cognoscit. Eodẽ modo Christus dicitur agnus ab agnoscendo, cũ in cruce existens tria genera personarũ agnouit. Agnouit patrẽ & matrẽ & suos crucifixores. Nã patrẽ agnouit animã suã sibi cõmẽdãdo, dicẽs: Pater in manus tuas cõmendo spiritũ meũ. Dicitur etiã & scriptũ reperitur q̄ Christus in cruce existens totũ illũ psalmũ, Deus meus respice in me, silẽter dixit, deinde aliũ psalmũ: In te domine speraui, silẽter dicere incepit. Et cũ peruenit ad illũ versum, In manus tuas, &c. fortiter clamauit, dicẽs: Pater in manus tuas cõmendo spiritũ meũ. In hoc dat nobis exẽplũ vt cũ ad extrema appropinquamus, spiritũ nostrũ deo cõmẽdemus. Et hoc tribus de causis. Primo vt deus ab infidijs dæmonũ spiritũ nostrũ custodiat. Dæmones enim suat in ista vita parati vt rapiãt animã. Sed anima quæ est in manu Dei nullũ debet timere: quia dicitur Io. 10. Non rapiet eas quiscquam

quam de manu mea. Secundo vt animã nostrã per angelorũ ministeriũ ad cœlum deducat. Exo. 23. Ecce ego mitto angelum meũ qui præcedat te & custodiat in via, & introducat te in locũ quem præparauit. Tertio vt à morte æterna animã custodiat. Sap. 3. Iustorũ animę in manu dei sunt: & nõ tãget illos tormentũ mortis. Secũdo agnouit iste agnus matrẽ de ea specialẽ curã habendo, & Ioanni eam cõmendando, cũ dixit: Ecce mater tua. In hoc dat nobis exẽplũ vt de parentibus nostris vsq; ad mortẽ curam & diligẽtiam habeamus. Petro quidem cõmendauit ecclesiã. Ioanni verò cõmendauit matrẽ suã. Si inuenisset aliquos digniores, certum est, q̄ talem thesaurũ eos fecisset custodire, pecuniã verò Iudæ recõmendauit, ad innuendum q̄ pecunia temporalis & vilis res & indigna esset: & ideo eam custodi indigno & vilissimo recõmendauit. Nos igitur studeamus vt exẽplo Ioannis virginem beatam accipiamus in matrẽ si volumus eam habere adiutricem. Cũ enim sit triplex status hominis, sicut dicit Aug. s. in vita, in morte, & post mortẽ: ipsa in hoc triplici statu iuuat filios suos qui habet eam in matrẽ. Vnde canit ecclesiã: Maria mater gratiæ, mater misericordiæ, ru nos ab hoste protege, in hora mortis suscipe. Adiuuat em̄ in vita. Sed in vita ista sunt quidã iusti: istis impetrat perseverantem gratiam, ideo dicitur: Maria mater gratiæ, s. datrix & conseruatrix. Alij sunt peccatores & istis impetrat peccatorũ remissionem & misericordiam. & ideo dicitur mater misericordiæ. Secũdus status est prout sunt in morte, qui est status periculosus: quia hostes, i. dæmones ad morientes accedunt, & si aliquod ius habeant inquirũt. Sed beata virgo hostes, i. dæmones expellit & animas protegit, ideo subditur: Tu nos ab hoste protege. Tertius status est post mortem, quando anima de corpore est egressa. Et ille status similiter est periculosus: quia ibi dæmones sunt rugientes, & animã deuorare volẽtes. Sed beata virgo animas in morte suscipit & in cœlũ deducit, & a dæmonibus rugientibus defendit, ideo subditur, In hora mortis suscipe. Vnde quelibet talis anima potest referre gratias beatę virgini Marię & sibi dicere illud Ecc. 51. Liberaſti me secũdũ multitudinẽ misericordiæ nominis tui à rugientibus præparatis ad escam, de manibus quærẽtiũ animã meã. Tertio ille agnus cognouit crucifixores suos pro eis orãdo, dicẽs: Luc. 23. Pater dimitte illis: nõ enim sciũt qd faciũt. Aliquãdo p̄t iniuria irrogari

in contumeliis verborum. & hæc est magna iniuria. Aliquando in spoliacione rerum, & hæc est maior. Aliquando in irrogatione suppliciorum, & hæc est maxima. Istæ tres iniuriæ fuerunt Christo in passione irrogatæ, ipse enim fuit contumeliis lacessitus. Vnde dicitur Matt. 27. Prætereuntes blasphemabant eum mouentes capita sua, & dicentes: Vah qui destruis templum Dei & in triduo illud reedificas. Ipse fuit omnibus rebus suis & vestibus denudatus. Vnde signatus est per Ioseph, de quo dicitur Gen. 37. Nudauerunt eum tunica talari & polymita. Ista fuit tunica Christi inconfutilis, & desuper cõtexta per totum. Psal. 21. Diuiserunt sibi vestimenta mea. Iste fuit multis vulneribus fauciat. Isa. 53. Ipse enim vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. In his igitur est magnam habere patientiam, maius habere lætitiã, maximum dare beneficentiã. Christus omnia ista habuit, non enim ea tantum portauit patienter, iuxta illud Isa. 42. Tacui, semper filii patiens fui. Non tantum lætante, iuxta illud Ps. 29. Concedisti succum meum, circumdedisti me lætitiã. Sed etiam suis occisoribus beneficium impendebat dum pro eis orabat, dicens: Pater dimitte illis quia nesciunt quid faciunt. Et sic iste agnus in cruce existens cognouit patrem spiritum suum sibi recommendando: cognouit & matrem de ea specialem curam habendo. Cognouit etiam suos crucifixores pro eis orando. Eius oratio de eis multos conuertit & Deo reconciliauit. Ideo in missa agnus Dei ter cantatur, quasi dicat ecclesia: Agne qui cognouisti patrem spiritum tuum in suis manibus recommendando, miserere nobis. Agne qui cognouisti matrem de ea specialem curam habendo, miserere nobis. Agne qui cognouisti inimicos tuos pro eis orando & eos Deo pacificando, dona nobis pacem. Secundo fuit agnus mansuetus: sicut enim agnus quando occiditur non murmurat nec reclamationem, sed tantum quasdam voces querulas emittit. Sic etiam Christus non remurmurauit nec reclamauit. Isa. 53. Sicut ovis ad occisionem ducitur, & quasi agnus coram tondente se obmutescit, & non aperuit os suum, sed ad blasphemandum vel murmurandum. Emisit tamen quasdam voces pie cõquisitionis. Vnde emisit ad patrem, dicens Matt. 27. Deus Deus meus ut quid dereliquisti me? Aliam emisit ad matrem, dicens Ier. 17. Vix mihi mater mea, quare genuisti me virum rixæ: virum discordiæ in vniuersa terra: Iudæi enim sepe rixabantur cum eo, & sæpe inter se ad discordias conueniebant, sæpe enim ipsum maledicebant. Vnde subditur: Omnes maledi

maledicunt mihi. Tertia emisit ad circumstantes & prætereuntes. Thren. 1. O vos omnes qui transitis per viam autem dicit & videte, &c. Quarta emisit ad terram. Iob 13. Terra ne operias sanguinem meum: neque inueniat locum in te lætædi clamor meus. Quinta emisit ad cælum, dicens Ier. 2. Obstruete cœli super hoc, id est super opprobriis & iniuriis à Iudæis mihi illatis. Et sequitur: Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ: & foderunt sibi cisternas dissipatas. Ac si dicat: Ista duo mala fecerunt Iudæi: quia me qui sum fons aquæ viuæ desiccauerunt, id est occiderunt, & Barabbam qui erat aqua turbida conseruauerunt & bibere dimiserunt. Dixi secundo subditur salutaris victima: cum dicitur: *Qui portatur ad victimam.* Christus fuit agnus victimatus. Est autem differentia inter hostiam & victimam: quia hostia dicitur sacrificium pro hostibus vincendis: victima autem pro hostibus victis. Caro igitur Christi in passione fuit hostia: quia fuit pro hostibus vincendis, post passionem autem victima, quia fuit pro hostibus victis. Siue autem esset hostia siue victima, oportebat ut igne accederetur: ut sic fumus esset odoriferus. Talis victima siue hostia fuit Christus. Eph. 5. Dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Ista autem hostia ut esset odorifera fuit quadruplici igne inflammata. Primo, videlicet igne amoris. De quo dicitur Luc. 12. Ignem veni mittere in terram. Magnum indicium amoris est dare amico suo temporalem substantiam: maius est in obsequium personam suam: maximum est dare in mortem vitam suam. Istud maximum signum amoris habuit Christus. Io. 15. Maiorem charitatem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Secundo, ista victima fuit inflammata igne doloris. Quarto enim caro est melius complexionata, tanto maioris doloris sensitiua. Caro enim oculi magis sentit dolorem, quam caro calcanei: quia est melius complexionata. Caro igitur Christi fuit manu spiritus sancti de purissimis sanguinibus virginis facta. Et ideo fuit optimè complexionata, & propter hoc fuit maioris doloris sensitiua. Tertio, ista victima fuit inflammata igne passionis, de quo dicitur in Psal. 16. Igne me examinasti, &c. Item Psal. 101. Ossa mea sicut cremum aruerunt. Si enim ossa fuerunt concremata: manifestum est, quod caro & pellis concremata fuit. Quarto, ista victima fuit inflammata igne cõpassionis. Magna quidem compassione

replebatur quando matrem desolatam & afflictam videbat, quando Apostolos dispersos & in errorem prolapsos cernebat, quando suos crucifixores in phrenesim cōuersos respiciebat. Sic enim pius pater quādo videt filium suum phreneticum in se insurgentem dolet & plorat, non propter suā iniuriam, sed filij furiam: sic Christus non suos dolores, sed perditionem suorum interfectorum dolebat: Heb. 1. 5. In diebus carnis suæ preces supplicationēsq; ad Deum fudit, ecce quia orabat cum clamore valido, ecce quia clamabat: & lachrymis offrens, ecce quia plorabat, &c.

DE EODEM, ENARRATIO LXXXV.

Hic est sanguis meus novi testamenti qui pro multis effundetur. Marc. 14.

Constantinus in libro de naturis liquidorum dicit: Quinariis suis sanguinē calidum imberit, in se propriū sanguinis prouocat effluxū, quem naturali quidam virtute extrahit & educit. Spiritualiter, sic qui intus in mēte sorbet passionis Christi fluxū & refluxū, sentit in se suauitatem & beatitudinē sempiternæ gloriæ. Alanus: Omnis qui Christi sanguinē deuota mente compassionis imberit, infinitam mentis dulcedinem æternaliter degustabit. Sed quia natura humana per passionē crucis transiit de contumelia in gloriam, ideo gloriatur mater ecclesia in introitu missæ dicēs: Nos autem gloriari oportet in cruce domini, &c. quia in ea vera est salus mentis & corporis. De quo Fulgentius: Sanitatem mentis & corporis consecuti sumus per virtutem felicissimæ passionis Christi, de quo thema: *Hic est sanguis, &c.* In verbis præmissis duo innuuntur. Primò noui testamenti confirmatio ibi. *Hic est sanguis noui testamēti.* Secundò subditur sanguinis effusionis ratio, ibi: *qui pro multis effundetur.* De primo dicitur: *Hic est sanguis meus noui testamēti.* Pro quo sciendū q̄ omne testamentū sicut dicitur Heb. 9. cōfirmatur morte testatoris. Et ideo Deus voluit vtrunq; testamētum videlicet vetus & nouū confirmare per sanguinem. De confirmatione veteris testamenti per sanguinem dicitur Hebr. 9. Lecto enim omni mandato legis à Moysē vniuerso populo accipiens sanguinē vitulorum & hircorū cum aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum quoq; librū & omnem populū aspersit, dicens: *Hic est sanguis testamēti quod ad vos mandauit Deus.* De cōfirmatione noui testamenti per sanguinem dicitur in autoritate præmissa: *Hic est sanguis meus noui testamēti.*

Notan

Notādum q̄ Christus in isto testamēto quod in sua passione cōdidit, octo legata diuisit sicut di. Amb. Autor humani generis existēs in cruce pietatis officia diuidebat, persecutionem apostolis, pacē discipulis, corpus Iudæis, patri spiritū, virgini paranympū, latroni paradisu, peccatorib⁹ infernū, crucē pœnitētib⁹ delegauit. Primò igitur legauit persecutionē apostolis, & mortē, illud enim ipsis legauit quod ipse possidet. Ioan. 15. Si persecuti me sunt & vos persequētur. Et istud legatū perfectē fuit ab apostolis omnibus solutū: quia persecutionē habuerūt & mortē sustinuerūt. hereditas enim trāsit ad hæredes cū suo onere & honore. Deus igitur hereditatē æternæ beatitudinis adiūxit onus, i. tolerantiam passionis. Cum isto enim onere Christus eadem beatitudinem adeptus est. Luc. vii. Oportuit Christū pati: & ita intrare in gloriā suā. Habuerūt eā apostoli. Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū cœlorū. Habet eā omnes fideles. 2. Tim. 3. Omnes qui volunt piē viuere in Christo Iesu, persecutionē patietur. Qui igitur vult assequi æternā beatitudinē & nullam pati tribulationē, videtur q̄ velit esse Christo dignior & apostolis sanctior, & cūctis fidelibus melior. Hiero. Difficile est, imò impossibile vt præsentibus quis & futuris fruatur bonis: & vt de deliciis trāsceat ad delicias: vt hic ventrē & ibi mētē impleat, & in vtroq; seculo sit prim⁹, & in vtroq; appareat gloriosus. Secundò legauit discipulis pacē. Io. 14. Pacē relinquo vobis: pacē meā do vobis. Habuit em̄ Christus 72. discip. q̄ nō erāt ita fortes sicut apost. ad sustinendū persecutionē: & ideo reliquit eis pacē, nō tantū peccatoris vel æternitatis, sed etiā tēporis. Non em̄ infirmis & debilib⁹ statim sunt grauiā imponēda. Habemus em̄ in euāg. Mat. 9. quod nō sunt tristitia imponēda festiuis, nec fortia infirmis, nec insolita inexpertis. Primò enim non sunt imponenda tristitia festiuis, quod innuitur ex eo quod dicit dñs ibidē: Nūquid possunt filij sp̄s lugere quādiu cū illis est sp̄s? illi, s. qui semper cū Deo illud festū faciunt. De quo dicitur in Psal. 75. Reliquiē cogitationū diē festū agēt tibi. Talibus nō debet imponi tristitia ne impediatur & turbetur in contēplatione interna. Secundò, nō sunt imponēda fortia infirmis. Vnde subdit: Nemo autē immittit cōmissurā panni rudis ad vestimentū vetus. Vetus vestimentū est cōuersatio vetus: pannus autē rudis, i. nouus, est doctrina quę inducit ad cōtemptum terrenorū. Sunt autem tales infirmi

infirmi qui nō sunt statim ad terrenorū cōiemptū inducēdi. Tertio nō sunt imponēda insolita inexpertis. Ideo subdit: nec mittit vinū nouū in vres veteres: per vtrē veterē intel-
ligitur mēs assueta terrenis: per vinū nouum doctrina quæ inducit ad appetitū cęlestium. Sed homines assueti diligere terrena nō statim sunt cogendi ad cęlestia. Tertio, legauit corpus suū Iudæis, vt, si ipsum crucifigerēt, & sic nostrā saluationē perficerēt. Iob 9. Terra, i. caro Christi de nostra sub-
stātia terrena assumpta, data est in manib⁹ impij, s. Pilati siue Iudæorū. Corpus autē Christi erat quidā saccus diuinus in quo erāt tria pretiosa inclusa, s. sanguis, anima & diuinitas. Christus igitur de carne sua fecit emplastrū in quo in-
satura nostrę superbiz frāgeretur. Aug. Ecce habes humilitatis exēplū, superbiz medicamentū. De sanguine em suo fecit collyriū quo cęcitas nostrę ignorātię curaretur. Apo. 3. Collyrio inūge oculos tuos vt videas. Animā dedit in pretiū quo seruos suos redimeret. Matt. 20. Dare animā suā in redēptionē p multis. Deitas fuit balsamū quo foetor nostrę immūditij tolleretur. Eccl. 24. Sicut cynamomū & balsamū aromatizans odorē dedi. Quarto, legauit patri spiritū. Luc. 23. Pater in manus tuas cōmēdo spiritū meū. In hoc dat no-
bis exēplū q̄ in manu Dei debemus recōmēdare spiritū nostrū. Illud em̄ quod est in manu est securū ante cōspectū, & est pretiosum: animę ergo quę sunt in manu Dei sunt securę ita q̄ nunquā perdūtur. Io. 10. Nō rapiet eas quisquā de manu mea. Sūt Deo proximę: ita vt diuina visione fruātur. Isa. 49. Ecce manibus meis descripsi te, &c. Sūt pretiosę: ita vt in ornāmēta Dei assumātur. Sicut em̄ annulus ornat manū: sic animę sanctorū quodāmodo ornāt Deū. Vnde dixit dñs de quodā magno peccatore, Ier. 22. Vinuo ego, dixit dñs: quia si fuerit Ieconias filius Ioachim regis Iuda annulus in manu dextera mea, inde euellā eū: & dabo te in manum quęrentiū animā tuā. Quinto, legauit virgini paranyphū cū dixit: Mulier ecce filius tuus. Quod quidē facere voluit triplici ratione. Primō, ratione sui: dederat em̄ legē. Ex. 20. Honora patrē tuū & matrē tuā. Dicebat igitur vt conditor legis legē suā seruaret. Secūdo, ratione nostri vt nos doceat q̄ de parētibus nostris nō tātū in vita sed etiā in morte curā habere debeamus. Tertio, ratione virginis: amittebat em̄ filiū, & ideo p cōsolatione dimittebat sibi fidelē discipulū, sed tamē talis cōsolatio ille sibi esse nō poterat. De quo di-
cit

cit Ber. O qualis cōmutatio! Ioānes p Iesu traditur, seruus pro dño, discipulus p magistro, filius Zebedai p filio Dei, purus homo p puro Deo. Sexto, legauit latroni paradysum dicēs: Amē dico tibi hodie mecū eris in paradiso. Ecce qualis modus fuit intrādi, quia hodie: ecce quāta celeritas, mecū eris: ecce quāta beata societas, in paradiso: ecce quāta loci amœnitas. Ideo autē Christus isti latroni sic fuit liberalis: quia in illa societate triū, erat vnus totaliter bonus, s. Christus: erat alter totaliter malus sicut latro à sinistris positus: erat tertius mediocriter bonus & mediocriter malus, sicut latro à dextris positus. Ipse em̄ nec omnino erat malus, quia culpabilē se cognoscebat, nec erat omnino bonus, quia adhuc gratiā nō erat assecutus. Habuit igitur se laudabiliter ad totaliter bonū, quia ipsum excusauit: ad totaliter malū, quia ipsum increpauit: ad se mediocriter bonū & mediocriter malū, quia veniā postulauit. Septimō, legauit peccatoribus infernū cū dicit Matt. 25. Discedite à me maledicti in ignē æternū. Quod quidem legatū valde cōperit eis: quia pulchrius stat in inferno q̄ statēt in paradiso. Quod ostenditur triplici exēplo. Primū est, quia potius manet porcus in luto quā in viridi prato. Porcus est luxuriosus qui semper in immūditis volutatur. 2. Pet. 2. Sus lora in voluta bro luti, ideo porcus potius manet in luto infernalis fœditatis: q̄ maneret in prato florido cęlestis amœnitatis. Secūdū exēplū est, quia potius stat seruus in cloaca, quā in camera picta. Seruus est auarus. Col. 3. Auaritia est simulachrorū seruitus. Talis seruus potius stat in cloaca infernali quā in camera picta cęlesti. Tertiū exēplū est, q̄ potius stat latro in patibulo, quā in regali sedeat solio. Latro est superb⁹ q̄ furatur Deo illud quod est propriū Dei, s. gloriā. Isa. 42. Gloriā meā alteri nō dabo. Talis igitur latro poti⁹ stat in patibulo infernalis tormēti, quā staret in solio maiestatis Dei. Octauo, legauit crucē pœnitētib⁹ volētibus pœnitere. Luc. 9. Si quis vult venire post me, &c. Quid autē sit abnegare semetipsum, dicit Gre. in homil. Relinquamus nosmetipfos quales peccādo fecimus nos: & maneamus quales p gratiā facti sumus. Ecce em̄ qui superbus fuit, si humilis factus est, seipsum reliquit. Si luxuriosus vitā mutauit, seipsum negauit in hoc quod fuit. Si auarus largiri didicit, & aliena rapere desistit, seipsum reliquit: est quidē ipse per naturā, sed nō ipse p malitiā. Vnde subditur: Tollat crucē suā & sequatur
me:

me: vbi dicit ibid. Greg. Duobus modis crux tollitur, cum, scilicet per abstinentiam affligitur corpus, aut per compassione proximi affligitur animus. Dixi secundo tangitur sanguinis effusionis ratio cum subditur, qui pro multis effunderetur. Et hoc multiplici ratione & vtilitate. Primo, ut esset foedis & immundis in ablutione sordium. Secundo, ut esset laborantibus in penitentia adiutorium. Tertio, ut esset pugnantibus in praesidium. Quarto, de mundo exeuntibus in salutis signum. Dixi primo effusus est sanguis Christi ut esset foedis & immundis in ablutione sordium. Apoc. 1. Dilexit nos & lauit nos in sanguine suo a peccatis nostris. Heb. 9. Si sanguis hircorum aut vitulorum, aut taurorum, aut cinis vitulae aspersus inquinatos sanctificabat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortis. Et seruatum Deo viuendum. Io. 1. Sanguis Christi filij eius emundauit nos ab omni peccato. Hier. Nihil tam efficax ad curandum conscientiae vulnera, nec non ad purgandum mentis faciem: quam sedula passionis Christi meditatio, & sanguinis nobis valde reuerendum, quem Christus in cruce fecit nostrum pretium, in altari nostrum poculum, in exilio nostrum viaticum, in deserto nostrum conductum, in caelo aduocatum: passio enim tua domine vltimum refrigerium, singulare remedium. Sed miseri peccatores hoc sanguine mundantur quantum in seipsis est, & polluitur cum mortali peccato consentiunt. Quibus Apost. dicit illud horribile, Heb. 10. Irrita quis faciens legem Moyse sine vlla miseratione duobus aut tribus testibus, supple coniectus moritur: quanto magis putatis maiora & deteriora mereri supplicia qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit in quo sanctificatus est: Gl. Conculcat Christum qui liberet peccat atque timore & poenitentia, & qui eo indignet participat, sanguinem pollutum ducit si ab eo mundatus ad vomitum redit & poenitere negligit. Ber. Vae tibi quicumque es qui desideras redire ad lutum, reuertit ad vomitum: paras quos placidos habebis in iudicio, quos modo tanto desperato vis habere animo. Et nota quomodo peccator sanguinem Christi polluat, Christus tamen eum quoadiu uiuit ad emundationem vocat & inuitat. Heb. 12. Accessistis ad sanguinis asperionem melius loquentem quam Abel, quia ille vindictam, iste salutem: ille damnationem, iste saluationem clamat. Bern. Clamat vulnus, clamat clauus: quia misericordiae Dei non est numerus. Fodiuntur pedes, fo-

diuntur manus, ut per foramina mihi liceat fugere mel de petra, oleum de saxo durissimo. Secundo Christi sanguis est in adiutorium in operibus poenitentiae laborantibus alliciens eorum voluntatem. Sicut sanguis datur canibus ad lambendum ut alliciantur ad sequendum cum magno labore praedam suam. Pl. 67. Intingatur pes tuus in sanguine, scilicet passionis, ut sic ardentius & frequentius praedam tuam videas: & Christum sequaris, quod apparet Apoc. 19. qui erat vestitus veste aspersa sanguine, & exercitus caeli, i. caelestium virorum sequebantur eum. Aug. autem dicit: O homo noli timere mortem & contumelias & crucem, quia si hoc noceret homini, non pateretur filius dei. Tertio est pugnantibus in praesidium. Ipse enim animat homines ad aggrediendum certamen. Quod bene signatum est 1. Macha. 6. vbi dicitur, Ostenderunt elephantibus, quod est animal naturaliter timidum & frigidum, sanguinem vuae & mori, i. sanctorum martyrum, ad acuos eos ad praelium. Et hoc naturale exemplum est. Sanguinis enim aspectus dat audaciam pugnandi, propter quod dicitur 1. Petr. 4. Christo in carne passio & vos eadem cogitatione armamini. Ber. In hoc mundo in stadio pugnamus & in certamine positi sumus. Verbi gratia. Mortuus enim est dominus non ster, ut qui hunc liuorem & plagas non suscepit, in futuro iudicio gloriosus miles non apparebit, & Aug. Ideo mortuus est ut moreretur dominus pro seruo, ut seruus non timeret mori pro domino. Item sanguis Christi pugnaturos confortat ad sustinendum. Hebr. 12. Recogitate eum qui tantum sustinuit aduersus semetipsum contradictionem. Et postea dicitur, Nondum enim usque ad sanguinem restitistis. Ideo aduersus sanguinem repugnantes indui debemus tunica Christi sicut boni milites, ne timeamus si sanguinem pro ipso fundamus, sicut etiam pugiles faciunt. Bern. Bonus miles vulnera non sentit sua dum benigni regis intuetur vulnera. Item sanguis Christi pugnantem roborat ad triumphum. Vnde cum iusti & probi deficiunt in lite, tamen viso regis signo & ipso rege in pressura existente vires resumunt. Apoc. 12. Vicerunt eum per sanguinem agni. Propter quod dicit Ber. Respice fidelis anima in faciem Christi tui, & videbis eum dorso flagellato, latere aperto, capite restibus coronato, pedibus & manibus clauis perforato, volue & reuolue a capite usque ad pedes, a latere in latus, & nihil inuenies nisi dolorem & cruorem. Quarto Christi sanguis de mundo

exercentibus est in securitate & in signū gloriæ percipiendæ. Attendendū q̄ in morte quæ est mediū inter vitā præsentem & futuram, habitant dæmones infestando & tentando. Genes. 3. Tu infidiaberis calcaneo eius. Propter quod dicit Greg. Assidua tentatione tentat, vt saltem tadio vincat. Et sic cum ponitur signum regis super aliquam domū, timent hostes eam inuadere, sic & dæmones, vt dicitur P̄sal. 64. Timebunt gentes qui habitant terminos à signis tuis. Et propter hoc etiam non sine causa ante oculos morientium ponitur crux in signum huius quod dicitur Exo. 12. Cum dominus viderit sanguinem in superliminari, & in vitroq; posite transcendet ostium domus, & non sinet ingredi percussorem domos vestras & lædere. Item glosa, Sanguinis Christi memoria ab exterminatore nos conseruat. Item ibidem, Videbo sanguinem & transibo vos, i. non percutiā nec erit plaga, s. æterna disperdeas, quando percussero terrā Aegypti, i. ciues huius seculi. Non solum autem sanguis Christi conseruat hic existentes, sed introducit in gloriā æternam ibi gaudentes. Est enim signū quo ostenso intratur ad cœlū, cum Aug. dicat, Sanguinis effusio inebrians angelos, satiā sanctos, potans sitibundos, viuificans mortuos, iustificans peccatores, inferos dissipans, mundum redimens, cœlū repa- rans, sanctis omnibus conferens gaudiū sempiternū. Attendendum q̄ si aliquis ingreditur curiā regis, omnes qui habent similes vestes possunt intrare, quia præsumitur q̄ sint de familia eius. Sic certè intrabunt curiā cœlestem, qui vestem Christi habuerūt sanguine tinctā pari ratione. Apoc. vlt. Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni, vt habeāt potestatem in ligno vitæ, & per portas intrent ciuitatē, sicut Christus intrauit. Heb. 9. Habentes fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi. Propter quod dicit Ansel. O quā gloriofum nostræ salutis pretiū per quod de inferni miseria liberamur, per quod in vita rescimur & potamur, per quod in patria gloria & honore coronamur. Item nota q̄ sanguis Christi habet alias quatuor virtutes, per hunc enim venditus redimitur, mortuus viuificatur, reus reconciliatur, & animus delectabiliter potatur, & inebriatur. Primo venditus & captiuus liberatur. Isa. 52. Gratis venundati estis, & sine argento redimemini. Sed quo pretio ostēdit Petrus, 1. Pet. 1. dicens, Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ tradi-

tio

tionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi. Attende quanti valoris sit quod pro te datum est, quod cogita & noli vilipendere. Secundo per sanguinem Christi mortuus viuificatur. Io. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Non solum autem dat vitam gratiæ, sed spem veniendi ad vitā gloriæ. Vnde subditur, Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem habet vitam æternam, s. nunc in spe & tandem in resurrectione. Aug. Venit Christus in carne vt homines manducarent, & manebat apud patre vt angelos pasceret. Tertio per sanguinem Christi reus & discors reconciliatur siue pacificatur. Colos. 1. Pacificans per sanguinē crucis eius, siue quæ in cœlis siue quæ in terris sunt. Pacificauit enim deus vno die hominem & angelum, celum & terram, vt sit vna die gloria deo in cœlis, & in terra pax fieret homini liberato. Ad Rom. 5. Iustificari in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Bernard. Ille cibus est agroris medicina, peregrinantibus diæta, debiles confortat, & delectat valentes, languorem sanat, seruat sanitatem, corpus nutrit, cordis palatum saporosum facit, sic homo inde mansuetior, ad correptionem patientior, ad laborem sagacior, ad cautelam humilior, per conscientiam acceptior, ad obediendam paratior, ad gratiarum actiones sollicitior ac deuotior. Quarto animus hoc sanguine delectabiliter potatur & sobriè inebriatur. Mat. 27. Accepto calice gratias egit, & dedit discipulis suis, dicens, Bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus noui testamenti qui pro multis effundetur. Glosa: O felix ebrietas, salutaris satietas: qui quantò copiosius bibitur, tantò amplius sospitatem mentibus donare dignatur. P̄salm. 22. Calix meus inebrians quā præclarus est, id est sanguis Christi qui sic inebriat vt sobrios reddat, quā præclarus est, dat enim claritatem vitæ æternæ. Bernard. O Iesu fons indeficiens, humana corda resciciens, ad te curro, te solum sitiens, tu mihi salus sufficiens. Hunc potum boni & amici bibunt ad suam delectationem & salutem. Sed de multis dicitur illud 1. Cor. 11. Qui māducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Bonis autem dicitur illud, Cant. 5. Bibite & comedite amici mei, & inebriamini charissimi. Hi sunt de quibus dicitur, Eze. 39. Comedetis adipem ad saturationem, & bibetis sanguinem ad ebrietatem de victima quam

ammolauit vobis. Hi enim sunt pulli aquilæ, de quibus dicitur Iob 39. Pulli eius lambunt sanguinem. Ipsi ad hoc sunt vocati, vt cum medulla tritici gloriam corporis Christi, & sanguinem vñz biberent meracissimum, vt dicitur Deut. 32. **Glosa.** De quo scriptum est: Hic est calix noui testamenti in meo sanguine. Quam mirabiliter autem iste potus conficiatur, Bernard. ostendit, dicens, Deus qui mirabilis est in omnibus sacerdotibus, mirabilior ostenditur dum mirabilia per eos operatur, quod nullis angelorum ordinibus & nullis terrenis potestatibus est concessum, dignificauit dominus facere in eis vt consecraretur, vt id ipsum faciat in altari quod ipse Christus propriis manibus fecit in cœna paschali.

FERIA IIII. ENARRATIO LXXXVI.

Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est, propter scelera nostra, disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Isa. 53.

Legitur quòd pelicanus cum pullos suos excubauerit, tunc serpens multum persequitur pelicanum, & dum pelicanus non adest, serpens reperit arborem pullos occidit. Pelicanus autem rediens & videns pullos interfectos, tribus diebus plangit eos mortuos, tertia autem die cum rostro vulnerat cor suum, & de sanguine suo pullos suos aspergit, & sic illi reuiuiscunt. Spiritualiter per pelicanum intelligitur Christus qui dicit per Psalm. 101. Similis factus sum pelicano solitudinis, &c. Serpens est diabolus qui humanum genus occidit, sed pelicanus, i. Christus in quinque partibus corporis vulnerati voluit, & sic homines mortuos viuificauit. Osee 6. Viuificauit nos post duos dies, in die tertia suscitauit nos, & viuemus in conspectu eius. Sumus enim viuificati in prima die passionis suæ, & in secunda die sepulturæ, sed suscitati sumus die tertia resurrectionis suæ. Ideo Leuitic. 17. Anima omnis carnis in sanguine est, scilicet Christi, quem sanguinem effudit pro nobis abunde, de quo thema, *Vulneratus est propter iniquitatem nostram.* In verbis præmissis duo innuuntur. Primo quomodo passio Christi fuit pœnosa, ibi, *Vulneratus est.* Secundo subditur fuisse fructuosa, ibi, *Liure eius sanati sumus.* De primo dicitur, *Vulneratus est.* Dicit Hie. Isaias non tantum fuit propheta, sed etiam euangelista, quia non tantum prophetauit in futuro, sed etiam historiam passionis Christi scripsit in præterito. Nam ipse passionem Christi, quam per quingentos annos præuidens cam

fic

sic aperte describit, ac si etiã præsentialiter cõspexisset, dicens, *Vulneratus est propter iniquitates nostras, &c.* Vbi ponit quod ipsa passio Christi fuit pœnosa. Et pœna Christi describitur tripliciter. Primo fuit vulneratus, & hoc ideo vt redemptionis nostræ pretium de corpore suo emanaret. Corpus enim Christi erat tanquam saccus plenus thesauro, & tanquam alabastrum plenum vnguento, tanquam apotheca plena balsamo. Homo erat captiuus, vulneratus & fœtidus. Voluit ergo Christus vulnerari vt saccus scinderetur, & thesaurus inde exiret quo captiuus redimeretur. De isto thesauro dicitur 1. Petr. 2. Non corruptibilibus auro vel argento empti estis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi & incontaminati. De sacco verò in quo erat iste thesaurus dicitur Prou. 7. Sacculum pecuniæ secum tulit, &c. Bernard. Saccum plenum misericordia misit Deus pater in terram. Saccum, inquam, in passione conscindendum, vt effundatur quod in eo latet, scilicet pretium nostrum. Secundo corpus eius erat tanquam alabastrum plenum vnguento: & ideo voluit vt illud alabastrum multis vulneribus frangeretur, & inde vnguentum pretiosum exiret quo vulneratus curaretur. Ista vnguenta petebat sponsa, dicens, Cant. 1. Trahe me post te: curremus in odore vnguentorum tuorum. Ista vnguenta sunt suauia: quia delectat corda, & sunt sanatiua: quia curat peccata. Eccl. 38. Vnguentarius faciet pigmenta suauitatis, & vnctiones conficiet sanitatis. Istitis vnguentis est sanatus Samaritanus vulneratus, scilicet vino & oleo. i. sanguine Christi, qui fuit tanquam vinum in quantum patrem lætificauit, & fuit tanquam oleum in quantum ipsum ad misericordiam inclinavit. Tertio corpus Christi fuit tanquam apotheca, & ideo voluit quod ista apotheca plena balsamo aperiretur: & inde balsamus efflueret quo fœtidus sanaretur. Tunc autem ista apotheca fuit aperta, quando vnus militum lancea latus eius aperuit. De odore illius balsami dicitur Eccl. 24. Sicut cynamomum & balsamum aromatizans odorem dedi. Omnia que sunt in balsamo dicuntur virtuosa, scilicet cortex, folia, semen & liquor. Sic etiam quicquid fuit in Christo primo cortex, i. corpus, folia, id est, verba, semen, id est, anima eius corpore seminata, & liquor, id est, sanguis pretiosus. Item vulnera Christi sunt horrea que aperuit Ioseph, Genes. 41. ad fame licos pascendos. Vnde dixerunt Aegyptij: Salus nostra in manu tua domine. Gen. 47. Item sunt cellaria vinaria aper-

ta, vt inebrietur animæ charitate. Cantic. 2. Intrauxit me rex in cellam vinariam. Ibidem 5. Bibite & inebriamini charissimi. Bern. Pater arca cordis per foramen corporis. Nota principaliora vulnera Christi sunt quinque, quæ significatur per quinque ciuitates refugij in terra promissionis. Deut. 19. Bern. Vbi tanta securitas & firma sicut in vulneribus Christi? Secundo Christus fuit attritus. Sicut enim succus herbæ attritur vt inde fiat emplastrum, per quod apostema sanetur, sic corpus Christi fuit attritum vt fiat emplastrum quo tumor superbiæ frangeretur. Fit autē emplastrum de floribus, herbis, & speciebus aromaticis, aliquo liquore super infuso. In Christo fuit caro tanquam herba, iuxta illud Isa. 40. Omnis caro fœnum. Fuit anima tanquam flos, quia fuit valde purissima & amœna. Can. 2. Ego flos campi. Fuit diuinitas tanquã species aromatica. Fuit sanguis tanquã liquor infusus. Ex istis ergo factum est emplastrum quod debet frangere tumorem nostræ superbiæ. Tertiõ fuit disciplinatus, ideo dicitur, disciplina pacis nostræ. &c. Homo enim deũ offendebat, & ideo disciplinari debebat. Christus autem flagellari voluit, & sic deũ nobis pacificauit. Ideo dicitur, Disciplina pacis nostræ super eum. Olim pax tribus modis inibatur & firmabatur, s. percussione manuum, quæ ad inuicem manus percutiebant, secundo signi erectione, quæ, s. aliquam columnam vel pilam lapideam erigebat. De istis duobus dicitur Iosue vlt. Percussit Iosue in die illo fœdus, ecce percussio. Deinde subditur, Et tulit lapidem pergrandem, posuitque eum subter quercum quæ erat in sanctuario domini, dicens, En lapis iste erit vobis in testimonium quod audieritis omnia verba domini quæ locutus est vobis, ne forte postea negare velitis, & mentiri domino deo vestro. Tertiõ aquæ effusione, de hoc dicitur 1. Reg. 7. Hauserunt aquam & effuderunt in conspectu domini. Per quod volebant innuere, quod si cur de aqua nihil remanet quando effunditur nec substantia, nec sapor, nec color, neque odor. Sic si aliquis pacem non seruaret, nihil de illo nec de his quæ ad ipsum spectant remaneret. Vt ergo Christus firmam pacem cum deo nobis acquireret fuit disciplinatus & percussus, non tantum in manibus, sed etiam in pedibus fuit perforatus, & in toto corpore flagellatus. Fuit etiam tandem in signum in cruce eleuatus. Ioan. 12. Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Fuit insuper sicut aqua effusus, quia nihil sibi

reman

remanfit, nec sanguis, nec aqua, nec vita, nec familia. Dixi secundo eius passio fuit fructuosa quum subditur: Et liuore eius sanati sumus. Pro quo sciendum, quod passio Christi multiplicem fructum nobis attulit. Primus est adiutorium contra hostes: Habemus enim triplicem hostem. Primus est caro quæ impugnat nos per concupiscentias malas. Gal. 5. Caro concupiscit contra spiritum. Sed sanguis Christi mortificat omnes motus carnales. Istud est figuratum Exo. 7. Vbi dicitur quod Moyses eleuans virgam percussit aquas fluminis, & versa sunt in sanguinem, & pisces qui erant in flumine mortui sunt. Per pisces significantur motus carnales, qui nutriuntur in aquis deliciarum. Sed tunc in sanguinem aquæ conuertuntur, & pisces moriuntur, quando ad memoriam dominicæ passionis deliciae refrenantur. Bern. Visa passione Christi, quis tam luxuriosus, qui se non contineat? quis tam deliciosus, qui se non absteineat? quis tam malitiosus, vt non pœniteat? Secundus hostis est mundus qui impugnat bonos per aduersa & tribulationes. Io. 16. In mundo pressuram habebitis: in me autem pacem. Has debet homo vincere per sanguinem Christi. Istud figuratum est Apoc. 19. Ioannes vidit vnum, cuius nomen erat Verbum Dei, & vestitus eius erat aspersus sanguine. Per hoc significatur corpus eius crucentatum, & sequebatur eum multitudo, per quos significatur sancti passionem eius in memoria habentes, qui ipsum sustinendo aduersa imitantur. Bern. Vult benignus dux deuoti militis vultum & oculos in sua sustolli vulnera, vt ex hoc animus illius erigat, & exemplo suo reddat ad tolerandum fortioerem. Non enim sentit sua dum illius vulnera intuetur. Greg. Si passio Christi ad memoriam reuocetur, nihil adeo durum est quod non æquo animo toleretur. Bernard. Nihil dulcius in tribulatione quam passionem Christi cogitare. Quam enim asperitatem formidabit seruus, si menti eius occurrat quod filij Dei sanguine sit redemptus? Si enim passionem Christi semper recordaremur, illa sagitta dilectionis vulneraremur quod propter eum dulciter omnem tribulationem pateremur. Exemplum in beato Ignatio qui nullis poterat vinci pœnis ac tribulationibus, & quum quaereretur ab eo quomodo tam fortis esset, respondit: Crucem Iesu Christi in corde meo habeo, quæ omnia vincere facit quæcunque mihi poterint infringi. Tertius hostis est diabolus qui impugnat suggestione. Iste etiam

vincitur per sanguinem Iesu Christi. Istud etiam figuratur Apoc. 12. vbi dicitur quod Ioanes vidit draconem magnum septem capita habentem, qui signat diabolum cum septem mortalibus vitiis. Et Michael & angeli cum dracone pugnant, & vicerunt eum per sanguinem agni, id est, Iesu Christi. Bernard. Vbi firma & tuta requies nisi in vulneribus Christi: tanto illic securior habito, quanto ille potentior est ad saluandum: premit corpus per voluptates, fremit mundus per aduersitates, insidiatur diabolus per suggestiones, non cadam, quia vulnerum domini recordabor. Decipit enim eum secundum Aug. tanquam murem, quia tetendit tanquam muscipulam crucem in qua posuit sanguinem tanquam escam. Vnde dicit Aug. venit redemptor noster, & vincens est deceptor. Et quid fecit redemptor captiuatori nostro? tetendit muscipulam, s. crucem suam, & posuit in ea escam, s. sanguinem suum. Ille autem effudit sanguinem pro debitoribus propter quod diabolus recessit a debitoribus. Secundum autem Gregorium decipit eum tanquam pisces, quia posuit exterius escam, id est, carnem & sanguinem: interius autem occultauit ferreum hamum, i. diuinitatem. Diabolus autem volens capere escam carnis, captus est ab hamo diuinitatis. Secundum vero Remigium decipit eum tanquam auem. Vnde exponens verbum Iob 40. Nunquid illudes ei tanquam aui? dicit, illusus est diabolus in morte domini tanquam auis. Nam Christus sub carnis mortalitate abscondit diuinitatem vt laqueum, quo eum velut auem improvidam prudenter irretiuit decipula. Refert Valerius quod Thoreses & Athenienses dum aduicem decertarent, Codrus rex Atheniensis de euentu belli Apollinem requisit. Qui respondit: Si te occidi permitteres gens tua victoriam obtineret. Quum vero hostes istud oraculum audissent, preceperunt ne alicui regem Atheniensem tangerent. Ipse igitur rex ne cognosceretur rusticum habitum accipiens & sarmenta in humeris assumens ad hostes processit, ibique quendam militem cum falce prouocans ab ipso occisus est. Quo cognito Thoreses memores oraculi fugerunt, & Athenienses victoriam obtinuerunt. Iste rex fuit Christus, qui ne a demonibus cognosceretur habitum serui accepit, sarmenta, i. crucem in qua fuerunt ligna diuersa in humeris baiulauit. Et sic mortuus fuit. Si enim demones cognouissent eum fuisse Deum, nunquam eum occidi procurassent. 1. Cor. 2.

Si

Si enim cognouissent nunquam dominum glorie crucifixissent. per suam autem mortem demones fuerunt expoliati & vinciti. Col. Expolians principatus & potestates traduxit confidenter palam triumphans illos in seipso. Secundus fructus passionis Christi est quod per passionem homo ad paradysum reductus est. Erat enim homo a caelo expulsus: igitur sanguis Christi fusus est vt hominem ad caelum reduceret. Tria autem erant quae hominem impediabant ne ad caelum rediret, primum quod porta paradisi erat clausa. Quod signatum est Gen. 3. per Cherubin quem dominus ad ianuam paradisi posuit vt ipsum custodiret. Secundum erat quod flamma quaedam erat interposita, quae hominem ab ingressu prohiberet. Vnde dicitur, & flammeum gladium atque versatilem ad custodiendum viam ligni vitae. Per quam flammam significatur reatus & obligatio ad poenam aeternam cui homo prauaricationis merito erat obligatus. Tertium erat iniustitia Dei quae multum erat seuera, quae significatur per rumpheam bis acutam erat seuera, quae significatur per rumpheam bis acutam quam Cherubin in manu tenebat. Iustitia autem Dei dicebatur bis acuta, quia corpus & animam incidebat. Et quia de commissis & amissis rationem quaerebat, ideo sanguis Christi fuit clavis Dei, aqua Dei, & pretium Dei. Primum fuit clavis Dei, quia ianuam paradisi aperuit. De ista clauis dicitur Isa. 22. Dabo clauem domus David super humerum eius, aperiet & non erit qui claudat. Ista clavis secundum Glosam fuit crux Christi quam ipse super humerum baiulauit. Ideo sanguis Christi clavis est paradisi. Secundum fuit aqua Dei quae ignem gehennae extinxit, quia ulterius in bonis non poterat pie valere. Ista aqua figurata est in aqua quae de latere Christi emanauit. De ista aqua potest exponi quod dicitur Eccl. 3. Ignem ardentem, s. infernalem extinguit aqua. illa, s. aqua quae de latere Christi effluxit. Hier. Flamma illa rumphea & Cherubin praeforis paradisi praedicta Christi extincta & reserata sunt sanguine. Tertio fuit pretium Dei quo diuinae iustitiae satisfecit. Pl. 18. Quae non rapui, tunc exolvebam, quasi dicat, Adam fecit furtum, & ego exolui debitum. Vnde canit ecclesia in benedictione cerei paschalis: Qui pro nobis aeterno patri debitum exoluit. Secundum homo erat inclusus in inferno siue in limbo, & ideo Christus sanguinem suum fudit, quia portas inferni confregit, & sanctos patres inde eduxit. Vnde dicitur Zac. 9. Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vincos de lacu

K K 5

in quo non erat aqua. Legitur in historia scholastica q̄ Salomon habebat struthionem habentem pullum, quem pullum Salomon in quadam cauea nutrebat vitrea. Quum verò pater pullum habere non posset, vermen quēdam de deserto portauit, de cuius sanguine caueam ipsam linuit, & continuo fracta fuit, & sic pullum illū de cauea illa extraxit. Iste vermis est Christus qui in Psal. 21. Ego sum vermis & non homo. Vermis enim non nascitur per generationem carnalem, sed de humoribus terræ virtute radij solaris producit. Et sic vermis patrem habet in cælo, s. solem, & matrem in terra, scilicet terræ humorem. Sic etiam Christus in cælo habet patrem sine matre, & in terra matrem sine patre. Pulli inclusi in cauea erāt sancti patres inclusi in fernali cauea: sed venit iste vermiculus, & virtute sui sanguinis caueam illam fregit, & sanctos patres inde eduxit. Psal. 106. Contrivit portas æreas, & vectes ferreos confregit. Tertio homo erat inclusus in exilio, i. in mundo. Ideo Christus sanguinem suū fudit vt hominem in exilio confortaret. Homo nāq; erat mortuus, multis tribulationibus pressus, ad conuertendum se ad Deum multū durus, à diabolo in seruitute detentus. Ideo Christus sanguinem suū fudit. Primo vt hominem mortuū viuificaret. Leui. 17. Anima omnis carnis in sanguine est. Osee 6. Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos & viuemus in conspectu eius. Sumus enim viuificati in prima die passionis suæ, & in secūda die sepultura. Sed suscitati sumus in die tertia resurrectionis suæ. Tertius fructus est q̄ Christus sanguinem suū fudit, vt corda dura ad pœnitentiam frangeret. Hoc figuratum est Mat. 27. vbi dicitur: Terra mota est, petræ scissæ sunt, monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt. Ex quo datur intelligi q̄ ad memoriam dominicæ passionis illi qui erant terra, amando, s. terrena, debent moueri ad amandum celestia. Illi qui erant duri sicut petra, debent frangi per cōtritionem. Eorū monumenta, i. ora debent aperiri per confessionem. Et mortui, i. mortalia peccata debent exire & exurgere per satisfactionem. Reperitur quoddam genus adamantis quod non frangitur mallei percussione, nec ignis adustione, nec aliqua temporis inueteratione: frangitur autem sanguinis hirci infusione. Sic sunt multi qui ad pœnitentiam non franguntur, nec per flagellationem, nec per spiritus inspirationem internam, nec per

per ætatis vetustatem. Franguntur autem per dominici sanguinis meditationem atq; virtutem. Quartus fructus passionis Christi est sanitas animarū nostrarū. Vnde Ier. 17. Sana me domine & sanabor. Prouer. 20. Liuos vulneris absterget mala, & plagæ in secretioribus in omnibus membris. Erat enim infirmus in capite, sed liuore Christi sanati sumus. Qui pro nobis in capite vulneratus est vt sanaretur caput animæ, i. intentio. Nam homo in his quæ faciebat non sanam habebat intentionem. Erat infirmus in manib. i. operatione: quia opera mala faciebat. Erat infirmus in corde, quia habebat cogitationes noxias. Erat infirmus in pedib. quia habebat affectiones immūdas. Pes enim animæ secundum Aug. est affectus & amor animæ. Sicut enim corpus vadit pedibus, sic anima vadit affectibus. Erat infirmus in toto corpore, quia habebat totam vitam mundanā & conuersationem vanam. Vt igitur Christus suis liuoribus & vulneribus nos saluaret, voluit primo vulnerari in capite, vt sanaret nostras obliquas intentiones. Voluit vulnerari in manibus vt sanaret nostras malas operationes: voluit verò vulnerari in corde, vt sanaret nostras noxias cogitationes: voluit vulnerari in pedibus, vt sanaret nostras immundas affectiones: voluit vulnerari in toto corpore per flagellationem, vt sanaret totam nostram vitam & conuersationem. Ier. 10. Tabernaculum eius vastatum est, & omnes funiculi eius disrupti sunt. Tabernaculum, id est, corpus, funiculi, i. nerui. Suffecisset vna gutta, sed dicitur Psal. 129. Apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Nam ipse erat mediator Dei & hominū, vt dicit Apostolus. Ideo habuit proprietates mediatoris, qui s. inter discordantes solet erigere manum ad sequestrandum litem & discordiam. Et plerumque euenit ita quod mediator maiorem suscipit plagam, & vulnera plura quàm ipse reus. Spiritualiter, sic euenit mediatori nostro Iesu Christo, qui manum protectionis erexit in cruce pro nobis peccatoribus, ne plageremur à Deo patre. Ipse autem suscepit vulnera & plagas pro nobis. De quo dixit dominus pater Isa. 53. Propter peccata populi mei percussi eum, &c.

IN COENA DOMINI. ENARRA-

TIO LXXXVII. DE EPISTOLA.

Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Scribitur 1. Cor. 11. & legitur hodierna die pro epistolari officio.

Sicut

Sicut inter omnes cibos corporales, panis est cibus vir-
 tuosior: spiritualiter, sic loquendo de cibo mētis non est
 cibus prāstans tantā virtutem animā, sicut panis, i. corpus
 Christi sub specie panis. De quo Psal. 103. Panis cor homi-
 nis confirmat. Figuratur Gene. 2. In medio paradisi erat li-
 gnum vitæ, & fructus in eo. Et si parentes nostri fuissent vs̄
 hoc cibo, vixissent in æternum. Spiritualiter, per paradysum
 intelligitur ecclesia sancta, in cuius medio fuit lignū sitū, s.
 crucis. In hoc ligno pepēdit fructus vitæ, & qui comederit
 de hoc fructu sub specie panis nobis demōstrato habet vit-
 tam æternam. De quo Io. 6. Qui māducauerit hunc panem
 viuet in æternum. Idcirco vt dignē manducemus eundem,
 docet nos Apost. prius examinare conscientias nostras, di-
 cens: *Probet autē seipsum homo.* In verbis prēmisis duo innun-
 tur. Primo propriæ conscientiæ discussio, ibi: *Probet autem se-
 ipsum homo.* Secundo subditur sumentis indignē punitio, ibi:
Qui manducat indignē. De primo dicitur: *Probet autem seipsum
 homo.* Videmus enim si aliquis habet aliquem cibū recipere,
 oportet quod videat & probet vtrū ille cibus sit sanus, & si
 stomachus eius sit dispositus. Si enim cibus esset bonus &
 stomachus esset malē dispositus, vel ecōuerso, potius esset
 sibi ad nocumētum quā ad profectum. Cibus autem iste
 cœlestis non est probandus, quia bene est prāparatus. Vnde
 non dicit Apostolus, probet autem istum cibum homo, sed
 probet autem seipsum homo. Greg. Sicut cibus carnalis si
 ventrem inuenerit diuersis humoribus occupatū, amplius
 lædit, magis nocet & nullum prāstat auxiliū. Ita cibus spi-
 ritualis si aliquem inuenerit malignitate pollutum, magis
 eum perdit, non sui natura sed accipiētis vitio. Nota quod
 ille qui debet hunc cibū suscipere, debet quatuor probare.
 Primo seipsum quātā sit puritatis, & ista puritas attēditur,
 quantū ad manus quibus ministratur, quantū ad os p quod
 suscipitur, & quantū ad cor in quod suscipitur. Manus qui-
 dem debent esse mundæ. Psal. 25. Lauabo inter innocentes
 manus. Ideo sic dicit Diony. Sacerdos accessurus, ad conse-
 crandū lauat digitos, per quos peccata venialia designātur
 ad innuēdum quod non tantū à magnis, sed etiā à paruis
 peccatis debet esse mūdus. Debet ergo habere manus mū-
 das, i. munda opera: qui enim haberet opera indigna, non
 esset dignus tangere nec recipere illud sacramentum. Legi-
 tur 2. Reg. 6. quod Oza à Deo est percussus eo quod arcam

Dei

Dei suis manibus tetigit. Et assignauit rationem Iudæi, quia
 in nocte præcedente iacuerat cum vxore sua. Si igitur ille
 percussus est qui iacuerat cū vxore, qua percussione dignus
 est qui iacet cum meretrice? Si ille qui tetigit arcam li-
 gneam, qua percussione est dignus qui indignē recipit car-
 nem Christi veram? Si ille qui arcā tetigit vt iuaret ne pa-
 teretur ruinā, qua percussione dignus est qui sumit corpus
 Christi ad proiciendum in latrinam, id est in conscientiam
 immundam? Secundo debet habere os mundū per quod sus-
 cipitur & maxime à duobus peccatis, s. detractionis & gu-
 lositatis. Vnde dicitur 1. Cor. 11. Vbi loquitur Apost. de hoc
 sacramento: Conuenientibus vobis in vnū, s. ad ecclesiam,
 audio scissuras esse inter vos, i. peccatū detractionis. Et in-
 fra: Alius quidem e furit: alius autem ebrius est, ecce pecca-
 tum gulositatis. Primus, s. detractor est, ecce pecca-
 tum gulosus est sicut porcus. Ideo Matth. 7. dicitur: Nolite san-
 ctum dare canibus, neque proiciatis margaritas ante por-
 cos. Tertio debet habere cor mundum in quo suscipitur.
 Quia cū sit splendor & speculum sine macula, nō habitat
 nisi in mente pura. Sapient. 7. In animas sanctas se transferret.
 Cantic. 2. Qui pascitur inter lilia, id est corda pura. Auarus
 autem proicit ipsum in terram: quia habet cor terreum a-
 mando terrena. Luxuriosus proicit ipsum in lutum: quia
 habet cor immunditiis plenum. Superbus proicit ipsum in
 ventum, quia habet cor ventosum, i. superbia & ambitione
 repletum. Secūdo debet probare corpus dominicum quātā
 sit maiestatis: quia in ipso sacramento totus Christus con-
 tinetur, s. quantum ad corpus, sanguinem, animam & spiri-
 tum, humanitatem & diuinitatem veram. Recipiēdo igitur
 corpus Christi corpori eius mystico vnimur: & bonorum
 omnium participes efficitur. Vnde dicitur 1. Cor. 10. Panis
 quē frangimus nōne participatio corporis domini est? De
 hac participatione dicitur in Psalm. 118. Particeps ego sum
 omniū timentium te & custodientiū mandata tua. Recipiē-
 do enim sanguinem eius ab omni impuritate conscientiæ
 mundabimur. Heb. 9. Sanguis Christi emūdabit conscientias
 nostras ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti.
 Recipiēdo eius animā ab omni seruitute redimimur. Ioā.
 10. Bonus pastor dat animam suam pro ouibus suis, s. redi-
 mendis. Mat. 20. Filius hominis nō venit ministrari, sed mi-
 nistrare: & dare animā suam in redemptionem pro multis.

Recip

Recipiendo spiritū eius ab omni morte corporis & anima uiuificabimur. Io. 6. Spiritus est qui uiuificat: caro nō potest quicquam. Rom. 7. Qui suscitauit Christum ad mortuis uiuificabit & mortalia corpora nostra propter inhabitantem spiritū eius in nobis. Recipiendo eius diuinitatē omni dulcedine satiamur. Ioan. 10. Ingredietur, s. ad contemplationem diuinitatis, & egredietur, s. ad uisionē humanitatis, & pascua inueniet. De hac refectione dicitur Matt. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tertio, debet probare indignē sumētis periculū quātē sit pœnalitatis. Incurrit enim pœnā temporalem, spiritualem & æternam. De tēporali dicitur 1. Cor. 11. Ideo inter vos multi imbecilles & infirmi & dormiunt multi. Dicitur in libro Paschij, quod quicumque indignē cōmunicat, nisi bonitas Dei gladium suspēderit, ab angelis ad hoc positus perimeretur. Secundo, incurrunt tales pœnā spiritualem: quia diabolus in eos maiorē accipit potestatem. Vnde dicitur de Iuda, Ioā. 13. Post buccellam intrauit in eum sathanas, non tunc primo & de nouo, sed amplius quā antē. Et tamen illa buccella non erat corpus Christi: quātō magis in illum intrat qui audet indignē recipere corpus Christi? Aug. Nullus malignus ad corpus Christi accedat, nullus fœtus adueniat, nullus suffocato animo appropinquare audeat, ne quod Iudas sustinuit patiat. Nam in illum post cōmunicationem mensæ introiuit diabolus. Non quia suscepit corpus Christi: sed quia impudentia Iudæ & malignitas mentis aduersarium inhabitare fecit: ut discas quod indignē mysteriorum secreta celebrantibus diaboli insidiæ præparantur. Tertio, incurrunt pœnā æternam. Vnde super illud: Reus erit corporis & sanguinis domini, dicit Amb. Mortis Christi pœnas habebit, & ac si Christū occidisset, punietur. Quatuor enim reputantur occisores Christi, uidelicet Iudæi, ingrati, reciduiantes, & corpus Christi indignē recipientes. Et istud patet per tale exemplū. Sit aliquis homo qui habeat quatuor marcas auri: & una sibi auferatur uolenter, aliam det ingrato, tertiam ponat in mercibus, quæ sibi auferuntur, quartam in latrinam proiciat. Iste potest dicere se marcas amisisse. Iudæi igitur sunt similes illis, qui marcā uolentes auferunt: quia uitam Christi cum uolentia abstulerunt. Ingrati sunt similes illis, qui beneficium non cognoscunt, quia illi tales passionēs non cognoscunt, nec

aliquid

aliquid seruitium impēdunt. Reciduiantes sunt similes illis qui merces auferunt: Christus enim animas nostras sanguine suo emit. Et ideo ille qui ad peccatū reuertitur, animam emptam sibi auferre conatur. Illi uerū qui immunda mente corpus Christi recipiunt, ipsum in quantum est in seipsis in latrinam proiciunt. Quarto, debet probare dignē recipientium fructum, quantæ sit utilitatis, quæ quidem utilitas attenditur in uita nostra & in morte. In uita enim illud sacramentū est nobis dimissum in memoriale Dominicæ passionis, & in medicamentū nostræ curationis. Est ergo dimissum in memoriale passionis Christi. Habemus enim triplex memoriale passionis Dominicæ. Vnū est in visu, passio scilicet Christi depicta, & istud affectum nostrum multum mouere debet. Secundū est in auditu, s. passio Christi audita seu prædicata, & istud mouere debet magis. Tertium est in gustu, s. passio Christi in hoc sacramento tā ueraciter & tam signāter expressa, & istud mouere debet maxime. Secūdo, dimissum est nobis in medicamentū nostræ curationis. Est enim medicina efficax cōtra omnes infirmitates nostras sicut patet in illa oratione: Purificet nos quæsumus domine sacramēta quæ sumpsimus, &c. Est enim medicina curatiua: quia sanat omnes infirmitates & morbos uitiōrū. Vnde dicitur: Sit ablutio scelerum. Et est medicina roboratiua: quia roborat & confirmat recepta in sanitate. Vnde dicitur: Sit fortitudo fragilium. Est & medicina præseruatiua: quia conseruat hominē ne iterum cadat. Vnde subditur: Sit contra mundi pericula firmamentum. Est medicina melioratiua, quia uiuos & mortuos ad meliorem statū producit. Vnde subditur: Sit uiuorum atque mortuorum fidelium remissio peccatorum. Secūdo, attenditur utilitas in morte: uia enim per quam anima decedens de corpore est itura, est tenebrosa. Iob 19. In calle meo tenebras posuit. Est & uia periculosa. Psal. 141. In uia hac qua ambulabam absconderunt superbi laqueum mihi. Est uia longa. 3. Reg. 19. Grandis tibi restat uia. Est ignota, Psal. 106. Uia ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Cum enim corpus Christi animabus decedentibus datur, portant secū lucē ad tenebras uia illuminationem. Io. 8. Ego sum lux mundi. Eiusdem 12. Ambulare dum lucem habetis, ut nō vos tenebræ comprehendant. Habent secum pugilem ad hostium defensionem. Iob 17. Pone me domine iuxta te, & cuiusuis manus pugnet

contra

contra me. Psal. 22. Si ambulauero in medio umbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es. Habent secum libum confortatiuum. Psal. 103. Panis cor hominis confirmet. 3. Reg. 19. Ambulauit in fortitudine cibi illius vsq; ad montem domini Oreb. Habent secum ductorem ad viæ directionem. Mich. 2. Ascendit pandens iter ante eos. Psal. 106. Deduxit eos ad portum voluptatis eorum, &c.

DE EODEM ENARRAT. LXXXVIII.

DE EVANGELIO.

Exemplum dedi vobis vt quemadmodum ego feci vobis & vos ita faciatis. Scribitur Ioan. 13. & legitur hodierna die pro euangelico officio.

Videmus ad experientiam quando amici ab inuicē separantur consueuerūt inuicem conferre, & solent alterutrum clenodia in signū dilectionis dimittere & epulari. Spiritualiter, & sic Christus discipulorū verus amicus, Ioan. 13. Iam non dicam vos seruos sed amicos, antequā recessit ab hoc mundo ad patrem, prius contulit cum discipulis suis de eius traditione, & præbuit eis humilitatis exemplum in amicabili comestione, in pedum lauatione, & in cōmunicatione corporis & sanguinis eius. Vnde dicit. Luc. 22. Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar. Figuratur Gen. 43. Cū fratres Ioseph venērūt in Aegyptū, tunc prius māducauit cum eis antequam recesserūt ab eo. Spiritualiter, per Ioseph intelligitur Christus, qui cū fratribus, i. discipulis suis prius comedit antequā separarentur. Et fratres Ioseph prius lauerūt pedes antequā comederent cū eo. Et sic Christus lauit per se pedes discipulorū nobis in exemplum, vt lauemus pedes, i. affectiones malas antequā accedamus ad mēsam domini. Et sic à mensa Ioseph fuerunt exclusi Aegyptij, sic de mēsa Christi debēt esse exclusi mali & indigni. Ideo dicit: *Exemplū dedi vobis, &c.* In præmissis duo innuuntur. Primò, dilectionis signū, ibi: *Ante diem festum Pasche cū dilexisset suos, &c.* Secundò, subiungitur humilitatis exemplū, ibi: *surgit à cæna, &c. misit aquā in peluim, &c.* De primo dicit: *Ante diem festū pasche, s. Iohannē.* Intellige qui incipiebat ad vespērā dici pasceus. Aug. Ante diē quo vicit mortē & prostrauit hostē: ante diē quo coronatus est ad imperiū cœli & mūdi & inferni: ante diem quo nostræ redēptionis thesaurus apertus est militis lancea. *Et ante hunc diem, s. in præscati quinta feria factum est quod*

est quod hic narratur, s. ante diem festum pasceus. Nota Beda dicit, Iudæi plurimas festiuitates habuerunt, sed apud eos celebrior & insignior erat Paschæ festiuitas. Nota secundum Aug. primo celebrauit populus Iudaicus pascha, quando ex Aegypto fugientes mare rubrū transierunt. Nūc vero figura illa prophetica impleta est in veritate cū agnus immolatus est Christus, cuius sanguine linitis postibus nostris, i. cuius signo crucis signati à perditione huius seculi tanquam à seruitute Aegyptiaca transimus. Ideo dicitur pascha, i. transitus, quia cū à diabolo ad Christum, de vitio ad virtutes transimus, pascha facimus. Nota, si volumus transire de mundo ad patrem, debemus primo transire de vitio ad virtutē, & ille est transitus pœnitentiæ. Et figuratur per primum transitū filiorū Israël de Aegypto in desertū, i. de peccato ad iustitiam per mediū maris rubri. Mare, i. contritio, rubrū, i. erubescencia confessionis. Isa. 51. Qui posuit profundum maris viam vt transcant liberati. Ps. 135. Qui diuisit mare rubrū in diuisiones. Quia contritio & confessio debent fieri diuisim & in particulari de quolibet peccato, & non coniunctim tantum. Sed transitus Iudæorum fuit de loco ad locum, & sic nos transire debemus de virtute in virtutem, de deserto pœnitentiæ vsque ad Iordanem, licet multa occurrunt eis vt patet in lib. Num. spiritualiter. De quibus primus fuit Edom, qui cū curialiter requisitus fuerat vt transitum concederet. Nu. 20. respondit: Non transibitis. Contra quem filij Israël non pugnauerunt, sed declinauerunt, & circumeundo terram eius trāsierunt. Iste Edom qui interpretatur sanguineus significat carnem, quæ licet trāsitum denegat pœnitentiæ, non tamen est occidenda, vt dicit Bern. Caro ancilletur & non dominetur. Gal. 6. Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Ro. 8. Qui in carne sunt deo placere nequeunt. Secundus rex fuit Seon rex Amorrhæorum à quo Moyses transitum humiliter postulauit. Nu. 21. Sed quia noluit concedere, fuit ab eis postea occisus. Seon interpretatur semen inutile, & significat mundum qui trāsitum negat sicut & caro. Vnde & affectus eius occidendus est. Galat. 6. Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Tertius fuit Og rex Bafan, à quo Moyses trāsitum non postulabat: quia ille occurrit eis pugnaturus contra eos. Numer. 21. quem filij Israël similiter occiderunt. Og interpretatur congregans abscondita, & significat diabolum.

lum. Hier. Dum hostis paruulus est interfice eum. Tertius transitus fuit de deserto in terram promissionis, & est de mundo ad patrem & fit per mediū Iordanis, i. per mortem. Aug. Spes est data membris ad patrem in transitu capitis. Sequitur. *Sciens Iesus quia venit hora eius, non fatalis, sed necessitatis, s. illa de qua Ioann. 2. Nondum venit hora mea, scilicet passioni congrua, vt transeat ex hoc mundo ad patrem, scilicet faciendo naturam humanam participem paternæ gloriæ.* Aug. De morte ad immortalitatem, de ignominia crucis ad gloriam æternitatis transiuit Christus, vt illic trāfret Christianus. *Cū dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos, id est tantum dilexit eos vt perduceret eos in finem, id est in se vel in vitam æternam, quod idem est. Ioann. 17. Hæc est vita æterna vt cognoscant te solum verum deum & quem misisti Iesum Christū. Vel sic in finem, id est vsq; ad mortem perduxit eum dilectio ipsorum. Apoc. 1. Dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Vel sic: in finem, id est circa mortem maiora dilectionis signa ostendit eis. Io. 16. Hæc ab initio vobis non dixi, quasi dicat non vobis necessarium fuit vt ostenderem quantum vos diligere nisi in recessu, vt sic amor & memoria mei in cordibus vestris imprimeretur. Et hæc dilectio magna consideratur ex multis. Primo in comestione, & sic est signum amoris q̄ Abraham rogauit angelos vt comederent cum eo. Gen. 18. Domine si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum, sed afferam pauxillum aquæ & lauentur pedes vestri & requiescite sub arbore. Ponamque buccellam panis vt confortetur cor vestrum & postea transibitis. Nā homines solent celebrare conuiuia in tribus. Primo in nuptiis ad charitatē acquirendam. Matt. 22. Rex quidam fecit nuptias filio suo, & vocauit multos. Sic deus pater filio suo. Figuratur Hester 1. Assuerus iussit conuiuium magnificū preparari tertio anno imperij sui cunctis principibus & pueris suis fortissimis, & inuitauit omnem populum qui inuentus est Susis, & septem diebus iussit conuiuū preparari in vestibulo horti, & nemoris quod regio cultu & manu constructū erat. Spiritualiter, per Assuerum intelligitur Christus qui preparauit conuiuium, i. Eucharistiæ sacramentum, & hoc est magnificum, quia est cibus coclicus. Sap. 16. Panem de celo præstitisti eis omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatē. Et hoc tertio anno imperij sui,*

i. in

i. in tempore gratiæ, non primo anno, i. ante legem, nec in secūdo, i. in lege, sed tertio anno, i. post legem. Cunctis principibus, i. apostolis. Et inuitauit omnem populum qui inuentus est Susis, i. pœnitentes. Nam Susis interpretatur reuersio, quia nisi homo reuersus à peccato ad dominum sit, non præsumat accedere ad hoc sacramentum, quia de indigis dicitur Iob 20. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus. Ideo Iob. 6. Quis potest gustare qđ gustatum affert mortem? Ideo reuocat dominus ad se animā peccatricē. Cant. 6. Reuertere reuertere Sunamitis, &c. Quater dicit reuertere, s. à peccato cogitationis, locutionis operationis, & malæ consuetudinis. Itē istud conuiuium durauit 7. diebus, i. per totū tempus vitæ præsentis. Matth. vlt. Vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi. Et inuitauit omnem populum in signum q̄ quilibet Christianus tenetur sumere corpus Christi tempore suo ad minus semel in anno, aliās enim peccat mortaliter. Vnde Io. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, i. ad manducandum vos præparaueritis dignē, non habebitis vitam in vobis, sicut membrum separatum à corpore non potest viuere. Vnde Nu. 9. dicitur, Si quis mundus est, & in itinere non fuerit, & si nō fecerit phasē, exterminabitur anima illa de populis, quia sacrificium non obtulit tempore suo. Ex illo patet quod tantum duo genera hominum excluduntur à communionē, & omnes alij peccant mortaliter si non communicant tempore suo. Per immundos intelliguntur infideles qui nondum sunt purificati per fidem. Acto. 15. Fide purificans corda eorum. Per illos qui sunt in itinere signantur catechumeni, & omnes illi qui abstinent de consilio sacerdotis, sicut solenniter pœnitentes. Ad literam quoque ex hoc sumitur argumētum quod propter aliquam immunditiam potest homo differre communionem, ita tamen q̄ postea non omitat eam. Pro quo nota. 7. sunt causæ quibus ostenditur quā grauius peccent qui non cōmunicant tēpore determinato ab ecclesia. Prima causa est cōtemptus mandati, quia vocatus ad cœnam domini venire noluit. Vnde Mat. 22. Perdidit rex homicidas illos, s. qui venire contēpserunt vocati ad prandiū. Mandatur in concilio generali de pœ. & remis. Omnis vtriusq; sexus fidelis postquā ad annos discretionis peruenerit, oīa peccata sua ad minus semel in anno confiteatur, & reuertēter eucharistiæ sacramentum

fufcipiat in pafcha, nifi forte facerdotis proprii confilio ex
caufa rationabili ad tempus abftineat. Alioquin viuens ab
ingreffu ecclefiæ arceatur, & mortuus ecclefiastica careat
fepultura. Auguft. 11. q. 3. Nil intantum fic debet formidare
Christianus, ficut fe parari à corpore Chrifti. Si enim fe pa-
ratur à corpore Chrifti non eft membrum eius. Si non eft
membrum eius non vegetatur à fpiritu eius. Ro. 8. Qui non
habet fpiritum Chrifti hic non eft eius. Secunda caufa eft
iniuria quam ei faciunt illi qui falte femel in anno nolunt
eum recipere in hofpicio fuo, quod conqueritur Matt. 25.
Hofpes fui & non collegiftis me. Verè hofpes eft fub fpe-
ciebus quali fub veftre peregrina. Tertia caufa eft violatio
teftamenti domini, qui nobis tradidit corpus fuum fumen-
dum in commemoratione fuæ paffionis. Vnde 1. Cor. 9. Hic
calix noui teftamenti eft in meo fanguine, &c. Quarta eft,
quia tales quantum in ipsis eft, vnitatem ecclefiæ fcindunt.
Hefter 1. Non folum contriftauit Vafthi regem, fed & oēs
populos & principes eius. 2. 4. q. 1. alienus, Alienus eft, pro-
phanus eft, hofpis eft, habere non poteft deum patrem qui
vniuerfalis ecclefiæ non tenet vnitatem. Vnde & 1. Cor. 10.
Vnus panis & vnum corpus multi fumus oēs, qui de vno pa-
ne & de vno calice participamus. Quinta caufa eft, quia ta-
les à fonte plenitudinis gratiarum fe diuidunt, & ideo mi-
rum non eft fi arefcunt. Vnde Iob. 8. Nunquid virere poteft
fcirpus abfq; humore, aut carectum crefcere abfq; aqua?
Sexta eft, quia iam proiectis armis fe interficiendos hoftri-
bus tradunt. Vnde Thre. 1. Abierunt abfq; fortitudine an-
te faciem fequentis. Corpus Chrifti confortat. Pfal. Pa-
nis confirmet cor hominis. 3. Reg. 19. Ambulauit in fortitu-
dine cibi illius, &c. Septima, quia quodammodo fibi ipfi ma-
nus incutiunt, dum à fe vitam repellunt. Io. 6. Nifi mandu-
caueritis carnem, &c. non habebitis vitam in vobis. Et ibi-
dē, Panis quē ego dabo caro mea eft pro mundi vita. Anima
enim non poteft viuere fine hoc cibo. Pf. 101. Aruit cor meū
quia oblitus fum comedere panem meū. Item locus celebra-
tionis cōuiuij, eft veftibulū horti & nemoris, i. ecclefiā mi-
lirans extra quā non falubriter celebratur. Et dicitur vefti-
bulū, quia per eā eft ingreffus in domū nō manufactam. Vn-
de Pf. 117. Hæc porta domini, iufti intrabunt in eam, Ge. 27.
Non eft hîc aliud nifi domus dei & porta cœli. Dicitur etiā
veftibulum horti & nemoris, i. paradifi cœleftis, qui plan-
tatur

tatus eft cedris & aliis arboribus pomiferis, i. fanctis ange-
lis & vniuerfis electis. Exod. 15. Introduces eos & plantabis
eos in monte hæreditatis tuæ, firmissimo habitaculo quod
operatus es domine. Et de hoc conuiuium nuptiarum dicitur
Apoc. 19. Gaudeamus & exultemus, quia venerunt nuptiæ
agni. Itē fecundo celebratur conuiuiū in præcipuis feftiui-
tatis ad charitatē conſummandam, vbi autem magis con-
ſummatur q̄ cum filio dei? Vnde Neemiæ 8. Comedite pin-
guia & bibite mulſum, & mittite partem his qui ſibi non
præparauerunt, quia ſanctus domini dies. Tertio celebra-
tur cōuiuium in pacis reformatione. ſicut factum eſt filio pro-
digo Lu. 15. Epulari oportet & gaudere, quia frater tuus hic
mortuus erat & reuixit, & perierat & inuentus eſt. Sic Chri-
ſtus in ſignum pacis parauit nobis conuiuiū. Secundū ſignū
dilectionis eſt ſalutaris & frequens allocutio, & ſic Chri-
ſtus hodie fecit diſcipulis ſermonem dilectiſſimum, vt qui-
libet eorū potuiſſet dixiſſe illud Cant. 2. En dilectus meus
loquitur mihi. Nā verū ſignum dilectionis eſt libeter loqui
dilecto Oſeæ 2. Ecce ego ducam eam in ſolitudinem, & lo-
quar ad cor eius. Tertium ſignū dilectionis eſt delinquentis
correctio, ſicut dicitur Apoc. 3. Ego quos amo arguo & caſti-
go. Et ſic Chriſtus arguebat diſcipulos hodie in cœna cum
fuerat cōtentio facta inter illos quis eorū eſſet maior, vt ha-
betur Lu. 22. Nā dicitur Eccl. 30. Qui diligit filiū, affiduat ei
flagella. Quartum ſignum amoris eſt occultorum manifeſta-
tio. Et ſic Chriſtus Matthæi 26. ait, Amen dico vobis quod
vnus ex vobis me tradet. Tunc ſubdit, *Et cœna facta cum diabo-
lus miſiſſet iam in cor, vt traderet eum Iudas Scariothis.* Non eſt intel-
ligendum q̄ hæc cœna totaliter eſſet completa, quia poſtea
dicitur, *Et cum recubuiſſet, ſed tantummodo quo ad comeſtio-
nem agni paſchalis.* Magiſter in hitoriis, Nunquam legi-
tur Chriſtum comediſſe carnes niſi in cœna. Et tunc pedes
diſcipulorum lauit antequam dedit eis corpus ſuum, ad de-
ſignandum quod ſpiritalis munditia requiritur ad reci-
piendum eucharistiæ ſacramentum. Nota Chriſtus verus
paſtor paſcha celebrare voluit. Primo ppter legis durantis
impletionem. Matth. 5. Non veni ſoluere legem ſed ad-
implere, & cum Iudæi ſcandalizarunt. Num. 9. Omnis ani-
ma quæ non fecerit phaſe, exterminabitur. Secūdo propter
legis approbationē contra hæreticos qui dicebant veterem
legem non datam eſſe. Tertio propter ſacramentorum le-

galium exterminationem. Quarto propter nouorum institutio-
 tionem: quia figura cessabat adueniente veritate. Quinto
 propter discipulorum dilectionem, & eius iugem recorda-
 tionem. Hier. Reliquit nobis hanc memoriam, vt peregrè
 proficiens in signum amicitiae. Sed diceret, quomodo dia-
 bolus potest mittere in cor hominis? Respondetur. Mittere
 in cor, potest esse dupliciter. Primo directè, & sic solus deus
 potest mittere in cor qui habet potestatem mouèdi interius
 voluntatem. Prou. 21. Cor regis in manu Dei: quocūq; vo-
 luerit inclinabit illud. Secūdo indirectè, s. per suggestionem
 & suggerēdo exterius, & hoc modo immitrit diabolus. Aug.
 Immissio talis fuit mala suggestio spiritualis, nō necessaria
 impressio. Non q̄ mens non posset refugere vel repellere:
 quia tūc homo necessariò peccaret ex diabolica suggestio-
 ne: quod est falsum. Aug. Nihil peccatum nisi voluntarium.
 Nam vis imaginatiua cū sit corporalis, quando deus per-
 mittit ex potestate dæmonis siue vigilando siue dormiēdo,
 format in ea aliquas species. Ex quibus apprehensis moue-
 tur voluntas hominis ad aliquod appetendū. Sic ergo im-
 mittit diabolus in cor hominis non directè per modum me-
 uentis: sed indirectè per modum suggerētis: de quo Ps. Im-
 missiones per angelos malos, &c. Sequitur textus: *Sciens quia
 omnia ei dedit pater in manus, i. in potestatem. Matt. vlt. Data est
 mihi omnis potestas in caelo & in terra. Omnia producen-
 di. Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Secundo omnia ma-
 nu tenendi. Hebr. 1. Portans omnia verbo virtutis suae. Ter-
 tio omnia hæreditandi. Hebr. 1. Quem constituit hæredem
 vniuersorum. Quarto omnia iudicandi. Io. 5. Pater omne iu-
 dicium dedit filio: quia à Deo exiuit & ad Deum vadit. Sed
 diceret, Si Christus à Deo patre exiuit, quomodo cum eo
 mansit: & si cum eo mansit, quomodo ab eo exiuit? Respon-
 detur secundū Aug. Exiuit à patre non deserendo naturam
 diuinam, in qua cum patre manet occultus: sed assumendo
 naturam humanam, in qua de matre natus est, apparet ma-
 nifestus. Et sic ad deū vadit cū humanam naturam assum-
 ptam & iam glorificatam ad dexteram patris gloriosè col-
 locauit. Ambr. Super Beati immaculati: Descendit Deus vt
 ascenderet homo: verbum caro factum est, vt caro sibi so-
 lium in dextera dei vendicaret. Ephe. 4. Qui descendit ipse
 est qui ascēdit. Verbi gratia. Sicut solis radius à sole proce-
 dit, nec tamen solem relinquit & unitatem conseruat lumi-*

nis,

nis, operaturq; in terris calorem, vigorem & splendorem.
 Ita verbum patris descendens à patre & manens in patre
 operatur in terris splendorem cognitionis angelicæ: & ca-
 lorem dilectionis & vigorem benedictionis

DE EODEM: ENARRATIO LXXXIX.

Surgit à cœna & posuit vestimenta sua. Ioan. 13.

Videmus quando homo alicuius dignitatis magna se hu-
 militat, non aspiciēs suā dignitatē & inclinans se ad hu-
 militat, illius humilitas valde commendatur. Spiritualiter, sic
 Christus rex regum, dominus dominatiū non recognoscens
 suam dignitatem tantā assumpsit humilitatem, vt etiam ex-
 hiberet se tanquam personam seruilem surgendo à cœna,
 & deponendo vestimenta sua, vt eo expeditius valeat mini-
 strare. Et ideo eius humilitas summè est commendabilis:
 quod figuratur 2. Reg. 6. Dauid expoliavit se vestimētis lu-
 dens coram arca humiliādo se, dicens: Vilior sum pluriquā
 factus sum: & ero humilis in oculis meis. Spiritualiter per
 Dauid intelligitur Christus qui humiliavit se coram arca
 Dei, id est, coram quolibet discipulo: quia māna hodie erat
 locatū in arca hac, id est, in corpus cuiuslibet discipuli fue-
 rat datum corpus Christi: ideo Dauid, i. Christus humili-
 uit se, vt daret eis humilitatis exemplum similiter & nobis:
 vt docuit Matth. 11. Discite à me quia mitis sum & humilis
 corde. Hanc humilitatem exprimit euangelista, dicēs: *Surgit
 à cœna & posuit vestimenta sua.* Ista est secūda pars principalis
 istius euāgelij in qua dixi, tangitur humilitatis exemplum
 cum subdit: *Surgit à cœna & posuit vestimenta sua,* tanquam mini-
 ster qui non sedet, sed stare dicitur. Ideo Matt. 20. Venit fi-
 lius hominis ministrare & nō ministrari. *Et cū accepisset lin-
 tē præcinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & cepit lauare pedes di-
 scipulorū.* O mira humilitas, rex cœlorū ad ima veniēs ad pe-
 des se prosternit piscatorū, non ad caput nec ad manus sed
 ad pedes, dans nobis exemplum humilitatis. Mysticè, quan-
 do deus patitur pro nostra salute, tunc residere dicitur. Sed
 stare quando se erigit. Psal. 43. Exurge domine adiua nos,
 & libera nos, &c. Vestimenta posuit quando maiestatem
 suam occultauit. Isa. 45. Verè tu es Deus absconditus. Lin-
 teo se præcinxit, quando nostram mortalitatem assumpsit.
 Philip. 2. Formam serui accipiens in similitudinem homi-
 num factus, &c. *Deinde misit aquam in peluim,* dum memoriam
 passionis fidelibus impressit per fidem & deuotionē. Thre.

L L 4

Recordare paupertatis meae & transgressionis meae absinthij & fellis. *Et cepit lauare pedes*, in signū videlicet quod quantumcumque sumus perfecti adhuc tamen indigemus lauari. *Prou. 20. Quis dicere potest quia mundū est cor meum, purus sum à peccato?* Sed huiusmodi lotio debet fieri in pedibus spiritualibus, id est, affectibus & in toto corpore. *Et ceteris linens* id est, non solum maculas nostras lauit, sed etiam poenas pro eis debitas in se ipso assumpsit. *1. Pet. 2. Peccata nostra pertulit in corpore suo super lignū.* Tūc subdit: *Veni ergo ad Simonem Petrum, & dicit ei Petrus: Domine tu mihi lauas pedes?* Origenes dicit similiter & Chrysost. quod Christus incœpit lauare pedes Iudae, & hoc ideo, quia medicus plurimorum aegrotorum intentus curae, ab his qui magis indigent medicina curā incipit. Sic Christus incœpit à Iuda qui erat magis foedus, & inde venit ad Petrum qui dicit: *Domine tu mihi lauas pedes*, quasi diceret: Tu qui es agnus incontaminatus, speculum sine macula, candor lucis aeternae mihi lauas pedes qui sum peccator: & tu qui es filius Dei viui, lauas mihi pedes qui sum creatura & modicæ fidei? Hoc dicebat Petrus terribus ex cōsideratione diuinitatis & maiestatis Christi secundū illud *Abac. 2. Consideraui opera tua & expaui. Respondit Christus & dicit ei: Quod ego facio tu nescis modo*, id est, hoc mysteriū est secretum, & signat interiorem mundationē quae non potest fieri nisi per me, & hoc iam non intelligis, sed scies postea, scilicet quando recipies spiritum sanctū. *Io. 16. Multa habeo vobis dicere, sed nō potestis portare modō.* *Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in aeternum.* Bern. Quanto feruor charitatis vehementior, tantō debet esse intellectus vigilantior: vt ordinet charitatem per intellectum, & sic per affectū velit zelum. Hunc zelum habuit Petrus, sed indiscretum & inordinatū: quia recusauit quod vtile erat & necessariū. Nā dicitur *Ro. 8. Nā quid oremus sicut oportet nescimus*, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Ideo indiscretē recusamus accipere quod Deus nobis largitur, etiā si contrarium videatur. *Respondit ei Iesus: Si non lauero te non habebis partem mecum.* Nullus enim particeps fieri potest aeternae hereditatis nisi sic mūdatus. *Pf. Domine quis habitabit in tabernaculo, &c.* Respondet: Qui ingreditur sine macula. *Dicit ei Simon Petrus: Domine non tantum pedes, sed & manus & caput.* *Supra nō potuit flecti, sed quando dominus commina-*

tus

tus est separationem ab ipso, tunc Petrus timore & amore percussus obtulit pedes lauandos, manus & caput. Sed Christus eum corripuit, asserens quod non indigeret lotione capitis & manuum, sed tantum pedum, cum subdit: *Dicit ei Iesus: Quis lotus est non indiget nisi vt pedes lauet.* Per caput intelligitur intentio & operatio quae in Petro munda erant. Et ideo lotione capitis & manuum non indigebat. Habebat enim in omnibus intentionem rectam & operationem mundam. Affectio autem in Petro & in ceteris sanctis aliquo puluere terrenae affectionis aspergitur, & ideo indiget vt lauetur. Aug. Ipse humani affectus sine quibus in hac mortalitate non viuunt quasi pedes sunt, vbi etiam & humanis rebus afficimur: vt si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus: quia humani affectus utique sunt corrupti. Secundo lauit pedes in documentū, ad ostendendū quod praelati debent lauare subditos. Tunc enim caput & pedes lauantur, quando praelatus verbo & exēplo subditorū affectus purgat & mundat. Saepe contingit quod pedes non lauantur, aut quando manus est inquinata, aut quando aqua est turbida & immūda, aut immunditia in pedibus est inueterata: his tribus de causis saepe subditi non lauantur. Primo quando in manus praelatorū, id est, opera eorū non sunt munda. *Eccl. 34. Ab immundo quis mundabitur?* Gregorius Nazianzenus. Mundari prius oportet, & sic alios mundare: sapientem prius fieri, & sic alios facere sapientes: lumen effici, & sic alios illuminare accedere ad Deū, & sic alios adducere: sanctificari, & sic alios sanctificare: manus habere rectas, & sic recti esse consilij, & rectum dare consilium. Secundo quādo aqua est immunda. Aqua immunda est amor mūdi: de qua dicitur *Ier. 2. Quid tibi vis in via Aegypti vt bibas aquā turbidam?* Talis enim aqua non lauat, sed coinquinat. Aug. Quisquis es qui es in mundo, ad te venit qui fecit mundū, vt eripiat te de mundo. Quōd si adhuc aliqua delectatione te retinet mundus: habiter in te qui mundat mundos & eris mundus. Tertio quando ipsa macula pedū ex nimia frequentatione efficitur tenax & inueterata. Vnde dicitur *Eccl. 34. Qui baptizatur à mortuo, id est, qui lauatür à mortali peccato, & iterum tangit mortuum: quid proficit lauatio eius?* *2. Pet. 2. Facta sunt posteriora deteriora prioribus.* Contingit enim illis illud prouerbiū: Canis reuersus ad vomitum: & sus lota in volutabro lutū. Secundo lauit pedes spiritualiter

L L S

aqua sui sanguinis. De qua lotionem dicitur Apocal. 7. Lauant stolas suas & dealbauerunt eas in sanguine agni. Ex quo igitur sanguis Christi habet dealbare, videtur quod habet virtutem lactis & non sanguinis: lac enim est sanguis in vberibus excoctus. Sanguis Christi fuit excoctus in corpore suo & in nostro corde. In corpore suo fuit excoctus igne amoris: tam vehementer enim in corpore suo ebulliuit, quod aperto latere suo cum impetu emanauit. In corde autem nostro sunt duo verba, scilicet intellectus & affectus. Debet autem excoqui in vberibus intellectus per meditationem, & in vberibus affectus per deuotionem. Et sic sanguis Christi excoctus in corpore suo per amorem, & in corde nostro per meditationem & affectionem in albedinem vertitur, & animas nostras dealbat & mundat. Apoc. 1. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Ad lauandas animas nostras Christus spirituale lixiuum fecit. In quo pro aqua posuit suum sanguinem pretiosum. 1. Ioan. 5. Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus. Pro cinere amaritudinis poenarum. Pl. 101. Cinerem tanquam panem manducabam. Pro igne calefacientem amorem intensum. Io. 13. Cum dilexisset suos qui erant in mundo in finem dilexit eos. Sed quia istud lixiuum nimis erat forte, tum propter nimium amorem, tum propter nimiam ebullitionem amoris: ideo Christus illud lixiuum aqua duplici temperauit, scilicet aqua lachrymationis quam in cruce effudit: ut haberetur Hebr. 5. Et aqua regenerationis quae de eius latere emanauit. Sic igitur ex tali lixiuio sic facta ex aqua sanguinis, sic commixto ex cinere amaritudinis, sic calefacto ex igne amoris, sic temperato ex aqua lachrymationis & regenerationis, lauat pedes omnium, id est, affectus omnium animarum. Ideo subdit: *Et vos mundi estis.* Ex hoc textu habetur, ut dicit Augustinus, quod discipuli baptizati fuerunt baptismate Christi. Et si obiicitur illud Ioan. 4. quod Christus non baptizabat, sed discipuli eius. Respondetur non baptizauit turbas, sed discipulos. Et si obiicitur quod baptismus etiam abstergit sordes pedum: ergo non indigebant pedum ablutione. Respondetur, qui post baptismum statim decedit non indiget hac ablutione. Secus de aliis in quibus affectus terreni insurgunt ex sensuualitate. Ideo Origenes: Discipuli mundi erant, sed adhuc maiori mundatione opus erat, quia semper ratio debet amulari charismata meliora, semperque debet virtus alta conscendere.

dere. Apocal. 22. Qui sanctus est sanctificetur adhuc. *Sed non omnes.* Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum, propterea dixit: Non estis mundi omnes, loquitur de traditore suo Iuda. Pro quo sciendum, quod duo vniuersaliter hominem mundant, scilicet eleemosyna & misericordia in pauperes. Luc. 11. Date eleemosynam & omnia munda sunt vobis, & amor Dei. Pro. 11. Vniuersa delicta operit charitas. Luc. 7. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Misericordia deficiebat in Iuda, quia fur erat, pauperes enim defraudabat. Item deficiebat amor ad Christum, quia iam diabolus miserat in cor eius ut traderet eum principibus sacerdotum ad crucifigendum. Tunc subditur: *Postquam ergo lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua, & cum recubisset iterum dixit eis: Scitis quid fecerim vobis, q. d. Facta vidistis, sed causam non intelligistis. Vos vocatis me magister. Io. 4. Rabbi manduca. Et domine. Io. 6. Domine ad quem ibimus, &c. Et benedicite. Matth. 23. Vnus enim est magister vester. Et ipse solus dominus creans. Psal. 99. Scitote quoniam dominus ipse est Deus: ipse fecit nos & non ipsi nos. Si ergo ego laui pedes vestros dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes, id est officium pietatis & humilitatis proximo impedere. 1. Tim. 4. Exerce te ipsum ad pietatem, quia pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vitae, quae nunc est & futurae. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis & vos ita faciatis, q. d. In hoc facto illud intendebam quod simile debetis facere. Nota, dicit exemplum dedi vobis. Primo dedit nobis exemplum charitatis in eo quod officium pietatis exhibuit inimico. Iuxta illud Matth. 5. Diligite inimicos vestros, & benefecite his qui oderunt vos. Nam volens accedere ad cibum vitae non debet gerere rancorem in corde, nam dicitur 1. Ioan. 4. Qui odit fratrem suum homicida est, & omnis homicida non habet vitam aeternam in se manentem, ideo Rom. 12. Si esurit inimicus tuus ciba illum: si sitit potum da illi. Et hoc Christus fecit Iudae similiter & nobis. Roma. 5. Cum inimici essemus reconciliati sumus per sanguinem filij eius. Secundo dedit nobis exemplum humilitatis, in eo quod vnicus Dei filius humiliavit se coram inimico suo & discipulis, lauando eorum pedes. Ideo Augustinus. Si se ita diuina maiestas humiliavit, quid faciet humana infirmitas? q. d. Multo amplius deberemus nos humiliare. Sed heu plerique sunt, dicentes: Ego sum tanta generositatis sicut ipse est, non*

non attendentes illud Bernardi: Humilitas est mater omniū virtutū, & necessaria ad vitam æternā, sicut panis quotidianus ad vitā corporalem. Ideo Greg. Qui alias virtutes sine humilitate cōgregat, est quasi qui pulueres in vētum spargit. Tertiō, dedit nobis exēplum puritatis in eo, & lauit discipulos. Pro quo nota quod debemus lauare omnia membra si volumus accedere dignē ad sacramētum eucharistiæ. primō pedes, i. affectiones cordis, quod figuratur Gen. 18. in Abraham qui dixit: Afferā pauillum aquæ, vt lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore. Et ponā buccellā panis vt confortetur cor vestrū. Spiritualiter, per Abraham intelligitur Christus pater multarū gentium, qui per passionem attulit pauillum aquæ, i. gratiā salutarem ad lauandū pedes, i. cogitationes cordis, iuxta illud Ier. 7. Laua à malitia cor tuū Hierusalem vt salua fies. Arbor est crux dominica sub qua est quiescēdū cōtra æstū carnalis dilectionis. Da. 4. Sub ea habitabant animalia, &c. Buccella panis est corpus Christi, quod habētes munditiā cordis digni sunt suscipere. Aug. & habetur de cōsec. d. 2. quotidie. Si mēs in affectu peccandi est, grauari magis dico eucharistiæ perceptione quā purificari. Et figuratur Exo. 12. Per baculū quē habere debemus in manibus ne cadamus, intelligūtur bona opera. Sed heu multi in baculo arundineo, i. prauis operibus & vita lubrica, i. in consuetudine & occasionibus peccatorum accedunt ad illud sacramētū, sed quid prodest pedes lauare si nō seruētur mūdī? Ideo dicitur Cāt. 5. Laui pedes meos quomodo inquinabo illos? Qui enim illotis pedibus intrauerit sancta sanctorū ad recipiendum corpus Christi, ipse sibi iudiciū māducat & bibit. Quod figuratur 2. Reg. 19. per Miphiboseth qui venit ad Dauid illotis pedibus & intonsa barba, vestēsq; suas nō lauerat, & ideo incidit in iudiciū vt partem hæreditatis amitteret. Spiritualiter, qui libet præsumptuosus illotos habet pedes dum in corde gerit irā vel odiū vel barbā intōsam, qui peccata nō confitetur: cōfessio enim est sicut rasorium peccatorū, veste illota, i. inhonesta cōuersatione, si talis venerit ad Dauid, i. ad Christū amittit partē hæreditatis. De quo Psal. 15. Pars hæreditatis meæ dominus, & sic incidit in iudiciū æternæ damnationis. Secundo, debemus lauare manus, i. opera ad tractādum diuinum sacramētū. Ad hanc munditiā hortatur nos Iac. 4. Emundate manus peccatores & purificate corda duplices animo.

Quid

Quid est emundare manus, nisi reddere aliena, si iniuste detines? Non rapinam & vsuram, sed opera bona facere: ista verò munditia maximè est necessaria volentibus accedere ad sumēdum agnū immaculatū: sicut dicit Psal. 25. Lauabo inter innocentes manus meas. Tertiō, totum corpus lauare debemus per castitatem vt digni apparere possimus coram Deo, sicut dicitur de conse. dist. 4. nō potest. vbi dicit Chry. Non potest quisquā gratiā vitæ cœlestis accipere, nisi purgatus fuerit ab omni sorde peccati. Figuratū est Iudith 10. quæ lauit corpus suum & vnxit se myrrha optima, & discipuli minauit crinem capitis sui. Corpus lauat qui se mundat à peccato luxuriæ, quæ mūditiā est necessaria volentibus cōmunicare secundum quod figuratū est 1. Reg. 21. Si mundi sunt pueri maximè à mulieribus manducant: hoc dicitur omnibus fidelibus. Bene ergo se vnxit myrrha optima qui se affligit ieiunando, vigiliis insistendo. Capitis crinem discriminat, qui scit examinare & excutere cogitationes mentis. Quarto, debemus lauare oculos mentis ad contēplandū cœlestia, quod fecit ille cæcus illuminatus, Io. 9. Abiit & lauit, & venit vt vidēs. ideo Cant. 5. Oculi eius sicut columbæ lacte lotæ sunt super riuos aquarū, &c. Dicit ergo Iesus lauans discipulorum pedes: Exemplum dedi vobis, &c.

DE EODEM, ENARRATIO XC.

Surgit à cœna & ponit vestimenta sua. Ioan. 12.

Quia ista præsens dies, dies cœnæ vocatur, ideo de cœna animæ est dicendum. Ambr. in hexæmeron, Tam grādis via restat homini decedenti, vt sit vç illi homini qui in suo obitu sacramento eucharistiæ dignus non fuerit, & meruit priuari. Et ideo notandum quod est cœna laudanda & amanda, & est cœna detestabilis, & vituperanda. Est enim quadruplex cœna bona. Fecit enim Christus cœnā in corde iusti viri spirituali quadam consolatione hodie specialiter, & quotidie in altari de suo corpore proprio, die crastina in ligno crucis mortem sustinēdo, vltimā fecit in cœlo bonos glorificando. Primam ergo cœnam fecit in corde viri iusti spirituali quadam consolatione: tunc enim mentem viri iusti refecit vesperè descendente, s. sole, i. deficiente sole in corde, claritate & calore. Psal. 64. Exitus matutini & vesperè delectabis. Attēde quod ortus gratiæ manē dicitur propter gratiam quæ oritur vesperè, quando in corde sumitur. Hæc cœna figuratur Iudith 6. vbi dicitur quod Ozias præcepit

cepit Achor vocari ad consilium, finitq; consilio fecit cenam magnā. Et de hac cœna dicitur Apoc. 3. Ego sto ad ostiū & pulso, si quis audierit vocē meā, & aperuerit mihi intra- bo ad illum & cœnabo cum illo & ipse mecū. Cœnabo cum illo: quia fide & opere delector, & ipse delectabitur de opere meo. P. salm. 91. Delectasti me domine in factura tua & in his quæ tu ipse in me facies, sicut vult Gl. Secundam cœnam fecit hodie & quotidie in altari de proprio corpore. de hac cœna Luc. 14. Quidam homo fecit cœnā magnam, quæ dicitur magna propter magna cibaria quæ præparat. Et ideo cum magna reuerentia est ad ipsam accedendum. Apost. 1. Cor. 11. Conuenientibus vobis in vnū iam non est dominicam cœnā manducare: vnusquisque enim suam cœnā præsumit, &c. Nota quod primò instituit quomodo ad corpus domini sit accedendum, s. concorditer, ibi: Conuenientibus vobis in vnū. Secundò arguit eos qui non manducāt reuerenter, ibi: Iam non est dominicā cœnam manducare. Non enim videtur quod sit cōueniens, vt sic cōueniant ad manducandū, ac si possent melius & dulcius māducare in mēsa domini, cum dicatur Eccl. 2. 4. Qui edunt me adhuc esuriēt, & qui bibunt me adhuc sitient. Quia ergo taliter veniunt pleni & satiati delectatione peccati: ideo non sentiūt illius panis dulcedinē & delectationē, in quo est omnis suauitas, Prou. 17. Anima saturata calcabit fauum mellis. Sicut enim fauus mellis est cera: sic mel sub cera Christū significat sub specie panis & vini. Tertiam cœnam fecit in die crastina in ligno crucis moriendo. De qua cœna dicit Gl. super illa verba, Io. 13. Surgit à cœna. Cœna Christi significat passionem. Sicut enim post cœnā nō fit prandiū: sic etiā Christus postquam semel passus est iterū nō patitur. hæc Gl. O quā inæqualis fuit illa cœna cœnis voluptuosorum. Illi nāque in cœnis suis vtūtur cibo & potu delizioso: Christus autē dicit P. sal. 68. Dederūt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Huius cibi recordētur deliciofi & cōfundantur: pauperes recordentur & sustententur, & ad omnia sustinēda animētur. Ambr. Quantūcunque sint graua, quæ pateris, leuia tibi videntur si consideras eum qui pro te fel bibit, & quod ad patibulū iuit, qui te inuitat ad cœlū. Ideo dicit dominus Thre. 3. Recordare paupertatis & trāsgressionis meæ ab sinthij & fellis. Mar. 15. Dabāt ei bibere myrrhæ vinum, vbi dicit Glo. Hoc accepto succus letalis pomi

abster

abstergitur. Attende quod Christus in hac cœna mortis sue nuptias fecit: tunc enim fœminā formauit, i. ecclesiā & eam sibi cōiunxit, vt dicit Gl. super illud Gen. 2. Quāobrem relinquet homo patrē & matrē, i. synagogæ carnalē obseruā- tiam de qua natus est in carnē, & adhærebit vxori suæ, i. ecclesiæ, vt sint duo in carne vna: est em̄ caput ecclesiæ & ipsa corpus eius: qui soporatus est somno passionis, & eā sibi cōiunxit, vt ecclesia formaretur. hæc Gl. Istæ fuerūt mirabiles nuptiæ, quia sunt in ipsius spōsi morte celebratæ. De his intelligitur illud quod dicitur in Apoc. 16. Beati qui ad cœnā agni vocati sunt. Hanc vocē sancti martyres audierunt per passionis Christi imitationē, qui enim ad has nuptias peruenērūt multas tribulationes sustinēdo, huius cœnæ volūt esse participes. Et qui fuerūt socij passionis erūt & consolationis. 1. Cor. 1. Sciētes quoniā sicut socij passionū estis, sic eritis & consolationū. Quartam cœnā fecit dominus in cœlo, & hoc erit quādo cōgregabit dispersiones Israel. Hæc cœna significatur per cœnā quā fecit Assuerus rex: sicut legitur Hest. 1. quod Assuerus fecit cœnā magnā maioribus & magistratibus, potētibus, cōsulis suis & præfectis. Ad illā cœnā quicumq; domino fideliter seruerūt vocati sunt. Illi, in quā, serui, de quibus dicitur Isa. 65. Serui mei comedēt & vos esuriētis: serui mei bibēt & vos sitietis: serui mei honorabūtur & vos cōfundemini: serui mei lætabūtur præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis & præ contritione spiritus ululabitis. Et hæc omnia ponūtur secundū Gl. de malis qui premūtur in inferno, & de bonis, qui lætantur in cœlo. Item nota q̄ alia est cœna detestabilis & vituperanda, & hæc est quadruplex. Est enim cœna luxuriosorum, auarorū, superborū & damnatorum. Prima est luxuriosorū, & hæc significatur per cœnā illam quam fecit Holofernes, Iudith 12. Vbi dicit quod Holofernes dixit ad Vagao eunuchū: Vade & suade Hebræam hanc vt spōte cōsentiat habitare mecū. Et sequitur postea quod mulier decepit eum dum esset ebrius. Secunda cœna est auarorum sive cupidorum: hi sunt qui inter alios peccatores reputantur quasi infideles. Vnde & Apost. vocat eos idolorū seruitores, & ista fugiēda est, vt dicit Gl. Ambr. Sicut idololatria vni Deo nititur auferre gloriam ne solus nomē diuinitatis habeat: ita & auarus in Dei res se extēdit vt solus vsurper, quod

quòd Deus omnibus fecit. Ideo qui veram fidem habet, nõ quærit in his miseris diues fieri cū talibus infidelibus, s. a. uariis. Et hinc est quòd dicit Apost. 1. Cor. 10. Si quis infidelium vos vocat ad cœnam & vultis ire, omnia quæ vobis apponuntur māducate, nihil interrogates propter conscientiam. Tertia cœna est superborum, & cum talibus non est cœnādum aut cœnare securum. Psal. 100. Superbo oculo, & infatiabili corde, cū hoc non edebam. De hac cœna dicitur Mat. 24. de pharisæis qui primos amant recubitus in cœna, & significata est in cœna illa quâ fecit Herodes, Mar. 6. Vbi dicitur quòd Herodes, i. glorians, fecit cœnam magnâ principibus. In qua cœna Ioannes decollatur & interimitur per saltatricem, id est per inanem mūdi gloriam. Quarta cœna est damnatorum. Apoc. 19. Venite cōgregamini ad cœnam Dei magnam, vt māducetis carnes regum, tribunorum, &c. In ista cœna panis quotidianus erit mors æterna. Psal. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. Apoc. 16. Manducauerunt linguas suas præ dolore. De potu eorum dicitur in Psalm. Ignis & sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum. Deuteron. 32. Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile, &c. Et Isa. 34. Amara erit potio bibentibus eam.

DE EODEM, ENARRATIO XCI.

Homo quidam fecit cœnam magnam. Luc. 13.

Augustinus in lib. de Moribus Ecclesiæ dicit, quòd panis materialis hominem alit corporaliter, & necat accipitrem. Spiritualiter, sic panis sacramentalis alit hominem spiritualiter in anima, & necat accipitrem, id est hominem viuente suo intellectu & ratione. De quo Iob 20. Panis eius in vtero vertetur in fel aspidum intrinsicus. Nam dicunt Philosophi naturales, quòd de vna & eadē herba accipit serpens venenum, & apis mel, sicut dicit Bern. in sermone. Sanè in mensa vna de vno pane in cœna domini consecrato Petrus & Iudas acceperunt, vnus in beneficium, alter in supplicium. Petrus in salutem, Iudas in mortem. Idcirco requiritur discretio conscientie ad volentem accedere ad cœnam vitæ. De quo thema: *Homo quidam fecit cœnam magnam.* Pro quo sciendum, hæc cœna figurata est in Exo. 12. in agno paschali quem Iudæi comederunt in liberatione sua de terra Aegypti. Nam sicut illi per agnum paschalem liberati fuerunt de Aegypto: sic nos per Christū de inferno.

Nota

Nota historiam Exo. 12. Cūque vellet dominus liberare filios Israël de potestate Pharaonis, præcepit vt tollerent agnū qui esset sine macula, & illū deberent comedere assum igni, non crudum nec coctum aqua. Et sanguine eius deberent signare superliminaria domorum suarum. Per filios Israël qui captiui fuerant in Aegypto sub potestate Pharaonis, nota totum genus humanum quod erat sub potestate regis Aegypti, i. tenebrarum plusquam quinque millia annorum, & per nullum liberari potuit. Tandem misertus est dominus nostri, & emisit nobis agnū, i. filiū suū. De quo Isaias clamauerat cū desiderio ad deū patrem dicens: Emitte agnū dñe dominatorem terræ de petra deserti ad montem filiarum Sion. Isa. 16. Et per sanguinem huius agni liberati sumus de potestate diaboli. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro, &c. De illo agno dicitur Ier. 11. Quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam, i. ad mortē, sic fuit Christus mansuetus in passione, & patienter sustinuit mortē pro nobis. Nā cū male tractaretur verbis & verberibus, non se vindicabat nec cōtradicebat. Isa. 53. Quasi agnus coram tondente se obmutuit. Istum agnum dedit nobis pater cœlestis in cibū. Hunc hortatur Apostolus nos ad comedendum cū dicit, Itaque epulemur Quomodo autē debemus comedere agnū istū patet in illo q̄ filij Israël comederunt sine fermento, s. peccati 1. Cor. 5. Modicum fermenti totam massam corrumpit, &c. De illo etiam, quod, s. debet esse sine macula peccati dicitur 1. Corint. 11. Probet autem semetipsum homo vtrum sit mundus de peccato, & sic de pane illo edat & de calice bibat. Qui enim manducat indignè, iudicium sibi manducat & bibit, & reus erit corporis & sanguinis domini ac si Christum occideret. Amb. Qui indignè Christū sumit idem est, ac si Christū occideret. Aug. Magis peccat qui Christū tradit peccantibus membris, q̄ Iudas qui tradidit Christum crucifixoribus. De Iuda dicit dominus, Vx illi per quem tradetur filius hominis. Vx illi qui ad mensam domini accedit indignè. Iudas tradidit Christum Iudæis, ille tradit eum demonibus quem in locum demonum sumit: ille vendit pro argento, iste vendit pro modico peccato. De Iuda dicit dominus, Qui intingit manum mecum in paropside, hic me tradet. Ille manum cum domino in paropside mittit, qui cum peccato ad mensam domini accedit. Et quamuis dominicum corpus sumat, non tamen ad vitam æter-

Quadr. Theol.

MM

nam sed ad damnationem. Aug. De vno pane Petrus accipit & Iudas, Petrus ad vitam, Iudas ad mortem. Vnde cātar ecclesia in quadam sequentia, Sumunt boni, sumunt mali, sorte tamen inæquali vitæ vel interitus. Mors est malis, vita bonis, vide paris sumptionis quā sit dispat exitus. Ber. ponit exemplum in flore. Idem flos dat mel in apibus, vena nū in aranea, sic idem corpus domini vita est bonis, & malis interitus. Ioā. 20. Panis eius, i. corpus Christi in vtero eius, i. peccatoris vertetur in fel aspidum. Quantum displiceat deo q̄ immundi accedant patet in Oza, qui cūm tetigisset arcam in qua erat manna, statim cecidit & expirauit, eo q̄ illa nocte cum vxore sua dormierat. Quod videns Dauid timuit arcā inducere in domum suā. 2. Reg. 6. Greg. Intuendum quantum delinquat qui ad corpus domini reus accedit. Si ille morte multatur qui arcam dominici corporis figuram gestantem minori quā debuit reuerētia tetigit. Si Dauid tunc timuit figurā dominici corporis inducere in domū suā, qui adeo bonus erat q̄ dominus de eo dixit, Inueni virum secundū cor meum. Multo magis debet Christianus in peccatis existens timere corpus Christi in os suum sumere. Si Centurio dixit, Domine non sum dignus vt intres sub tectū meum, quomodo tu peccator præsumis cum sumere in os tuum? Ioannes Baptista sanctissimus inter oēs natos mulierum contremuit & non audebat tangere verticem Christi, quomodo tu peccator sciens te esse in peccatis audes corpus Christi manducare? Et tamen licet nullus posset se reputare dignū, nemo propter hoc tamen communionem prætermittere debet. Si enim dolet de peccatis & confessus fuerit, dñs implebit quod in nobis deficit. Exemplū. Monachus quidā qui se præparauerat inquantū poterat ad cōmunionem. Cūmq; post Agnus dei in oratione iaceret vidit in manibus sacerdotis puerū Iesum quasi in cruce pendētē, & omnia vulnera eius sanguine fluebant. Turbatus ergo reputabat se indignum & non cōmunicauit cum aliis. Distā autem missa cūm esset in oratione, apparuit ei beata Virgo dicens, Cur hodie non sumpstisti corpus filij mei? respondit se esse indignū. Virgo ait, Tu cogitas te indignum, & quis potest esse dignus? roga eū vt faciat te dignum, & vide ne simile de cætero facias. Secundo nota q̄ agnus ille comedebatur igne affatus, per quod notatur q̄ illi qui volunt dignē accedere debent esse igne charitatis accēsi ad deū &

ad pro

ad proximū. Leui. 6. Ignis in altari meo semper ardebit, quē nutriet sacerdos subiiciens ligna manē & vesperē per singulos dies. Greg. Altare dei est cor nostrū in quo debet semper ardere ignis charitatis, quē manē nutrimus dum Christum manē iudicatū & vesperē crucifixum recolimus. Bern. Super omnia te mihi reddit amabiliē calix quē bibisti in ara crucis. Videat autē quilibet nostrū quomodo nutriat ignem in altari cordis, sic q̄ non ponat ignē alienum, i. ignē luxuriae, inuidiæ, malæ concupiscentiæ, ne ei contingat sicut Nadab & Abiu, qui ignem alienū obtulerant corā deo in thuribulis suis. Et egressus ignis de cœlo extinxit eos. Nota bene illā historiā quæ ponitur in Leu. 10. Et sicut dicitur Nu. 16. q̄ Chore & sui complices ducenti quinquaginta, qui inuidebant Moyſi & Aaron de principatu, cum starent coram domino & haberent thuribula in manib⁹, egressus est ignis de thuribulis & deuorauit eos. Sic contingit illis qui habēt ignem inuidiæ in cordibus suis. Ideo quilibet probet seipsum antequam accedat an habeat charitatē ad Deū, quia qui nō diligit deū excōiatur ab ipso. Apostolus 1. Cor. 16. Qui non diligit dominū sit anathema, i. excommunicatus. Vnde talibus consulendum est qui non habent charitatem deuotionis q̄ abstineant quousque possint cum charitate accedere, dum modō videlicet sine aliquo scandalo possint supersedere. Et si non instat necessitas vel scandalū, non debet eum quis cōpellere vt in mortali communiceet. Debet enim habere dilectionem ad proximū vt prius eos reconciliet quibus improperauit si quo modo potest, & dimittat omnē rancorē. Mat. 5. Si offers munus tuū ad altare, & recordatus fueris q̄ frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuū. Exemplum de quodam episcopo qui rogauit deum quod qui dignē communicarent ei reuelaretur, &c. Tertio præceptum fuit eis vt baculum in manu tenerent. Sic qui manducare voluerit de illo agno debet habere baculum, i. fidem catholicam. Sicut enim baculus iuuat & tenet hominem ne cadat: sic fides tenet hominem ne cadat in infernum, sed perueniat ad vitam æternā: quia sine fide nemo potest saluari. Apost. Hebr. 11. Credere oportet accendentem ad deum. Gl. f. q̄ si vnus deus & non alius in cœlo & in terra. Debemus ergo in hoc sacramento simpliciter credere, quæ nobis dicuntur

& nihil ultra scrutari, quia humanus intellectus non potest apprehendere virtutem huius sacramenti. Eccl. 3. Altiora te ne quaeris & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quae praecipit tibi dominus cogita illa semper. Nam ibi omnes sensus decipiuntur ut patet intuenti dempto sensu auditus, ut figuratur Gen. 27. Isaac quando benedixit Iacob, fuit deceptus in omnibus sensibus praeter in sensu auditus, quia audiuit vocem Iacob. Et sic omnes fideles quando audiunt hoc est corpus meum, veraciter credere debent. Sunt autem multa quae simpliciter credere debemus. Primum est quod ille panis quem offert sacerdos post consecrationem non est panis sed corpus Christi, & vinum sanguis Christi. Exemplum, Sanctus Gregorius, quandam matronam cum communicaret & in porrigeendo diceret, Corpus domini nostri Iesu Christi custodiat te in vitam aeternam, illa incepit ridere. Tunc sanctus Gregorius, manum retrahens in communicatione requisivit causam sui risus. Dicit mulier, Heri hunc panem manibus meis paravi, & nunc miror quomodo potestis dicere quod sit corpus Christi. Tunc fletus beatus Gregorius una cum populo ceperunt deum rogare ut dignaretur suam personam monstrare. Statim species panis mutavit se in speciem sanguinis & carnis. Quod videns mulier conversata cognovit peccatum suum. Secundo oportet credere quod in singulis partibus hostiae totus & tantus sit, & in una parte hostiae tantus quantum in integra. Exemplum, Quidam in die paschae expectauerat donec omnes communicauerant, tunc sacerdos defectum videns, dubitare cepit virum Christum tantus esse in particula quantum in integra. Et cum accepisset hostiam in ore eius mutata est in carnem, & extraxit in magnitudinem pollicis, ita quod deglutire nequiret. Unde nimium turbatus flexis genibus flere cepit, rogans deum ut errori suo parceret, & sic corpus in formam priorem redegit, & sic deglutivit. Tertio oportet credere quod tantum valet corpus Christi a malo sacerdote consecratum sicut a bono. Unde Augustinus dicit quod difformitas medici non impedit effectum medicinae. Gregorius. Vim sacramenti non mutat vita ministri. Sicut enim deterius non fit de deteriore, sic non fit melius de meliore. Quarto ille agnus comedebarum cum lactucis agrestibus, id est cum contritione & amaritudine animae nostrae & omnium seculorum. Iob 3. Antequam comedam suspiro, & quasi inundantes aquae, sic rugitus meus. Et sic fecit Ezechias. Isa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae

mea

mea, & sic ista lactuca debet conterri in mortariolo doloris, & cum succo fetus. Gregorius in moralibus. Carnes agni cum lactucis agrestibus sunt edendae: ut cum corpus redemptoris accipimus, nos pro peccatis nostris in fetibus affligamus. Quinto sanguis agni super utrumque possem debet poni. id est non tantum sumendo corporis ore, sed ore mentis. Nam sumptio corporalis sine sumptione spirituali nihil prodest ut dicit Augustinus, quia ille est spiritualis cibus. Ideo dicit Auicenna, Cibus qui irascit cordibus fumitur nihil nutrit. Ratio. Nam austeritas irae calorem naturalem a sua digestionem impedit & restringit. Sic sumere corpus dominicum immundo spiritu nullum confert auium nutrimentum. Nam videmus quod ignis non nutritur ab aqua, sed magis corrumpitur, & sic anima peccatrix non nutritur per sumptionem huius cibi. Sexto edebatur caput cum pedibus & intestinis. Spiritualiter, caput istius agni est diuinitas. I. Cor. 11. Caput Christi deus est. Pes eius caro ipsius est, quae est infirma in ipsa natura, intestina eius est anima. Ista omnia debemus comedere per veram fidem & nobis incorporare. Fuerunt autem quidam haeretici qui dixerunt cum non habuissent diuinitatem. Illi autem non comedeant caput, id est fidem diuinitatis sibi non incorporabant. Alii dixerunt ipsum non habuisse animam rationalem, sed diuinitatem loco animae, isti intestina non comedeant. Alii dixerunt ipsum non habuisse carnem humanam, sed phantasticam, vel de caelo delatam, isti pedes non comedeant, id est eius carnem per fidem veram non incorporabant. Nos vero caput cum intestinis & pedibus comedamus, id est eius diuinitate, carne, & anima fideliter & catholicè sentiamus. Septimo comedeant succinctis renibus. Spiritualiter sic nos cum continentia carnis & mentis, iste est cingulus renum. De quo Gregorius. Lumbos praecingimus cum carnis luxuriam coarctamus. Figuratur I. Reg. 21. Cum serui David voluerunt edere panes propositionis, ait Abimelech sacerdos, Si mundi sunt pueri maxime a mulieribus, manducent. In quo datur intelligi, quod ad sumptionem illius cibi hodie nobis propositi requiritur castitas. Nam Exod. 19. dicitur, cum populus deberet recipere legem fuit praecceptum eis: Estote parati usque ad diem tertiam ne appropinquetis vxoribus vestris. Quanto magis hodie cum debemus recipere dominum & datorem legis. Octauo habebant calciamenta in pedibus, sic nos secundum Gregorium respicere debemus

M M 3

vitam patrum antiquorum. Cant. 7. quàm pulchri sunt gressus tui filia principis in calciamentis, id est, in consideratione paternæ vitæ. Vel sic calciamenta in pedibus, id est, bonum affectum & desiderium non peccandi: vt calcemus terrena desideria. Ideo in figuram illius ante dationem illius cibi Christus lauit pedes discipulorum. Dixeret, quare hoc sacramentum sub specie panis & vini datur? Respondetur, propter quatuor. Primo propter meritum. Vnde Gregor. Fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Secundo propter peccatores: si enim eum in maiestate sua viderent, omnes qui essent in malo statu perirent. Tertio propter nostrâ fragilitatem: Nemo enim posset eum videre in sua claritate: ex quo videmus quod nequimus inspicere solem. Et hoc patet in filiis Israel qui nõ potuerunt inspicere Moysen nisi per velamina. Quarto propter nauisæ, quia nauisæ esset homini si videret crudâ carnem, & Iudæi insultarēt, dicētes: Christiani comedunt eorū Deū, &c. Nota, multa hodie fiunt in die cœnæ ab ecclesiâ. Primū hodie publicè pœnitētes recõciliantur. In capite enim ieiunij candelæ accēsæ publicè pœnitentibus dantur. Ciliciū ab episcopo eis traditur & sic ab ecclesiâ eiicitur. Per quod significatur quod cum Adâ peccasset, positus est sicut gladius ante ostiū paradisi qui significatur per candelas accēsas: & tunica pellicea indutus est, per quod significatur ciliciū, & exclusus est à paradiso: sicut ille qui ab ecclesiâ ianuis excluditur. Hac vero die recõciliantur multiplici de causa. Primo quia hac nocte Christus Petrum publicè peccantē sibi recõciliavit: qui publicè pœnitentiã fecit, cū publicè & amarè fleuit. Secūda causa: quia hodie fuit Christus captus & ligatus: vt, s. sua captiuatione captiui solueretur. Ideo publicè pœnitētes debent solui quia Christus pro eis hac nocte voluit capi & ligari, sicut ille qui est in carcere dimittitur quādo sufficiens obses datur. Io. 18. Si me queritis, finite hos abire. Tercia causa, quia Christus hodie pro peccatoribus pœnitentiã facere incepit. 1. Pet. 2. Peccata nostra ipse pertulit super lignū in corpore suo. Isa. 53. Vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. Secundū, quia hodie institutum est sacramentū sacramentorū, s. corporis Christi. Ideo cõueniēter hodie cõficitur chrisma, quod est materia multorū sacramentorū vt vñtionis, cõfirmationis, & ordinis sacerdotalis. Tertiū quia

vñus

vñus tantum celebrat hodie, quod seruetur in collegiis & cõuentibus, ad significandū primo quod Christū imitemur qui solus celebravit quādo corpus & sanguinem consecrauit, & omnes discipulos cõmunicauit. Secundo, ad inuendū quod istud est sacramentum vnitatis per quod fideles vniuntur. 1. Cor. 10. Vñus panis & vñū corpus multi sumus omnes qui de vno pane & de vno calice participamus. Tertio ad inuendū quod omnes debēt obedire vni, s. vicario Christi sancto pontifici. Genes. 27. Seruiant tibi populi, i. laici inferiores: adorent te tribus, id est, superiores. Esto dominus fratrum tuorum, id est, carnalium & aliorum. Quartum, hodie altaria denudantur ad significandū quod Christus fuit multiplici veste denudatus. Primò materiali. Psal. 21. Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Secundo corporali, scilicet corpore quod fecit mater, quia animam denudauerunt à corpore. Tertio spiritali, scilicet Apostolorum. Isa. 49. His omnibus velut vestimento vestieris. Matt. 26. Discipuli omnes relicto eo fugerunt. Quintum quia altaria hodie abluuntur aqua & vino, & funditur in modum crucis: ad designandū quod Christus ecclesiam suam lauit per aquam & sanguinem. Apoc. 1. lauit nos in sanguine suo à peccatis nostris. Et lumina quinque in modum crucis in altari comburuntur, ad designandū quinque vulnera quæ ardere hodie debent in nostra memoria. Bern. Sic per omnia se mihi reddit amabilem bone Iesu calix quem bibisti. Hebr. 12. Recogitate eum qui talem sustinuit pro peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes. Sextum, tribus diebus mors Christi plangitur, & meritò. Primò quia Sol mortem Christi tribus horis planxit obsecratus. Secundo, quia tribus diebus & noctibus mortuus erat Christus. Tertio, quia Christus in tali passione ter potuisset mori. Primò in flagellatione: quia alius homo in tali flagellatione expirasset. Secundo in crucifixione. Tertio, in lanceatione, iam enim mortuum iterum occiderunt. Idcirco quolibet die tres lamentationes cantantur de libro. Septimum, summus pontifex hodie largè dat elemosinas: quia Christus hodie nobis extitit valde liberalis. Bernardus: Dedit nobis carnem in cibum, & sanguinem in potum, aquam in lauacrum, sudorem in sanguinis in medicinam.

MM 4

Sciens Iesus quia omnia iam consummata sunt, vt consummaretur scriptura, dicit: Sitio. Illi autem spengiam plenam aceto hyssopo circumponentes obtulerunt ori eius. cum igitur accepisset Iesus acetum dicit: Consummatum est, & inclinato capite tradidit spiritum. Ioan. 19.

Christus in vita sua Iudæis multa salutifera documenta dederat, & exhiberat multa sanctitatis exempla, contulerat multa beneficia & miracula. Sed hodie miserī Iudæi pro documento dederunt Christo dura verbera: pro beneficiis dederunt sibi durissima crucis tormenta. Non restabat autem nisi vna pœna, scilicet vt ipsum felle & aceto potarent, sicut in autoritate præposita dicitur. In qua quidem autoritate tria ponuntur ex parte Christi, primo ponitur eius feruens charitas, cum dicit: *Sitio*. Secundò consummata veritas: cum subditur, *Consummatum est*. Tertiò magna pietas, cum dicitur: *Et inclinato capite tradidit spiritum*. Quartò ex parte Iudæorum magna crudelitas, in hoc quòd sibi ad bibendum porrexerunt acetum. Circa primum notandum quòd in hoc quòd Christus dicit, *sitio*, eius feruens charitas denotatur. Non enim sitiebat aquam, sed salutem nostram: non sitiebat vinum, sed profectum nostrum. Non sitiebat aliquem liquorem, sed nostrum amorem. Bernard. *Sitio* ait Christus, non doleo. O domine quid sitis? Fidem vestram, salutem vestram, gaudium vestrum, plus animarum vestrarum quàm corporis mei cruciatus me tenet, & si non mei, saltem vestri miseremini. Ista enim charitas tam intensa omnes alios amores superat & excellit, scilicet amorem naturalem, matrimonialem, socialem & amicum. Amor naturalis est qui est inter patrem & matrem, filium & filiã. Et istum amorem excellit amor Christi: nulla enim mater tantum filium dilexit quãtùm Christus nos hodie amauit. *Isaia* 49. Nunquid obliuisci potest mater infantem suum vt nõ misceretur filio vteri sui? Et si illa oblieta fuerit: ego tamen non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semper. Nunquam enim fuit aliqua mater quæ filium suum intantum diligeret quòd nomen suum in manibus pingi vel scribi faceret: vt sic die ac nocte memoriam eius haberet. Christus autem in manibus suis nos scriptos die ac nocte portat, vt semper memoriam nostri habeat. Et illa scriptura non fuit facta

facta cum calamo vel atramento vel in pergamento. Sed calami fuerunt acutissimi clauī. Atramentum eius sanguis pretiosus, scriptores Iudæi peruerſi, pergamentum caro manuum. Secundò excellit amorem matrimonialem qui est inter virum & mulierem. Et hoc in duobus. Primò in hoc quòd si vxor fornicatur vltèrius à viro non recipitur. Sed si animæ nostræ sponſum Christū deserunt, & diabolo aduſtero consentiunt: Christus eas penitentes recipit. Et ideo in cruce manus extensas tenet: ad innuendum quòd peccatores ad se reuertentes protinus amplectatur. *Ier. 3.* vulgo dicitur: Si dimiserit vir vxorem suam & recedens ab eo duxerit virum alterum: nunquid reuertetur vltra ad eum? Et infra: Nunquid non polluta & contaminata erit mulier illaſtu autem fornicata es cum amatoribus multis. Tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te dicit dominus. Secundo amor Christi excellit amorẽ matrimonialem in hoc, quòd si esset aliqua vxor quæ maculas in facie vel in corpore suo haberet, & non posset ab istis maculis emundari nisi se vir vulnerari faceret, & in suo sanguine vxor se balnearet. Non est aliquis vir qui vxorem suam tãtum diligeret quòd ista sustinere vellet. Animæ autem nostræ quæ erant Christi, maculis peccatorũ erant plenæ: & ideo Christus in quinque partibus corporis vulnerari se fecit & sanguinem suum fudit in quo sponsa sua se balneauit, & ab omnibus maculis mundata fuit. Et hoc est, quòd dicitur *Ephes. 5.* Viri diligite vxores vestras sicut Christus dilexit ecclesiam suam & tradidit semetipsum pro ea: vt illam sanctificaret mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ: vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Tertiò amor Christi amorem socialem excellit qui est inter amicum & amicũ: nullus homo inuenitur qui vellet mori pro inimico: vix autem inueniretur qui vellet mori pro amico suo quantuncquq; iusto, sed pro amico bono, i. simplici, fidei & innocenter decepto forsitan aliquis morti se exponeret: Nos non eramus iusti, nos nõ eramus boni, sed eramus impij & Dei inimici, & tamẽ pro nobis Christus mori voluit. Et hoc est quòd dicitur *Rom. 5.* Cum adhuc infirmi essemus secundum tempus: Christus pro impijs mortuus est, vix enim pro iusto aliquis moritur. Nam pro bono quis au deat mori? Commendat autem Deus suam charitatem in

nobis, quoniam cum peccatores essemus secundum tempus pro nobis mortuus est. Potest tamen dici quod Christus habebat unum amicum, scilicet. Deum patrem, & unum inimicum, scilicet genus humanum, ut igitur Christus inter nos pacem faceret, se mediatorem interposuit. 1. Tim. 2. Unus mediator dei & hominum homo Christus Iesus, qui dedit se in redemptionem pro omnibus. Sæpe autem contingit quod unus quando se inter duos rixantes interponit ab utroque vulneratur. Sic Christus vulneratus fuit à patre. Isa. 53. Propter scelus populi mei percussus est. Vulneratus fuit ab homine. Zach. 13. His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. Quarto amor Christi excellit animalem amorem qui est inter animam & corpus. Anima enim intantum diligit corpus, quod ab eo separari renuit, & omnem læsionem corporis fugit & vitat. Anima Christi intantum dilexit animas nostras, quod à corpore suo pro nostra salute voluit separari. Ioan. 10. Animam meam pono pro ouibus meis. Intantum dilexit quod passus est corpus suum in quinque partibus cum multa lætitiâ lacerari, ut sic pretium nostræ redemptionis abundanter efflueret. Vnde in persona sua dicit propheta, Psalm. 19. Concidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitiâ. Secundo ponitur consummata veritas cum dicitur: *Consummatus est.* Consummata quidem & completa fuerunt omnia quæ fuerunt scripta de sua natiuitate, de sua conuersatione, & de sua passione, & de sua consummatione. Hodie quoque consummatum fuit corpus suum, consummatus fuit sanguis suus. Corpus quidem suum sic fuit consummatum & intantum consumptum quod omnia ossa sua apparebant & numerari poterant. Psalm. vigesimoprimum, Dinumerauerunt omnia ossa mea. Nec mirum si corpus eius sic fuit consumptum, quia fuit tribus disciplinis grossis flagellatum. Est enim quædam disciplina quæ fit cum virga, & ista est fortis, quia carnem frangit. Et alia quæ fit cum spinis acutis, & ista est fortior, quia vsque ad ossa ista perforatio pertingit. Et alia quæ fit ferreis instrumentis, & ista est fortissima, quia animam à corpore excutit. Ista triplici disciplina corpus Christi fuit flagellatum, & ideo totaliter consummatum. Primum enim Christus fuit flagellatus virgis siue funibus nodosis, quando, scilicet, Pilatus ipsum ad columnam fecit ligari & flagellari. Et ista flagellatio totum corpus vulnerauit. Secundo

secundo fuit disciplinatus cum spinis, quando, s. spinis acutissimis fuit coronatus, & illa flagellatio secundum Bern. os capitis perforauit & vsque ad cerebrum peruenit. Secundum Chry. Mille punctis caput eius impleuit. Et si dicatur quod non videtur, quod spinæ os capitis tam durum potuerunt perforare: dicendum quod hoc non fuit factum secundum naturam, sed secundum voluntatem diuinam. nec est contrarium ei quod dicitur: *Os non comminuetur eum eo.* Ioã 19 & Exo. 12. quia os capitis eius non fuit comminutum, sed perforatum. Tertio fuit disciplinatus cum instrumentis ferreis, id est cum clauis acutis. Et talis disciplina animam à corpore excussit. Mar. 17. Iesus clamans voce magna præ nimio dolore clauorum emisit spiritum. Secundo consummatus fuit eius sanguis, quia totus à corpore euacuatus. Omnia enim opera sua fecit Deus in numero, pōdere, & mensura: ut habetur Sap. 11. excepto opere redemptionis nostræ, ibi enim non seruauit numerum, ut, scilicet unam vel duas guttas sanguinis sui daret: cum tamē vna sola sufficeret. Non seruauit pondus, ut, scilicet unam libram, vel unam vnciam effunderet. Non seruauit mensuram, ut, scilicet unum calicem mensuraret: sed totum effudit & totum dedit. Psalm. 129. Copiosa apud eum redemptio. Bern. Prorsus copiosa: quia non gutta sanguinis, sed vnda fluminis per quinque corporis partes emanauit. Tertio ostenditur magna compassio & magna pietas in eo quod dicitur: *Inclinato capite tradidit spiritum.* Magna enim pietas, quia Iudæi spiritum Christi ab eius corpore violenter cum multis suppliciis expulerunt. Psalm. 37. Vim faciebant qui quærebant animam meam. Ex hoc autem quod dicitur: *Et inclinato capite tradidit spiritum.* quidā voluerūt dicere animam principalem partem & sedem habere in corpore, super hoc quod inter sapientes quatuor fuerunt opinioniones. Quidam enim dixerunt animam esse in capite. Et hoc propter illam autoritatem qua dicitur Gen. 2. cap. Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Ista enim inspiratio nihil aliud fuit quàm animæ infusio. Alij dixerunt ipsam esse in corde, & hoc propter illam autoritatem, qua dicitur Matthæi 15. De corde exeunt cogitationes malæ. Cum igitur cogitationes exeant ab anima, si cogitationes in corde, & anima est in corde. Hierony. in epist. ad Fabianam: quia vitæ principium Plato posuit in cerebro: Christus monstrat in corde. Alij dixerunt ipsam esse in sanguine.

Et hoc

Et hoc propter illud quod dicitur Leuit. 17. Anima omnis carnis in sanguine est. Alij dixerunt ipsam esse in toto corpore & in qualibet parte totā. Et hoc propter illud 2. Reg. 1. Adhuc tota anima est in meipso, non dixit in capite meo vel in corde meo, vel in sanguine meo, sed in meipso, hoc est in corpore meo. Iudaei igitur volentes Christi animam cruciare, videntur saltem istas quatuor opiniones ipso facto sciuisse. Primo enim ipsam animam cruciauerunt in capite quando fuit spinis coronatus. Ansel. Coronatus incidit, sed ipse sua corona cruciatus fuit. Quia mille pūcti pretiosissimum verticem eius vulnerauerunt. Secundo ipsam cruciauerunt in corde, quando, scilicet fuit iuxta cer in latere vulneratus vt si fortē ibi anima remansisset cruciatum secum portaret. Vt cum triplex sit amor, scilicet sermonis, cordis & operis, Christus ostenderat nobis amorem sermonis in sapientia: prædicatione: amorem operis in miraculorum exhibitione, non restat nisi vt ostendat nobis amorem cordis quem ostendit in lateris apertione. Bernard. Clauus penetrans, clauis referans factus est mihi. Quid enim videam per foramina, clamat clauus, clamat vulnus q̄ verē Deus sit in Christo mundum reconcilians sibi. Tertio cruciauerunt eius animam in sanguine, quando scilicet cum clauis acutis eius venas aperuerunt, & totum sanguinem cum doloribus extraxerunt: ita q̄ corpus eius in cruce remansit aridum sicut lignum. Psal. Aruit tanquam testa virgulus mea. Idem: Ossa mea sicut cremiam aruerunt. Et assimilat Christus corpus suum testā & cremio. Nam testa quæ prius fuit vitidis, postmodum ab igne fit arida: similiter cremium est lardi adustum à quo pinguedo omnis recessit, corpus igitur Christi in cruce fuit testa: quia ab omnibus humoribus fuit exsiccatum, & fuit sicut cremiū: quia toto sanguine fuit euacuatum. Quarto affixerunt eius animam in toto corpore quia à planta pedis vsq; ad verticem non fuit in eo sanitas. Cruciatas enim fuit in toto corpore, scilicet in parte suprema, media, & infima. Nam in parte suprema fuit spinis vulneratus. In media fuit ad columnā ligatus: In infima fuit in pedibus perforatus, vbi magnum dolorē sensit: quia locus erat neruofus. Et quia vnus super alium positus, & quia grossis clauis perforatus, & quia innitebatur clauatis pedibus totum corpus. Quarto penitus ex parte Iudæorum magna peruersitas: quia os Christi aceto potauerunt.

Dux

Dux enim magnæ rusticitates hodie ori Christi factæ fuerunt. Prima est quando acetum dederūt sibi bibere. Secunda quando Iudas ore suo turpissimo os Christi sanctissimū osculari præsumpsit. Istas duas rusticitates adhuc multi faciunt ori Christi. Quidam enim adhuc sibi dant acetum, id est opera acerba. Psal. Exacerbauit dominum peccator. Cum enim deberent dare ori Christi vinum suauē, id est opera bona & Deo placita, dant sibi acetum, id est opera acerba. Isa. 5. Expectauit vt faceret vvas & fecit labruscas. Secundo, sunt quidam qui adhuc cū Iuda os Christi osculantur. Quatuor enim personæ osculatae fuerunt Christum, nam ipsum osculata fuit mater eius, & hoc quando eum infantem in suis brachiis baiulauit: tunc enim ipsum osculabatur, & hoc in signum amoris. Osculatus etiam cum fuit Simeon quando, scilicet in vlnas suas eum accepit, & illud osculum fuit in signum reuerentiæ & deuotionis, sicut quando quis manus vel pedes episcopi osculatur. Osculata eum fuit Maria Magdalena in signum reconciliationis, sicut quando inimici ad pacem veniunt se mutuo osculantur. Osculatus eum fuit Iudas, & hoc in signum prodicionis, sicut & Ioab osculatus est Amasam, vt habetur 2. Regum 20. Quicumque igitur hodie Christum osculatur, videat quomodo osculetur. Ille enim qui nullum habet rancorem & odium in corde, sed ad Deum & proximum syncerum amorem osculatur cum Maria: ille qui ad Christi passionem multa reuerentia & deuotione & lachrymarū effusione afficitur, osculatur cum Simeone. Ille qui prius domini inimicus erat, sed in ista quadagesima est sibi reconciliatus cum Maria Magdalena. Ille qui hodie crucifixum osculatur, & in paschate in mensa altaris cum Christo epulatur, & post pascha ad peccata reuertitur, osculatur cum Iuda proditore. Magna enim proditio est hodie Christo osculum dare, & in paschate in mensa Christi comedere, & postea de domo sui cordis Christum expellere & inimicum capitalem ibi, id est dæmonem in cor suum introducere. Talibus potest Christus dicere quod dicitur in Psal. 54. Tu verò homo vnaanimis dux meus & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulauimus cum consensu: veniat mors super illos: & descendant in infernum viuentes, &c.

IN

*Venit Maria Magdalene & altera Maria videre sepulchrum.**Matthæo ultimo.*

Videmus vbi homo amittit rem charam valde tristatur & sollicitè quærit illam. Spiritualiter, sic Maria Magdalena dilexit Christum. Luc. 7. Quoniam dilexit multum. Et hunc amisit per mortis amaritudinem. Ideo sollicita de eius amissione dolenter ibat videre sepulchrū & cum quærere à quo plura ceperat beneficia, s. septem dæmonum expulsionem, fratris resurrectionem, multorum criminū dimissionem: vt illum quem dilexit in vita, posset amare & in morte: vt probaretur eius dilectio fore vera, iuxta illa Gre. Probatio dilectionis exhibitio est operis. Et ideo opus pietatis exhibere voluit corpori Christi ipsum vngēdo. Ideo dicitur: *Venit Maria Magdalene & altera Maria videre sepulchrū.* Pro quo sciendum, circa sepulchrum Christi tria sunt videnda. Primo quale fuit, secundum qualiter fuit sepultus, tertio qualiter nos cum eo debemus sepeliri. Circa primū notandum quòd sepulchrū primo fuit nouum, sicut dicitur Matt. 27. Et hoc triplici de causa. Primo ne crederetur quòd non ipse, sed alius surrexisset. Istam rationē tangit Ambr. in lib. de Virginib. dicens: Bene monumentū nouum dixit Matthæus ex monumento veteri alius surrexisse crederetur. Secūdo propter reuerentiam corporis Christi. Istam rationem assignat August. dicens: Sicut in vtero Mariæ nemo ante eum & nemo post eū conceptus est: ita in hoc monumento nullus sepultus est ante eum, nullus post eum. Tertio ad designandum quòd qui vult corpus Christi sumere debet habere nouitatem in corde. Corpus quidem nostrum primo est nouum vt in iuuetute, modò putridum vt in morte, spiritus autem noster debet semper variari, id est in melius renouari. Sicut tamē quidam quorum spiritus est vetus per peccati malitiam. Ideo monet nos apostolus 1. Cor. 5. Expurgate vetus fermentum vt sitis noua conspersio. Alij sunt quorum spiritus est putridus per longuam cōsuetudinem. Ioel. 1. Computruerunt vt iumenta in stercore suo. Alij sunt quorū spiritus semper est purus atque nouus interius per puritatem. 2. Corinth. 4. Licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est renouatur de die in diem: talis qui habet istam nouitatem dignus est recipere corpus

corpus Christi. 1. Corint. 5. Epulemur in azymis synceritatis & veritatis. Secundo sepulchrum Christi non fuit suum proprium, sed alienum, & hoc tribus de causis. Primo ad ostendendum quòd non debebat decinerari & detineri à morte. Istam rationem ponit Ambr. dicens in lib. de Virgin. Bene secundum literam alienum fuit monumentum Christi, habent tumulos qui sub lege sunt mortis: victor autem mortis tumulum suum non habuit. Non enim ille sepulchrum mortis desiderabat qui de morte triumphat. Item in lib. Sermonum: Vt quid illi sepulchrum qui triduo temporis spatium non tanquam in sepulchro mortuus: sed quasi in lecto valde dormiens requieuit. Secundo ad ostendendum quòd non pro sua, sed pro aliena salute moriebarur. Ambr. Ideo in aliena sepultura dominus potius quàm in propria sepeliri voluit: quia pro aliena moriebarur salute: vt quid illi propria sepultura qui in se mortē nō habuit propriam? Tertio ad ostendendum suam paupertatem. Sicut enim in aliena domo voluit nasci & in aliena voluit conuersari, sic in alieno monumento voluit sepeliri. Matt. 8. Vulpes foueas habent & volucres cœli nidus: filius autem hominis nō habet vbi caput suū reclinet. Ac si dicat: In morte mea nō habui foueam propriam, vt possem sepeliri, nec in vita mea habui nidum, i. domū in qua possem cōmorari: nec in natiuitate mea habui lectum in quo aurem meam possem reclinare. Tertio monumentum Christi fuit grandi lapide clausum. Cuius triplex est ratio, quarū primæ duæ sunt literales, tertia est mystica. Prima est ne loc⁹ bestis peruius esset. Secundam rationem tangit gl. Aduoluit magnum saxum ad ostium monumenti, vt non posset aperiri sepulchrum sine auxilio multorum. Tertia ratio est mystica: per hoc enim insinuat, quòd illi qui corpus Christi suscipere volunt, debent esse clausi, ne peccatum possit ingredi, vt dicit Bern. scilicet pudore, dolore, timore & amore. Multi enim sunt qui propter pudorem hominum dimittunt peccare, & propter dolorem. Alij sunt qui cessant peccare propter timorem pœnæ æternæ ne ipsam incurrāt. Alij propter amorem gloriæ, ne ipsam amittant. Ista sunt quatuor saxa incidentia quæ debent monumentum cordis claudere, ne aliqua peccata possint illuc intrare. Dicit tamen idem Bern. quòd duo prima, s. pudor & dolor non sunt multum fortia ad resistendum: quia sæpe pudor solatium capit de peccatiū multo

multitudine. Dolor de aliquo huiusmodi consolationem capit. Validissimum autem ad resistendum peccatis in viris perfectis est amor Dei: in imperfectis autem timor supplicij. Quarto monumentum Christi fuit monumentum iusti, scilicet ipse Ioseph, qui erat vir bonus & iustus: ut dicit Luc. 23. Voluit autem Christus sepeliri non in monumento impij sed iusti, ad ostendendum quod Christus non requiescit nisi in corde iusti. Ambr. super Luc. dicit, quod Christus in monumento iusti sepeliri voluit ad innuendum, quod in animo iusti filius hominis caput suum reclinat. Christus enim non requiescit in animo avari cum sit spinosus, nec in animo luxuriosi cum sit lutosus, nec in animo superbi cum sit vêtulosus, sed in animo iusti cum iste sit floridus, iuxta illud Cant. 1. lectulus noster floridus. Secundo ad innuendum quod non debebat pro peccatoribus immolari. Natus enim fuit in medio animalium: quia homines bestiales facturus erat spirituales: vixit inter homines peccatores, ut ipsos iustificaret: mortuus est inter homines latrones, ut lucrifaceret vnum, sed hodie requieuit in monumento iusti: non enim amplius voluit interesse consortiis peccatorum: quia amplius pro ipsis moriturus non erat. Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, &c. Tertio ad innuendum quod licet in hac vita sint mixti boni & mali, post mortem tantum boni in caelo erunt per se, & mali in inferno persecurabunt: mediocriter boni, & mediocriter mali, scilicet pueri erunt in limbo. Secundo videndum est qualiter Christus fuit tumulatus: nam ipse fuit sindone inuolutus: ut dicitur Mat. 27. fuit vnguento confectio ex myrrha & aloë vnctus, ut à putredine seruaretur: ut habetur Ioan. 19. fuit linteis cum aromatibus ligatus, ut habetur ibidem. Per ista autem signantur illa quae debet habere ille qui corpus domini vult recipere. Corpus enim Christi dicimus esse tanquam cādorem æternum. Sap. 7. Candor enim est lucis æternæ, &c. tāquam panem angelicum. Psal. 77. Panem angelorum māducauit homo. Tanquam carbonē diuinum. Ioan. Damasc. Diuinum carbonem assumamus, ut ignis eius qui est in nobis sancti desiderij assumentes eam quae ex carbone ignitionem inflamat nostra peccata & corda nostra illuminet. Est etiam tanquam cœleste electuarium, quod confecit cœlestis vnguentarius: de quo dicitur Eccl. 38. vnguentarius faciet pigmenta suauitatis & vnctiones cōficiet sanitatis. Inquātum igitur

igitur corpus Christi est candor in hoc requirit magnā mentis puritatem, & hoc significatur per sindonē mundam, ut dicit ibidem gl. Sindone munda Christū inuoluit qui pura mente eum suscipit. Inquātū est panis angelicus debet recipi cum deuota oratione. Et hoc significatur per aromata. Apoc. 3. Ascendit fumus aromatum incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli corā Deo. Inquātū est carbō diuinus debet recipi cū mente ab omni humore vitiorū desiccata. Sicut enim ignis non inflāmat ligna humida, sed tantum desiccata, sic ignis diuinus non inflāmat corda, nisi quando inuenit ea ab humoribus vitiorū desiccata. Et hoc significatur per aloē quae habet virtutē desiccatiuā. Inquātū est cœleste electuarium requirit corda à cibis noxiis, i. peccatis euacuata. Et significatur per myrrhā quae est amara, & significat contritionem quae omnia peccata expellit & euacuat. Tertio videndū est qualiter debeamus cū Christo spiritualiter sepeliri. Dicit enim Apost. Ro. 6. Consepulti enim sumus cū illo per baptismū in mortē. Sepulchrū autem illud in quo debemus sepeliri est ipsa religio, in qua ipse religiosus spiritualiter modō debet mori & sepeliri. Assimilari autē debet mortuo & sepulto quantum ad plura. Primo quantum ad sensum rerū. Sicut enim mortuus & sepultus nihil habet propriū: sic religiosus nihil debet retinere, sed omnia in cōmuni diuidere. Quilibet laicus potest dicere illud Iob 1. Nudus egressus sum de utero matris meae, &c. Religiosus plus debet dicere, quia debet esse nudus in ingressu, ut nihil sibi retineat, & nudus in progressu ut nihil possideat. Nudus in egressu ut in morte nihil relinquat. Secundo debet assimilari mortuo, quantum ad sensum carnis & motū. Sicut enim mortuus priuatur sensu & motu, sic & religiosus debet esse mortuus quantum ad delectationes, quae ad sensum carnis pertinent. Et sicut mortuus non mouetur motu proprio sed alieno, sic verus religiosus non debet duci motu propriae voluntatis, sed ad imperium sui rectoris. Et sicut mortuus se mouenti non contradicit: sic & religiosus praelato se regenti non debet contradicere, sed in omnibus obedire, ut dicat illud Isa. 50. Dominus aperuit mihi aurē, ego autem non contradico, retrorsum nō abij. Tertio debet assimilari quantum ad domicilium, quia sicut mortuus clauditur in sepulchro, sic religiosus in claustrō, & sicut mortuus de monumento nisi ad iussionem dei non exit, i. in die

iudicij quando dicitur, Surgite mortui venite ad iudicium sic etiam religiosi non debent exire de clauetro sine iussione prelati. Et sicut mortuus non murmurat, quando transfertur de monumento in monumentum, sic etiam religiosus non debet murmurare, quando transfertur de monasterio ad monasterium. Quarto debet maxime assimilari morti Christi, iuxta illud Ro. 6. Si coplantati similes facti sumus similitudini mortis Christi, simul & resurrectionis erimus. In morte igitur Christi anima fuit a corpore separata, tñ anima & caro diuinitati fuerunt vnitæ, sic in verè religioso anima debet esse separata à carne, s. ne ei cōsentiat in aliquo amore carnali. Anima tñ tua & caro debet deo vniri, anima per amorè, caro per incorruptionè, vt possis dicere cū propheta, Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuū, &c.

ENARRATIO XCIIII. DE PASSIONE.

SVpra SECVNDVM LEGEM.

Secundum legem debet mori. Io. 9.

Cum considero statum vniuersum, reperio q̄ totū tempus à principio mundi per totū tempus vsq; modò fuit seruatum & rectum per tres leges, s. primo per legem naturæ, & ista lex durauit vsq; ad Noë & Moysen. Secundo per legem scriptam, & durauit vsq; ad aduentum domini nostri Iesu Christi. Tertio per legem gratiæ, & ista durabit ab aduentu domini vsque ad iudicium generale, vnde si consideremus quæ & qualia fuerunt facta tempore istarum legum, poterimus clarè videre qualiter in qualibet istarum trium legum facta est mentio de morte Christi, & passione eius. Et ideo secundum quamlibet potest dici q̄ secundum legem debet mori. Primo in lege naturæ mors Christi fuit præfigurata. Secundo in lege scripta mors Christi fuit prophetizata. Tertio in lege gratiæ mors Christi fuit finita. Dico primo q̄ mors Christi & passio eius fuit in lege naturæ figurata, & ideo secundum istam legē debet mori. Et q̄ hoc sit verum apparet ex eo, q̄ quando quis secundum leges humanas & naturales adiudicandus est morti: in sua defensione est assignatus, iudex & aduocatus pro vtraq; parte. Modò sunt hic plures viri periti & sapientes vt cognoscant si talis debeat mori secundum rectam iustitiam, vt sententia detur licita. Simili modo possumus videre q̄ secundum legem Iesus debet mori. Assignemus ergo iudicem in sua causa & aduocatum pro parte sua, & ex alia parte, s. hu-

mani generis assignemus sibi iudicem & aduocatum. Et insuper assignemus consiliarios & aduocatos & peritos. Nunc autem ordinemus sic iudices in causa ista. Sunt quatuor patriarchæ in lege naturæ, s. Adam, Noë, Abraham, & Iacob, consiliarij autem sunt quatuor filij Israël, s. filij Iacob, & loquitur Ioseph pro omnibus fratribus suis. Item aduocatus ex parte Christi est pura innocentia, & ex parte generis humani est charitas. His sic ordinatis interrogentur iudices. Et primo Adā. O Adam quid dicis de Iesu? Respondet, in ligno debet mori. Secundo, Noë quid dicis de Iesu? Respondet, Nudus debet mori. Tertio, Abraham quid dicis de Christo? Respondet q̄ in cruce debet mori. Quarto, Iacob quid dicis de Christo Iesu? Respondet q̄ in monte Caluariæ debet mori. Primo igitur respondet Adam q̄ in ligno debet mori, & probat sic, Ego peccaui, & in ligno offendi deum patrem, in ligno vitæ per vnicum peccatum, ergo debet fieri satisfactio in ligno, vt melius respondeat culpæ, vnde Greg. in præfatione, Qui in ligno vincebat, in ligno quoq; vinceretur, per Christum dominum nostrum. Noë autem Respondit quòd totus nudus debet mori, & ideo est hæc figura, quia ego fui figura Christi tempore quo plantauit vineam primam & bibi de eodem vino, & propter ardorè vini ego fui nudatus & spoliatus & derisus à filio meo maiori. Cum ergo Christus cuius ego sum figura, sit ille qui nimio ardore cordis & charitatis quæ habet ad genus humanum sit complementum huius figuræ, certè debet mori nudus in cruce positus. Tertio respondit Abraham q̄ Christus debet portare crucem in collo ad montem, & sic probat per illud Gen. 10. c. Tentauit deus Abraham & dixit illi, Tolle filium tuum què diligis Isaac. Concludit Abraham dicens, Sic nolui filio meo parcere propter nimium amorem quem habeo cum genere humano, imò potius tradere cum ad mortem & portare crucem suam penitentialem pro humano genere. Et hoc est quod Paulus dicit, q̄ proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quarto respondit Iacob, q̄ in monte Caluariæ debet mori. cuius ratio est. Quando fugiebam persecutionem illius reginæ Iezabelis vxoris Agab regis Samariæ veni ad montem Sion circa montem Caluariæ & ibi posui vnum lapidem capiti meo, & vidi scalam cuius summitas cælos tangebatur, & ibi ego prophetizauit de tēplo, & ibi edificauit altare

domino deo: hæc enim scala quã vidi non est nisi crux Christi ubi debet mori propter genus humanum, quia sicut per quandã scalã ascendimus altè: ita peccatores ascendunt ad gaudia paradisi, quando ascendunt scalã pœnitentiã, & ista est ratio de Iacob. ex istis quatuor rationibus concludunt isti quatuor iudices dicentes, q̄ Christus debet mori. Nunc restat videre quid dicat aduocatus Christi vtrũ debeat mori vel non. Et dicit q̄ non debet. nec tantam iniuriam pati, assignans rationẽ. Ille qui natus est innocens, & sine peccato, non debet mori, nec ad mortẽ adiudicari. Christus est huiusmodi, ergo, &c. patet per Petrũ, 1. Pet. 2. c. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Nunc autem responderet secundus aduocatus, s. charitas ex parte generis humani ad istas rationes sic dicens, Cerrẽ Christus debet mori, probatur sic, idq; secundũ legem charitatis, Quilibet debet facere proximo suo quod vult sibi fieri. Sed si Christus esset peccator (quod est impossibile) vult subueniri & iuari & redimi, ergo, alteri, s. humano generi debet subuenire, quoniam nisi per Christũ non poterat fieri, ergo Christus verẽ debet mori. Sed respõdeo & veraciter ex alia parte q̄ Christus de proprio peccato eius non debet mori quia nullum commisit vt supra Apostolus, sed pro peccato alterius, s. sui proximi, cum sua propria malitia peccauit, debet mori, secundum ergo istam legem debet mori, aliter non. Post hæc inceperunt loqui quatuor iudices Christi & inquirunt sic, Ecce domine Iesu tu non debes mori. Noueris q̄ aduocatus tuus venit ad nos qui sumus iudices dicens, q̄ tu non debes mori. Vis audire quid dicunt consiliarij, & loquitur vnus pro omnibus filiis Iacob, s. Ioseph. Respondet Christus mihi placet, & locutus est Ioseph. Dimitte, debet mori, & à discipulo suo pro triginta denariis venundari. Ratio est hæc: Ego fui traditus à fratribus meis Ismaelitibus, & venditus triginta denariis argenteis. Vnde scribitur, Venditur in seruum Ioseph liuore suorum. Cum igitur fuerim figura mortis eius vt figura finiatur & terminetur, ipse capietur, venundabitur & morietur eo q̄ figura est posita. His auditis vertit faciem suam ad marrem, dicens, Ecce mater quæ & qualia opponuntur mihi, & ea habeo sustinere propter primos parentes. O quali morti sum ego adiudicatus, ecce Iudas cui tanta bona feci, quomodo me tradet in manus peccatorum pretio triginta denariorum.

Tunc

Tunc virgo Maria auditis his verbis filij sui vertit versus filium suum cor, & sic parentibus suis loquitur: O Adam, & Eua, primi parentes vos estis. Eua, sic spreuistis præceptum Domini & transgressi estis, cum sit Deus meus & hoc propter peccatum vestrum. Heu filius meus morte turpissimã moritur. O quã amarus fuit fructus ille. Peccastis, & filius meus dilectus pœnam sustinet. O arbor cuius fructus mors est & pœna, vtiã non fuisset, quoniam valde sum turbata. O productio arboris dolorosa. Tunc audientes Mariam responderunt: O regina misericordiz miserere nostri: quoniam quinq; millibus annorum stetimus in tenebris, & in vmbra mortis quasi cæci, &c. & lumine priuari & hoc meritis nostris, & nisi filius tuus nos liberet sua morte perimus. Eia ergo pia mater. Nosce vnde descendisti, & nobis comparietis. His verbis respondet Maria & versus Iudam vertit faciem suam, dicens: O Iuda proditor, cur regem celorum vendis? Cur ad me non venis? procurator eius es. Maiores pecunias dedissem. & avaritia, & lex amara & misera, quæ ita condemnauit filium meum morte tam turpissimã. Nam appello ad legem scripturæ: conquerens vtrũ mori debeat vel non. Assignemus ergo iterum vnum aduocatum vt fecimus supra, & vnum pro humano genere. Aduocatus Christi erit fidelitas, & humano generi erit veritas: & assignentur quatuor iudices in lege scripturæ, s. quatuor prophetæ, s. David, Salomon, Isaias & Ieremias. Consiliarij erunt duodecim prophetæ minores, & loquatur vnus pro omnibus, s. Zacharias. Interrogatus autem aduocatus Christi, s. fidelitas vtrũ debeat mori an non: respondet quod non debet mori Christus, nec capi, nec tormetari, & ratio est: Qui est creator cœli & terræ & dominus vniuersalis omnium, non debet mori, sed Christus est huiusmodi: ergo non debet mori. Minor patet in Apoc. Ipse est rex regum, dominus dominantium: ergo non debet, &c. Tales enim proditores non seruant domini fidelitatem. Ex parte autem generis humani, responderet aduocatus scilicet veritas quod debet mori, & probat sic: Iesus promiserat sic mori propter genus humanum & ipsemet testatur: cum non dicat nisi veritatem: vt Ioan. 8. Ego sum via, veritas, & vita. Cum ipse sit veritas, sequitur quod debet mori, quia promiserat mori pro populo suo, & sic definit loqui. Dum autem iudices audierunt rationes humani generis protulerunt sententiam vt ipse moriatur. Et primo

NN 5

Dauid dixit. Iesus debet mori crucifixus, quia ego prophetaui in persona sua, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumeraueruntque omnia ossa mea. Secundus iudex est Salomon, dicens, quod vili morte debet mori & conspui, quia scribitur in libro Sapientiae: Morte turpissima condemnemus eum. Tertius iudex est Isaias, dicens, quod cum iniquis deputatus est & sceleratis, & non est in eo species neque decor. Quartus iudex est Ieremias, dicens quod debet mori, flagellari & caedi, & a multis improprium pati. Datur igitur sententia ab istis quatuor iudicibus. Videamus quid dicunt consiliarij, & loquitur vnus pro omnibus, scilicet Zacharias, & dicit quod Christus cum multis insultibus & opprobriis debet mori, & duci ad locum ubi malefactores duci solent. His peractis omnibus, virgo Maria audiuit omnia ista de filio suo dici & fieri, videlicet quod secundum duas leges debeat mori, scilicet secundum legem naturae & scripturae, nec poterat euadere. Et haec audiens vertit faciem suam versus Iudaeos, O Iudaei inimici filij mei. Cur innocentem condemnatis? quid vobis malefecit, an est latro, aut proditor? Nam iterum appello ad legem gratiae postquam lex naturae & scripturae condemnant eum iniuste ad mortem. Et hoc quia lex gratiae est maior aliis legibus. Videamus ergo si secundum legem gratiae debeat mori an non. Assignentur iudices & scribae: videlicet quatuor euangelistae, Ioannes, Mattheus, Marcus, & Lucas. Consiliarij sunt vnde cum apostoli. Et assignentur aduocati, scilicet humilitas, & ex parte generis humani necessitas. Omnes isti congregati sunt vna voce simul concordantes, quia verum debet mori pro salute generis humani, atque hunc in modum Christum simul omnes allocuti sunt, Domine para quae sunt paranda, nam & appellatio Mariae nullum debet habere locum, quia melius est quod vnus moriatur pro populo, ne tanta gens pereat. Tu autem ille vnus es de consensu iudicum, consiliatorum & aduocatorum. Auditis his verbis coepit Iesus contristari, dicens, Ecce morior cum nihil horum fecerim. Sequitur nunc in passione, circa declarationem videnda sunt plura. Quomodo per inuidiam fuit vna prava congregatio contra Iesum. Quomodo per auaritiam fuit traditus Iudaeis per vnum de societate sua. Quomodo fuit captus per peruersam & iniquam gentem. Quomodo fuit accusatus falso & maledictus. Quomodo falsissime ad mortem iudicatus. Quomodo in cruce erubesceret fuit conclauius. Dico primo per inuidiam

Iudaeo

Iudaeorum fuit, &c. Vbi notandum est quod propter duo simpliciter Christo inuidebant. Primo quia opera virtuosa faciebat. Secundo quia populus eum honorabat. Contingit multoties, quod illi qui mala faciunt inuidenc illis qui bona faciunt. Et ideo Iudaei nolentes bona facere, inuidebant Christo bona facienti & opera virtuosa: quia talibus operibus trahebat populum ad se, & doctrina eius conuertebat ad Deum, punitio malorum est videre bonos. Dicebant ergo: Opprimamus eum, quia contrarius est operibus nostris. Hodie multi sunt tales. Si dimittimus eum, sic omnes in eum credent: videntur miracula caecorum, leproforum, claudorum & mortuorum. Vnde Ioan. 3. Nemo potest facere haec signa quae tu facis, &c. Sed inter alia miracula inuidebant caeci illuminationem, & Lazari suscitationem, & hoc fuit maximum miraculum & ita euident, vt non possent calumniari, cum plures interfuissent illi miraculo: quia iam quatuor diebus fuerat in tumulo. Erat autem nobilis genere & bene notus in Ierusalem: ideo multi venerunt ad eius obitum in Bethaniam, & cum vidissent tam grande miraculum turbati sunt valde & commoti, & sic patet quomodo inuidebant ei propter bona opera virtuosa. Inuidebant autem ei duplici inuidia, primo ex propria inuidia quae est displicentia de bono alterius, & hoc modo inuidebant Christo in corde eorum: quia populus eum valde diligebat, & propter opera ei reuerentiam portabat, vnde inuidebant. Secundo, alia inuidia inuidebant, scilicet cupiditate, qui valde cupiebant eum tenere, & ideo iusserunt vt vbicumque posset inueniri duceretur in Ierusalem: & haec est inuidia deceptorum. Vnde magister sententiarum lib. 3. distinctio. x. Per te inuidia filius Dei & Mariae nunc quaritur & condemnatur ad mortem, quae inuidia maledicta semper regnavit & adhuc regnat fortius. Crescebat eius fama multum propter miraculum eius: ideo commoti fecerunt consilium vt eum morti traderent. Nam postquam suscitauerat Lazarum, Iudaei assistentes abierunt Ierusalem, & narrauerunt id principibus sacerdotum: quo audito statim ac subito sabbatho ante dominicam de passione tenuerunt primum consilium. Secundum consilium octo dies post, scilicet sabbatho ante ramos. Tertium consilium fuit feria quarta post sequenti, & sic ter consilium tenuerunt: vnde plus peccauerunt quam si ex abrupto interfecissent eum. Principes ergo, pontifices & pha-

N N 4

rifexi aduersus Iesum consiliū fecerunt, dicētes: Quid faci-
mus? hic homo multa signa facit. Si sic dimittimus eū cre-
dent omnes in eū, qui simul dixerunt, videte quomodo po-
pulus eū sequitur. Veniēt enim Romani & tollent locū no-
strū, & gentē, timentes tēporalia perdere vitā æternam non
cognouerunt, & vtranq; perdiderūt. Tunc vnus nomine Cai-
phas pontifex anni illius, i. hoc anno quid facerent docuit
eos, & ait: Nescitis quid facitis. Expedi vobis vt vnus homo
moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Vbi notandū
est q̄ Caiphas illa verba sic intellexerat: Expedi vobis, id
est, expediens est vobis vt hic homo occidatur, & non tota
gens per eius doctrinā pereat. Vnde aliqui dicebāt: Demus
ei venenum in cibo & potu vt cito moriatur. Alij dicebant,
quæramus perditum aliquē & profigatum hominē cui da-
bimus pecuniā vt eum occidat: quia expedi vt moriatur,
aliter perdemus, locū nostrū & gentē. Vnde Chryl. Iste Cai-
phas prophetizabat mortem Christi vtilem esse: non q̄ in-
tentio eius esset q̄ morte Christi genus humanū redimere
tur, sed intendeat q̄ ipse occideretur ne à populo honora-
retur. Alij autem dicebant, venite occidamus eum vbi cun-
que poterimus eū inuenire nec curemus. Vnde Io. ro. Tu-
lerunt lapides vt iacerent in Iesum. Iesus autē abscondit se
& exiuit de tēplo, & fecit se inuisibilem: quia nondū vene-
rat hora eius. Vnde Orig. ait, q̄ ex verbis Caiphæ erant cō-
citati ad irā. Et ab illo die cogitauerunt quomodo interfici-
erent eum, quia erant in maxima ira contra eū & Lazarū,
eo q̄ plures conuertebantur ad Christū propter verba quæ
dicebat Lazarus de pœnis inferni quas viderat: & ideo Chri-
stum interficere volebant. Sciens autem Iesus inuidiam il-
lorū non palam ambulabat, sed abiit retro in desertū iuxta
ciuitatem quæ dicitur Ephren, ibiq; prædixit discipulis suis
mortē suam. Et stetit à sabbatho ante dominicā de passio-
ne vsq; ad sabbathum ante dominicā, & circuiuit istā regio-
nem prædicando & miracula faciendo. Vnde in itinere in
exitu de Ierico duos cæcos illuminauit, & decē leprosos sa-
nauit. Dederant pontifices tale consiliū & præceptum illis
qui veniebant ad diē Scenopēgiz, quod est festum quod Iu-
dæi celebrabant in memoriā expeditionis Aegyptiorum. Et
tale præceptum erat quodd si quis eum inueniret apprehen-
deret eū. Gl. ad occidēdū. Et statuerunt vt si quis confite-
retur Christum esse Deū, extra synagogam poneretur, & sic
videtur

videtur eorum inuidia. Secundo dico q̄ hīc notantur duo.
Primo magna auaritia Iudæ & cupiditas. Secundo de Iesu
sancta conditio. De primo sciendum est q̄ in sabbatho an-
te ramos venit Iesus in Bethaniā, vbi fuerat Lazarus susci-
tatus, & fecerunt ei cenā magnā in domo Simonis leprosi.
Non quod esset tunc leprosus, sed fuerat à Christo curatus.
Ministrabat autē Simon, & credebatur quod iret penes ma-
trem domini quæ tunc in Bethania morabatur. Lazarus &
alij discipuli Christi, quæ Iudæi qui venerant Ierusalem &
Lazarū suscitātū viderant, qui tunc erat in cenā & narra-
bat de pœnis inferni, & de statu sanctorū patrū qui erant in
limbo sustinebant. Et vt ait Aug. Nunquā postea risit eū
superuixerit decem annis post resurrectionē domini. Cū
autē esset in cenā, ecce mulier habens alabastrum vnguen-
ti pretiosi, & effudit super caput recubentis vnā partem, &
aliā supra pedes eius, & extersit capillis suis: quia sentie-
bat quod patiebatur aliquando dolorē, ideo fecit ad confortan-
dū. Queritur quare vngebat Iesum Christū? Respondeo
quod quatuor de causis. Prima quia Christus fessus erat ex
itinere intantum fortē, vt æstimabat quod comedere non
poterat, quod videns Magdalena vnxit eum. Secunda causa
est, quia terra erat calida & sicca, & ideo talibus vnguentis
vtebātur pauperes homines: & Christus erat pauper, & Ma-
gdalena erat diues. Tertia causa est, consuetudo Iudæorum
erat vngere caput & lauare pedes hominis solennis de lon-
ge venientis. Cū igitur sit rex & sacerdos debebat vngi.
Quarta causa est vt aduersus discumbentes excusaretur qui
nouerat eā peccatricem. Videns autē Iudas quod ex odore
vnguenti domus repleta esset, turbatus est eo quod tale vn-
guentum non peruenisset vsq; ad manus eius vt ipsum ven-
deret sicut solitus erat, & vt fur decimā partem reciperet,
cogitauit ex auaritia vendere Christū, vt recuperaretur ex
stimans in corde suo valorem: non potuit se continere sed
sub specie charitatis pauperū dixit: Vt quid perditio hæc?
poterat enim hoc vnguentū, &c. O Iudas proditor, fur, & la-
tro portabat omnia vxori & filiis quæ Christo dabantur &
murmurabat. Nam à peiori rota semper sunt iurgia mora.
Queritur quare Christus fecit Iudam procuratorē suū cū
iple sciret ipsum esse latronem? Respondet Aug. Vt daret
exēplum non reuelandi peccata occulta aliorū. Nullus scie-
bat Iudam esse latronem nisi ipse Christus. Secunda ratio,

vt daret occasionem emēdandi se: sed videns Christus quōd
 contra Magdalenam murmurabat excusauit eam quatuor
 modis. Primo dixit, quid molesti estis huic mulieri? Opus
 enim bonum operata est in me. Nota quōd Magdalena bis
 vixit corpus domini nostri Iesu Christi. Et primo in domo
 Simonis pharisæi, quando flens accessit ad pedes domini, &
 lauit eius pedes ex abūdantia lachrymarum, & capillis suis
 tergebat & osculabatur, & in hoc confitebatur suam diuini
 tatem pro quanto accessit ad eum, & dimisit ei tunc peccata
 sua. Secūdo vixit corpus Christi ante dominicā de ramis
 in domo Simonis leprosi, & ibi discipuli murmurabant de
 vnguēto increpando de charitate, & profundens vsq; ad pe-
 des. Dixit ergo Iesus: Opus est bonū operata est in me, &c.
 Videlicet opus confessionis fidei. Per primā vnctionem in-
 telligitur opus pietatis & deuotionis. Per secundam intelli-
 gitur compatiendo martyrium compunctionis mez. Secun-
 do modo excusauit Magdalenam dicens: Nam semper pau-
 peres habebitis. &c. Quasi dicat: Iuda ne murmures contra
 me sub specie pauperum: quia cito expedies te de me. Ter-
 tio modo excusauit Magdalenā, dicens: Mittens enim hæc
 vnguentū in corpus meū, ad sepeliendū me fecit. quasi di-
 cat: Cū ista mulier voluerit vngerere corpus meū in sepul-
 chro, non poterit: quia non permittā in resurrectione mea,
 sed nunc potest: ideo si nullum bonū mihi facitis, sinite aliis
 facere. Quarto modo excusauit eam, dicens: Vbicunq; fue-
 rit prædicatum hoc euangeliū in toto mundo dicetur quōd
 in memoriā mei fecit. quasi dicat: Rationabile est vt inte-
 rius factū propositum charitatis demonstraretur exterius: vt
 per totū mundū narretur laus suæ sanctitatis. Secundo vi-
 dendū est quomodo per auaritiā, &c. Primo notandū est q̄
 tribus diebus non poterat Iudas adimplere illud quod pro-
 posuerat, s. die dominica, & lunæ, & martis. Primo nō potuit
 dominica in ramis, quia Christus iuit de Bethania in Ieru-
 salem: & ibi fuit à vulgo honorificè receptus, dicens: Bene-
 dictus qui venit in nomine domini. Nota q̄ Christus iuit in
 tēplum vt nobis præberet exemplū ira faciendi, iuxta illud:
 Primū quærite regnū Dei, & inuenit euentes & vendentes,
 & eiecit eos cum flagello de funiculis, dicens: Domus mea,
 domus orationis vocabitur. Nota contra malè agentes in
 ecclesia & qui vendūt aliquando panem, &c. Vnde ibi præ-
 dicauit, & magna miracula fecit, & sic Iudas non potuit fa-
 cere

ere quod proposuerat. Cū autem sero esset factum non
 inuenit Christus qui daret ei in Ierusalem cyphum aquæ,
 quia inhibitū erat à principibus sacerdotū. ideo venit cum
 discipulis in Bethaniam ad comedendum in domo Marthæ
 vbi erat mater sua. Die lunæ reuertitur in Ierusalem. & cū
 esset in templo vt possent eum in aliquo reprehendere scri-
 bæ & pharisæi, adduxerunt ei mulierem in adulterio depre-
 hensam, dicentes: quid de ea esset faciendū. Dicebant enim
 intra se: Moyses præcepit talem lapidare: si eam dimitteret,
 contra præceptum faceret: si verò condemnaret contra mi-
 sericordiam quam prædicat faciet, & sic euadere non potest
 de manibus nostris. Iesus autem subridens scribebat digi-
 to in terra. Dicunt aliqui quōd illud quod scribebat dixit
 eis: Qui sine peccato est vestrum primus in eam lapidem
 mittat, id est, proiciat. Abeuntes autem vnus post alium exi-
 bant & remansit Iesus solus & dixit: Vbi sunt qui te nunc
 accusabant, quis te condēnauit? Et illa ait: Nemo domine,
 & ego te non condemnabo ait Christus, sed vade & noli
 amplius peccare. Multa alia signa fecit in illa die: & iterum
 famelicus reuersus est in Bethaniam in domo matris suæ: &
 sic Iudas non potuit aliquid facere. Dum autem fuit in Be-
 thania obuiauit matri suæ quæ cum expectabat ad cœnam,
 quam reuerenter salutauit: sed respondit mater cum lachry-
 mis, dicens: Qualis mihi potest dari consolatio fili mi, cū
 iam cogitem te mori? sciens q̄ Iudæi conuenerunt de die in
 diem te interficere: ideo fili mi digneris matrem tuam præ-
 sentia tui consolari. Cui Christus reuerenter respondit, &
 cōfortans eam dixit: Mater mea ego tanquā medicus sum,
 & genus humanum indiget medicina in hoc mundo: nunc
 ergo oportet me esse contra morbū medicinā, & sic dum ta-
 lia verba loqueretur vocantur ad cœnā: quia iam serotina
 erat. Die martis iterū bene manē reuertitur Ierusalē, & dum
 in templū intrauit tam sacerdotes quā alij mouerunt sibi
 tales quæstiones, credētes eū in disputatione vincere. Et pri-
 mō à principibus sacerdotū & senioribus populi quærenti-
 bus, qua potestare ciecerat vendentes & euentes de tēplo,
 & mensas numularias euerterat. Secundo ab Herodianis,
 quærentibus vtrū liceret dare tributū Cæsari, an non. Ter-
 tiō à Sadducæis, quærentibus de muliere quæ habuerat se-
 ptem viros, cuius deberet esse vxor in alio seculo. Quartō
 à Pharisæis, quærentibus de maiori præcepto legis. Quibus
 Christus

Christus omnibus ex toto imposuit silentiū per efficaciam summā rationum : & sic reuersus est cum discipulis suis ieiunus. Iudæis autem quærētibus eum cum lapidibus, &c. Nota, quòd quando prædicator prædicat cōtra vitia & extirpat illa, sunt plures qui insurgunt contra eum, quia sunt scabiosi. Et quia Christus propter multas occupationes tardauerat more solito venire ad domum Marthæ, mater eius Maria obuiam venit ei ieiuna sicut filius. Et quærit mater à discipulis quomodo Christus institerat disputationi per totam diem contra principes sacerdotum & seniores populi. Quomodo similiter voluerūt eum capere & cum lapidibus obruere, sed ipse abscondit se ab eis & exiuit de templo. Audiēs mater Iesu verba, percussa corde fuit, & ad pedes Christi tanquam mortua cecidit, nec poterat quicquam loqui filio suo. Sed eam dulciter confortans promisit ei Christus per totam diem sequentem secum manere. Ad cuius verba mater eius est reconciliata, & surrexit, & pariter venerunt in Bethaniam, vbi erat parata cœna in domo Marthæ. Die Mercurij sic ait Christus suam matrem confortans super martyrio passionis suæ. Et dicit mater filio suo: Nosti fili mi quia tu de me carnem tuam sumpsisti vt redimeres genus humanum, nec intendo fili mi impedire illam redemptionem: sed vnū peto. Non deneges fili mi. Ecce enim venter qui te portauit, pectus quod te lactauit, ecce mater quæ te cum diligentia custodiuit, & multos labores sustinuit propter dulcedinem tui amoris, propter Herodem fugi in Aegyptum, & in redeūdo breuiter per totum tempus quod fuisti in hoc mundo: absit fili mi, quòd in toto variari permittas quod de me scriptū est: Non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius: sic dispensa mysterium tuum fili mi, vt ita facias generis humani redemptionem: & quòd tamen ne sustineas matri tuæ dolorosam afflictionē. Quæro igitur vt vnū istorum quatuor facias fili mi. Primum, quòd sine tua passione redimas genus humanum. Secundum, quòd si mori te penitus oporteat, quòd mors sit sine dolore & afflictione. Tertium, si vis mori in tantis doloribus, saltem me mori primò permittas. Quartum, si mori prius me non permittas, fiat cor meum durum vt lapis, ita vt in me nulla sit cognitio tuæ mortis. Rogo te fili mi vnū istorum adimple, cum sit apud te possibile. Respondit filius matri suæ cum omni honore & reuerentia: Concedo mater quòd

quòd vtrūque istorū sit possibile mihi, verūtamen non mihi conueniens est nec scripturæ. Hoc prædixit Isa. 5. Tanquā ouis ad occisionem ductus est, & nō aperuit os suū. Peccata nostra ipse pertulit, & dolores nostros suo corpore ipse portauit. Ideo concedere non possum. Præterea nec secundum. Adam peccauit cū delectatione: quia oportet quòd moriar cū pœna & dolore. Nec tertium, quia volo seruare honorem debitū matri meæ: oporteret enim collocare spiritū tuum in limbo cū sanctis patribus, & expectare vsq; ad diē ascensionis antequam intrares in regnū cœlorū. Absit à me vt ista permittam de anima matris meæ: imò statim atque anima tua à corpore tuo separabitur, reducam eam corpori, & cū vtroq; simul in cōsortio angelorū suscipiā te iuxta dexterā meam, nec aliam tibi petitionem concedam, quòd, s. mater tantæ dilectionis non cōpateretur filio in tantis pœnis, sed conforteris mater: quia dolores quos sustinebis in morte mea, recompenfabuntur in morte tua: quia tunc dolore nec timorem senties, imò gaudiū & dulcorem. Tunc verificabitur de te illud Apoc. 22. Iam non erit amplius neq; luctus, neq; clamor, sed nec vllus dolor. Multa & alia loquebatur mater & filius illa die. Quia autem sicut consuetus fuerat non venerat tempestiue de manē in templum, crederūt principes sacerdotū quòd vellent fugere ad alias regiones, imò fecerūt concilium quomodo Iesum interficerent. Dicebāt autē: Non in die festo, ne fortē tumultus, &c. Magna cæcitas Iudæorū, timebant tumultū populi, nec timebant displicentiam Dei: & nihilominus futuro repleti consilium iniuerunt, vt eum non in festo occiderent: & per consequens grauius peccauerūt. Vnde Leo papa: Dicebant non in die festo, non vt populus non peccaret, sed ne Christus euaderet qui diligebatur à populo. Sicut circumstantiæ aggrauant peccata, scilicet tempus, locus, numerus, status, persona & ætas. Festa verò sunt instituta vt Deū laudemus, vt confitemur, vt ecclesias frequentemus, sed optimū est hodie: quia maiora peccata diebus festiuis permittuntur, quàm aliis diebus. Et tales sunt peiores Iudæis qui dicebāt non in die festo, &c. Videns autem Iudas quòd Iesus nominabat Hierusalem existimas fore tempus opportunum, timens ne diutius expectaret & non posset propositum adimplere, venit Hierusalem, & inuenit principes sacerdotum in atrio pōtificis qui dicebatur Caiphas, & intrauit ad eos sine

sine verecūdia, & dixit: Scio quid dicitis, quid vultis mihi dare, &c. O nequissime mercator Iuda: tu peruertis communem modum mercandi, tu nimis bonū forū facis. Dei enim bonitas nō potest imaginari, imō est infinita: tu ponis pretium in voluntate euentium: tu facis ad modum latronum qui desiderant expediti de furto & dant pro nihilo: tu promittis id quod nō est in potestate tua nisi ipse veller. O verbum totius nequitie qui tradis dominū tuum qui dedit tibi potestatem suscitandi mortuos & miracula faciendi & suum apostolum fecit, & ipsum tradis. Audientes Iudæi cōstituerunt ei 30. argenteos & spondit, i. promisit: & postquam fecit quærebat opportunitatem vt eum traderet: & hæc veditio fuit in die Mercurij, & multi in tali die abstinent ab escis carniū in memoriam venditionis Christi. Exemplum de transeunte per quoddam nemus, qui tota vita sua abstinerat à carnibus in die Mercurij in memoriā venditionis Christi, ibidem fuit interfectus à latronibus ipsō inuoluto in diuersis peccatis, & absciso capite caput ibat per nemus clamando confessionem: & ex diuina prouidentia aduenit sacerdos qui transibat per iter suum: & peccata omnia confessus est. Cui diū est quōd Deus talibus non permittit vt sine confessione moriantur, &c. Secundò, s. in die Iouis de mane discipuli ad Christum dixerunt: Vbi vis paremus tibi comedere pascha? Et ait Christus secretariis suis, s. Petro, Iacobo & Ioanni: Ibitis ad ciuitatem, s. Hierusalem, & statim habebitis hominem obuiam portantē vas aque plenum: sequimini eum, & intrantes domū domino illius hospitiij, dicitis: Magister dicit quōd ostendatis nobis locum secretum: quia in domo vestra vult manducare paschalem agnum cum discipulis suis: & ipse ostendet vobis cœnaculum grande stratum, & ibi parate cœnam. Et ecce tunc ad vesperam Iesus venit Hierusalem de Bethania cum discipulis suis, & intrauerunt domū secretē, & sederūt ad mensam, & in principio cœnæ dixit Iesus: Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscū antequam patiar. Comesto agno antequam cibaria deponerentur, surrexit à cœna & lauit pedes discipulorum suorū in signū puritatis & innocentie: quibus lotis iterum recubuit & consecrauit corpus suum de pane: & sanguinē suū de vino, & cōuocauit discipulos suos & Iudæa: & illis cōuocatis dixit: Dico vobis vnus vestrum hodie me traditurus est, non nominando: vt daret

nobis

nobis exemplū non reuelandi peccata aliena. Tunc cœperunt singuli dicere & se excusare, & valde turbati sunt, dicentes: Nūquid ego sum domine? Petrus erat iuxta dominum & quæsiuit quis esset ille: & dixit Ioanni: Quærat, s. quis est ille, & Ioannes dixit: Domine quis est qui te tradet? Cui Christus dixit: Cui intinctū panem porrexero, me tradet. Timuit Ioannes ne Christus sibi traderet. Igitur recubuit supra pectus domini: & Christus tradidit Iudæ, & continuo exiuit de mensa, & dixit ei Iesus: Quod facis fac citius. Putabāt apostoli q̄ loqueretur de aliquo ferculo ponendo super mensam, & tūc diabolus habuit maiore potestatem in Iuda quā ante, & ipse abiit ad principes sacerdotum vt clam haberent eū ad capiendū. Tunc dixit Iesus discipulis suis: Nunc clarificatus est filius hominis. Nunc est societas magis clara & mūda. Ratio est, quia Iudas erat totus tenebrosus & obscurabat totā societatem Christi: & nō expectauit gratias neque sermonem quem fecit Deus.

Nota de illis qui nolunt audire sermones, &c. Qui etiam non reddūt gratias de bonis à Deo sibi collatis, sed recedūt vt porci ad lutū. Cū igitur recessisset Iudas cœpit Iesus dulciter loqui discipulis, dicēs: Filij mei adhuc vobiscū modicū sum, sed recedam in breui à vobis: & quō ego vado non potestis venire: nec me modò sequi, sequemini autē postea. Intelligebat autē Iesus de munere passionis. Et Petrus resp. Domine quare nō possum te modò sequi? Ecce animā & vitam pro te pono, & quia Petrus multū audaciter loquebatur, nec sciebat illa quæ v̄tura erāt, dixit ei Iesus: Amē dico tibi, antequā gallus cāter bis, ter me negabis. Dixit ei Petrus: Domine si oportuerit me mori tecū, non te negabo, & non mētiebatur tunc Petrus: quia habebat propositū sic faciēdi. Nota quomodo aliquis nō debet esse presumptuosus. Quidā præsumit nō facere peccatū vel fecisse eū omnes sumus peccatores. Si enim facis vnū peccatū potes aliud facere. Petrus verò nō fuit semper cōstans. Et videtur Iesus ipsum in speciali vituperasse. Nā dicit discipulis suis: Amē dico vobis quōd vos scandalū patiemini in me in hac nocte. Scriptum verò est: Percutiam pastorem & dispergētur oves gregis. Et quia Petrus erat audacior in amore Christi quamuis postmodum inconstans dixit Christo: Etsi omnes scādalizati fuerint in te, paratus sum & in carcerem & mortem ire. Tunc dixit Iesus Petro: Simon, ecce sathan expet

expetiuit vos vt cribraret, id est ventilaret vt triticū, quasi diceret: Non confidas tantum de te: quia diabolus tentabit te & alios: & ille diabolus faciet vos exire à fide sicut triticū de cribro excutitur. Et debemus veraciter scire q̄ illa societas apostolorū fuit taliter excussa à diabolo, quòd ferè exierat à fide: nec vnquam reuersi fuissent nisi Christus orasset pro eis, & orauit ad exemplum nostrū quomodo debemus orare pro Christianis, vt ipsi vitāt in fide catholica & mali conuertantur ad fidem, vnde dicit Petro: *Rogavi pro te vt non deficiat fides tua, & aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Respondit ei Iesus: Et ego dico tibi, antequam gallus canteret bis, ter me negabis. Cū prædixisset Iesus Petro quòd eum negaturus erat, iterū aggreditur cōmunitatem apostolorū & dixit eis, quādo fui vobiscū corporaliter & misi vos sine pera, i. sine onere portationis & sacco, & baculo, nunquid aliquid defuit vobis? Dixerunt, non. Et tunc scitote q̄ superueniet persecutio: quia qui habet tunicā vendat eā & emat gladiū. Sed qualiter Christus dixerat eis q̄ haberent gladiū cū prohibuerat eis ne afferrent? Ratio est secundū Chry. Ad innuendum quòd cohors sacerdotum & cliētum armorum debebant venire super se ad capiendum eum, quod qui vellet se defendere haberet homines armatos ad resistendum. Responderūt discipuli, Domine ecce duo gladij. Quereretur hīc vbi acceperunt discipuli, responderetur secundū Chrysof. quòd Petrus audierat quòd Iudæi machinabantur malum aduersus Iesum, secundum Hieronymum, erant cultelli cum quibus Petrus diuiserat agnum paschalem. Finitis his verbis surrexit Christus de mensa & orauit pro collegio suo & eis omnibus bona facientibus, de quo dicitur, & hymno dicto exierunt in montem Oliuarum, & hoc de secūdo puncto principali. De tertio autem quomodo fuit captus, &c. sciendum est, quòd post hęc egressus est Iesus trans torrentem Cedron, & Iudas qui non erat in societate Christi, sed abierat ad principes sacerdotū, locū sciebat vbi Christus venerat cū discipulis suis, &c. quare Christus voluit intrare cāpū & ibi capi, triplex est ratio. Prima quia voluit satisfacere peccato primorū parentum, qui in paradiso terrestri peccauerant. Secunda ratio ad ostendendum q̄ nos non possumus venire ad delicias paradisi, nisi transeamus per torrentē præsentis vitæ. Tertia ratio vt nos doceret, quia sicut in horto fuit captus, sic & nos in hortis deliciar

deliciarū huius mundi sumus sæpè capti. Cū autē ad hortum conuississet cum discipulis suis assumpto Petro, Iacobo & Ioanne, alios dimisit per spatium modicum retro, & ait illis: *Sed te hīc donec vadam illic & orem, & auulsus est ab eis quasi iactū lapidis.* Ad ostēdendum quòd debemus orare secretē. Modus orandi fuit talis. Primò flexit genua, secundo faciem suam inclinauit, ad ostendendum humilitatē volētibus orare, quid autē sic orauit, responderetur, q̄ patrem, dicens: *Si possibile est transeat à me calix iste, i. tormentum istud.* Inquārum homo orabat timens mortem, videtur q̄ isto modo, dicendo, Pater si possibile est transeat à me calix iste, quòd Christus habuerit voluntatem contrariam voluntati patris sui: sciendum est q̄ quantū ad naturā humanam oratio Christi fuit, quia omnes sensus Christi exteriores passi sunt. Nam hęc oratio, Pater mi, non sufficiebat ad redemptionē. Ideo respondit, non sufficit fili mi, quia sicut Adam in suo peccato delectationem accepit, sic oportet te sustinere pœnā pro eo. vnde filius respondit: Pater volo pati famem, sitim, laborem, paupertatem, sed recuso mortem. pater respondit: fili mi, tu scis quòd Adam per peccatum suum cōdemnatus est in fine ad mortem cū tota eius posteritate, si ergo vis redimere genus humanū oportet te mori: vt vitā æternam hominibus acquiras: tunc filius respondit, Ex quo vis vt moriar, nūquid sufficit vt moriar morte natural? Pater respondit, q̄ si absque morbo corpus deponas & iterū resumas, & te viuētē ostendas, non crederetur tibi de resurrectione, quo modo de tua morte victoriam habueris nisi passus fueris illā? Filius respondet patri, Ex quo vis, fiat voluntas tua. respondet pater, Non refutes in hac ætate, vt delectatio maior appareat. Filius autem dicebat patri, Pater si vis non patiar in Ierusalem in cōspectu tanti populi. Sed in Nazareth vbi fui conceptus, vel in Bethleem vbi fui natus, vel in Ebron vbi Adam fuit sepultus. respondet pater, Fili mi imò patieris in Ierusalem & extra ciuitatem in loco qui dicitur Caluariz, quia virtus istius passionis est ad totum mundum diffundenda. Ideo debes mori in medio mundi iuxta illud, Operatus est salutem in medio terræ. Filius respondit patri, Fiat voluntas tua. Sed rogo vt habeam milites cōpatientes mihi, scilicet discipulos meos assistentes & consentientes. Tunc pater, fili mi quia passio tua debet esse in remedio multorum, ideo ab omnibus hominibus patieris;

videlicet à sacerdotibus , à principibus , à Iudæis masculis , à scæminis , ab amicis , ab inimicis , à Iuda traditore , à Petro negaberis & ab omnibus discipulis tuis relinqueris , sed solum à duobus latronibus associaberis & in medio collocaberis tanquã particeps in eodẽ crimine de maleficiis , & taliter relinqueris q̃ non habebis qui det tibi vnam guttam aquæ vt impleantur scripturæ , Ego sum vermis & non homo , opprobrium , &c. & similiter relinquent me proximi mei & qui me nouerunt recesserunt à me. Pater mi ex quo oēs me relinquent , relinquet me mater mea? Nequaquam , sed fortiter mori tecum erit voluntaria & parata. Ait Christus patri , Rogo te pater ipsam non esse præsentem , sufficit pro redemptione generis humani passio mea. Pater loquitur filio , Fili mi conuenit vt mater tua non sit absens à tui passione & morte propter sex rationes. Prima quia si sibi narretur passio tua morietur præ dolore , secunda ratio est vt ea præsentem disponas & eam alicui recomendes , tertia ratio est vt tua passio corporaliter visa cordi suo perpetuo maneat fixa , quarta ratio vt illi qui præsentem non erunt , possint ab ea informari citius de tua passione , quinta quia de sua tua caro est. Ideo nõ conuenit vnã sine alia pati , sexta ratio est in augmentum tuæ passionis quæ dicitur omnium maxima. Loquitur filius postea , Pater mi fiat voluntas tua non mea. Cũ Christus orasset reuersus est ad discipulos & inuenit eos dormientes , quia oculi eorũ erant grauati , & dicit Petro : *Simon dormis? Quæritur* quare citius redarguit Petrum q̃ alios. Ratio est , quia ipsum futurum pastorem prænuñtiabat. Et qui deberet vigilare pastor super gregẽ suum , tunc hortatus est ipsos , dicens , *Vigilate & orate* , &c. Et sequitur , *Spiritus promptus est* , &c. secundo iuit ad orandum , & facta oratione rediit ad ipsos & inuenit eos dormientes , sed nihil dixit eis : tertio reuersus ad orationẽ & factus est in agonia prolixius orans , & factus est sanguis sudor vt aqua. Et tunc secundũ Lucam , Angelus de cælo apparuit confortans eum quamuis non indigeret , sed ad demonstrandum q̃ personã in oratione stantem angelus visitat. Quæritur quare ter orauit , responderetur ad ostendendum q̃ debemus orare pro peccatis præteritis , præsentibus & futuris , vt habeamus contra ea cautelam. Postea venit ad discipulos & dicit illis , *Dormite iam & requiescite* , quasi dicat , si essetis fideles amici non deberetis dormire. Dico autem vobis quod Iudas non dor-

mit.

mit. *Ecce appropinquat qui me tradit , adhuc eo loquente , Ecce Iudas Scarioth & cum eo clientes & Herodiam* , &c.

Nota q̃ Iudas adduxit secũ clientes brachij secularis & ecclesiæ ne Christus posset euadere , timebat enim Iudas q̃ si solum vnam iustitiam cepisset , alia Christũ iuuaret. Ideo ne posset euadere vtramque iustitiam adduxit. Dederat autem signum , dicens , *Quemcumque osculatus fuero* , &c. *Iesus autem sciens omnia quæ ventura erant super eum processit & dixit eis , Quem queritis? Iesum Nazarenum* , *Dixit eis Iesus , Ego sum* . & audito hoc nomine ceciderunt retrorsum . Iterum eos interrogauit , *Quem queritis? Iesum Nazarenum* , &c. *Dixi vobis quia ego sum , si ergo me queritis sinite hos abire* , & tunc Iudas salutauit eum dicens : Aue rabbi , & osculatus est eum dicẽs , Amice ad quid venisti? Dicunt aliqui quod ratio quare Iudas dedit signa eis fuit , ne caperetur Iacobus minor , quia similis erat Christo , & dicit Iesus : Iuda osculo filium hominis tradidit? Tunc accesserunt & manus iniecerunt in Iesum . Petrus autem eos videns exemit gladium & amputauit auriculam serui pontificis cuius nomen Malchus . Nota q̃ Petrus percussit , id est papa , episcopus & cæteri prælati ecclesiæ habent iurisdictionem quantum ad hoc , quia percutiunt Malchum , id est rebelles , inobedientes , incorrigibiles , & possunt , quia data est eis potestas separare eos ab ecclesia q̃ ipsi non possunt audire diuinum seruitiũ quod pertinet ad aurem dextram , scilicet animã , quia homo primo quo ad fructum & suffragia generalia separatur siue in vita siue post mortem . ii . q . 3 . quicunq; excommunicatio separatur à Deo 24 . q . 3 . Certum . Excommunicatio dicitur extra communionem ecclesiæ separatio . ii . q . 3 . Nihil excommunicato ad salutem & correctionem ordinatur . 24 . q . 3 . Notandum est , tunc Iesus dixit Petro , *Mitte gladium in locũ suũ* , omnis enim qui accipit gladium , gladio peribit : hoc est intelligendum iniuste capiẽdo , & sanauit auriculam Malchi , & dixit Iesus , *Tanquam ad latronem* , &c. tunc discipuli relicto eo , &c. Heu non dimiserant eum in cœna in prosperitate , sed in necessitate , erant enim amici in mensa , & sic fides extincta est in eis : quare hodie in officio omnes candelæ extinguuntur præter vnam : ad ostendendum quod sola fides remansit in virgine Maria . Postquam autem fuit captus primo duxerunt ad Annam qui fuerat pontifex in anno præcedenti , vnde ex cupiditate officii pontificis annuatim vendebatur & emebatur .

Videns autē Ioannes ꝓ Christus ducebatur ad domū Annę ipse cū Petro sequebatur eum à longē vt viderent finem. Ideo cū Ioannes esset notus pontifici intrauit domum. Et quō erat Ioannes notus cū ita pauper esset? Respōdetur ꝓ pater Ioannis erat piscator, vt ait Chryf. & cū Ioannes esset puer, pater eius mittebat pisces per Ioannē. Ideo ancilla quando vidit Ioannē dixit, Vis intrare? Qui dixit, ita, sed rogo te vt dimittas intrare socium meum, s. Petrum. Quem vidēs ancilla dixit, Nūquid ex discipulis es hominis istius? Ipse timuit ne caperetur, dicens, Non sum. Chryf. O Petre nunquid dixisti, Et si oportuerit me mori tecum. &c. Si vir interrogasset te, tu debuisses aliquo modo excusari, sed quia vna ancilla, non es excusatus. O qualis pugil tu esses, cū ad interrogationem vnus mulieris tu miserimē negas magistrum tuum. Sed videte quomodo saepe ab vtroq; patiebatur. Iterum post modicum vidit Petrū quādam alia ancilla, & dixit astantibus: Nōne hic cum Iesu Nazareno erat? Et ille negauit cum iuramēto, quia non noui hominē, & erat iuxta ignē calefaciens se. Et tunc Annas interrogauit Iesum de duobus, s. de doctrina & discipulis suis. Primo de doctrina, quia non suffecisset de doctrina Moyfi, dicens, Videtur tibi ꝓ sis sapientior deo & Moyse, tu prædicas nouas leges. Secundo tu facis te capitaneū gentiū, voluisti habere duodecim apostolos sicut duodecim patriarchas, 72. scipulos sicut mundus fuit diuisus in septuaginta duabus linguis, quare hoc facis? Dicas mihi ad primam quæstionē. Respondet Christus cum humilitate de doctrina sua, Ego palā locutus sum mundo, interroga eos qui me, &c. Et cū dixisset vnus ministrorum pontificis (dicunt quidam ꝓ fuit Malchus, cui Christus aurem sanauerat) dedit alapam Iesu, dicens, Sic respondes pontifici? & proiecit eum ad terram, qui creatus dulciter dixit: Si malē locutus sum, testimoniū perhibe de malo, si autem bene, cur me cædis? Vidēs autem Petrus ꝓ Christus sic patiebatur incepit flere. Tunc dixerunt illi, & tu ex illis es. Tunc Petrus nō solū negauit, sed anathematizauit & iurauit dicens, Ad malā damnationem veniam, si ego vnquā noui eū, & statim gallus cantauit, & Christus vertens se ad Petrum respexit, quasi dicens, Petre tu me negasti, & recordatus est Petrus verbi Iesu quod dixerat, & egressus foras fleuit amarē. Dicit magister sententiarum ꝓ intrauit in quoddam monumentum, dicens se nun

nunquam exiturū, donec Christus parceret ei. Ideo reuelauit sibi angelus in die resurrectionis, ꝓ Christus remiserat sibi peccatum. Ab illa hora tunc portauit semper sudarium cum quo sibi tergeret oculos: quia semper & flebat quando audiebat gallū cantare. Videns igitur Annas ꝓ nihil contra Christū inueniebat, misit eum ad Caiphā. Dicit Beda ꝓ posuerunt catenam in collo eius, & trahebāt eum cū impetu magno, & tamen repperunt eum innocentem & adduxerūt eum vinctum, & dum esset in domo Caiphæ vbi erāt omnes pharisæi nobiles legis sacerdotes clamauerunt simul dicens: Quoties diffamasti nos in sermonibus tuis corā populo? O deceptor populi qui tanta mala fecisti nobis: modō te nemus te. Et quærebant aduersus eū falsum testimoniū, vt eum morti traderent, & non inuenerunt. Nouissimē autem venerunt duo falsi testes dicentes, Hic dicit, Possum destruere templum Dei, & in triduo reedificare illud. Et bene falsi erant, quia hoc dicebat de templo corporis sui, & quod deberet tertia die resurgere, & Iesus non respondit vt audiuit. Tunc dixit Caiphās: Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? & non respondit vt admiraretur præses vehementer. Et dixit ei, Adiuro te per deum vt dicas nobis si tu es, &c. Et tūc propter reuerentiā nominis domini respōdit: Tu dixisti, verū est quia ego Messias sum, filius dei & saluator mundi. A modo videbitis filiū hominis venientē in nubibus cœli & sedentē à dextris dei, s. in extremo iudicio. Quo audito Caiphās in signū tristitiæ scidit vestimenta sua, dicens, Audistis blasphemiam? quid adhuc egemus testibus? quid vobis videtur? Et dixerūt, Reus est mortis. Quē apprehenderunt Leuitæ & sacerdotes, & eū super cathedrā sedere fecerūt, & in faciē suā dulcissimā expuerūt, ita ꝓ vix eū videre quis poterat. Secundo velauerunt faciē eius percutientes eū, dicentes, Quis est qui te percussit? Tertio alij trahebāt sibi barbā, & dicunt quidā quod nunquā fecerat radere. Postquā autem sic fuit tractus tota nocte, quia erāt fatigati magnis doloribus quos ei fecerant, voluerunt modicū quiescere in aurora. Idcirco ligatis manibus retrorsum posuerunt eū in foueā quandā vbi fæces coquinæ descēdebāt, & ibi fuit vsq; ad primam, & hæc de tertio principali. Quarto dixi quō accusatus falsiter, &c. Vbi notādum quōd manē tanquam latronem duxerūt eum ad Pilatum & dixerunt Pilato, Ecce ponimus hominē istum in manibus tuis

tanquã reum crudelissimã mortis:quem apprehenderũt sã
 cerdotes legis & Leuitã, & omnes seniores populi dicẽtes:
 Moriatur morte turpissima homo iste. Videns autem Iudas
 qualiter sic tractabatur retulit triginta argenteos, dicens:
 Peccãui tradens sanguinẽ iustum. Nota de penitẽtia Iudẽ,
 nõ fuit ex cõtritione: quia fuisset sibi salutifera, sed fuit ex
 erubescẽtia & confusione. Qui dixerunt, Quid ad nos? si tu
 fecisti fatuitatẽ tuam, bibe illam. Ille autẽ vidẽs se derisum
 proiecit triginta argenteos ante conspectum principum, a-
 biit & laqueo se suspendit. Et in hoc plus offendit Christũ
 quã quando eum vendidit, & tunc crepuit medius & dif-
 fusa sunt viscera eius. Non enim erat digna anima exire per
 os quod tetigerat Christum. O si Iudas restituit pecuniã ma-
 lẽ acquirãtam: quomodo vsurarius tenet vsurã & simonia-
 cus prãbẽdam? Certẽ peiores sunt Iuda. Et quãdo Christus
 ad inferos descẽdit, infernus & diabolus ea quã iniustẽ de-
 rinebant, reddiderunt, quod tamẽ nolũt isti facere. Tunc Iu-
 dãi accipiẽtes pecuniã dixerũt: Non licet eã mittere in cor-
 banã, quia pretiũ sanguinis est. Sed erit in repositorio obla-
 tionũ. Et de ista pecunia emerunt agrum figuli cuiusdã ho-
 minis sic nominati vt facerẽt sepulturam peregrinorũ: quia
 non habebãt sepulchrũ. Et vocatur ager ille Aeldama, hoc
 est ager sanguinis: Iesus autem stabat ante prãsidem liga-
 tus. Videns autem Pilatus Christum sic ligatum, quod erat
 signũ hominis condemnati secundũ ritum & vsũ Roma-
 norum, ait: Quam accusationẽ affertis aduersus hominem
 hũc? Dixerũt, Si non esset malefactor nõ tibi tradidissemus
 eum. Credebat Pilatus q̃ Christus fecisset aliquid cõtra le-
 gem Moyfi propter quod deberet verberari. Ideo dixit. Ac-
 cipite eũ vos & secundũ legem, &c. Et dixerunt: Non licet
 nobis interficere quenquam, s. in die festo: quia in potestate
 Romanorum erant omnes, propter quod non possent ali-
 quem occidere. Intelligens autem Pilatus q̃ Iudãi volebãt
 eum occidere, quãsiuit causam suã mortis. At illi dixerunt
 q̃ propter tria erat reus mortis. Primo quia nos inuenimus
 eum subuertentẽ legẽ nostrã & dicentem se esse filiũ Dei:
 propter quod secundũ legem nostrã debet mori. Secundo
 quia tributũ prohibuit dari Cæsari. Tertio quia dixit se esse
 regem, & omnis qui dicit se esse regem contradicit Cæsari.
 De primo nõ curauit Pilatus, quia sciebat q̃ mentiebãtur.
 De secundo sciebat oppositum. De tercio interrogauit eum
 dicens

dicẽs ad partẽ: Es tu rex Iudæorum? Dixit Iesus: A temetipso
 dicis, an scis ab alio? q. d. Si hoc dicis de te vindicas senten-
 tiã, rebellionẽ meã. Si autẽ ab aliis habuisti, fac ordinariam
 informationem. Respondit Pilatus: Nunquid ego Iudæus
 sum? Gẽs tua & pontifices tui tradiderũt te mihi. Quid feci-
 sti? q. d. Videtur q̃ sis in aliquo culpabilis. Dixit ei Iesus: Re-
 gnũ meũ non est de hoc mũdo, &c. Tũc Pilatus fecit con-
 sequentiã, ergo rex es tu: sed eam malẽ intellexit. Et Chri-
 stus respondit: Tu dicis quia rex sum ego. Ego enim natus
 sum in hoc mũdo, vt perhibeam testimoniũ veritati. Respõ-
 dit Pilatus: quid est veritas? Et cũ hoc dixisset iterũ exi-
 uit ad Iudæos & dixit eis: Ego in eo nullam causam mortis
 inuenio. Est autem consuetudo in paschate vobis dare vin-
 ctum ad voluntatẽ vestrã. Est vnus homicida in carceribus
 nostris qui dicitur Barabbas: quẽ dimittã vobis de duobus
 istis Barabbam, an Iesum qui vocatur Christus? Clamaue-
 runt omnes contra eum: Non hunc sed Barabbã. Videns au-
 tem Pilatus q̃ non poterat eum liberare petiit ab eis: Quid
 igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus, cũ nullam cau-
 sam mortis in eo inuenio? Tunc inceperunt aggrauare pri-
 mam accusationem dicentes: Conuertit populũ à Galilæa,
 vsq; huc: vt autẽ audiuit Pilatus q̃ Galilæus esset, misit eum
 ad Herodem qui erat tũc temporis Ierusalem, qui multum
 cupiebat illum videre: quia de eo multa audierat, sed in prẽ-
 sentia Herodis nihil respondit, nec aliquod signũ fecit: vi-
 dens autem q̃ nihil faciebat nec loquebatur, reputauit eum
 fatuũ, & fecit eum indui veste alba sicut fatuum, & remisit
 illum ad Pilatũ, & die illa facti sunt amici Herodes & Pila-
 tus. Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotũ dixit
 ad illos: Vos obrulistis mihi hominem hunc quasi subuert-
 tentem legem. Interrogauit eum, sed nullam causam mortis
 inuenio neq; Herodes. Et volens eum liberare de manibus
 eorum emendatũ illum dimisit, tradidit militibus qui pro-
 pter hoc recipiebant pecuniam, & exuentes eum ligauerũt
 ad columnam & funiculis nodosis vsq; ad sanguinis effu-
 sionem flagellauerũt, & postea veste purpurea eum circũde-
 derunt. Et plectentes coronam spineam imposuerunt capi-
 ti eius, & in manu baculum arundineum pro sceptro, & de-
 risoriẽ ante flexis genibus veniebant, dicentes, Ave rex Iu-
 dæorum: dabant ei alapas expuentes in eum. Cũ autem sic
 eum verberassent crudeliter, Pilatus fecit eum adducere

foras & dixit, Ecce homo: credo quod regem vestrum non se pre-
sumere facere volebat. Querebat autem Pilatus eum
liberare. Tunc omnes clamauerunt cum imperu, Tolle tolle,
crucifige eum. Dixit eis Pilatus Regem vestrum crucifigam?
O generatio praua & peruersa es quae non habes compas-
sionem de rege tuo: vnde dicit Aug. quod cor Pilati non pote-
rat euelli quin Christus esset rex Iudaeorum: tunc dixerunt:
Non habemus regem nisi Caesarem, si hunc dimittis non es
amicus Caesaris, id est, si tu non condemnas eum ad mortem
mandabimus Caesari. Timens autem Pilatus perdere offi-
cium suum videns quod eum liberare non poterat, fecit appor-
tare aquam & lauit manus suas, dicens: Innocens ego sum a
sanguine huius iusti: tunc dixerunt: Sanguis eius super nos
& super filios nostros. Et sedit pro tribunali & dixit: Ego Pi-
latus praepositus in Ierusalem iudico te Iesum Nazarenum,
quia regem te fecisti, filium Dei te nominasti, seditionem in
populo concitasti: ideo iuxta decreta principum Romanorum
te praecipio cruci affigi & eleuari ut moriaris. Et data sen-
tentia a Pilato. Baiulans sibi crucem. Non dicit baiulans, quia
crux erat quindecim pedum, ipse recepit & vexatus non pote-
rat pedem pedi praepone: quia nec comederat nec biberat,
sed die ac nocte innumerabilia tormenta sustinuerat. Quod
videns gloriosa virgo cum lachrymis & gemitibus venit ad
eum ut ipsum iuaret. & quidam scutra contra pectus gloriosis-
simae virginis Mariae ita fortiter percussit, quod eam ad terram
proiecit, & subito ille ut dicunt aliqui non amplius visus est
ab illa hora. Quia vero non cito ibat fecerunt portare crucem
vsque ad locum Caluariae, & multae sanctae mulieres eum se-
quebantur stantes, quibus Christus dixit: Filiae Ierusalem non
lite flere super me, sed super vos ipsas stete, quia dies ve-
nient. Tempore Vespasiani & Titi in destructione Ierusa-
lem, & tunc dabunt triginta Iudaeos pro vno denario. Quan-
do venerunt ad locum Caluariae spoliauerunt eum nudum
& extenderunt eum super crucem, & affixerunt vnam man-
um ex vna parte, & pro maiore dolore eius fregerunt cuspi-
des clauorum. Et quando Christus fuit extensus supra crucem
in terra crucifigitur, virgo Maria cum audiuit ictus martelli,
dixit: O misera, nunc gladius intrat cor meum, de quo prophe-
tauit Simeon Luc. 2. Et tuam ipsius animam pertranstibit gla-
dius, & Iesum sic denudatum extenderunt super crucem &
clauum in profundo palmae vnus fixerunt. Et aliud brachium
fortiter

fortiter traxerunt ut os & venae rumpentur, & omnia appa-
rent ossa iuxta illud Psalmi. Dinumerauerunt omnia ossa, &c.
& ita cum clauo perforauerunt. Postea cancellatis crucibus
vtrunque pedem sub vno clauo perforauerunt & crucem le-
uauerunt in er duos latrones, quasi princeps esset latronum,
& certe congrue est, quia pro peccatoribus moritur. Videte
latitudinem magnae fiduciae, nisi vellet nos recipere non tan-
tum extendisset brachia sua, & quando crux fuit eleuata tunc
beata virgo vidit filium suum & venit ad pedes crucis & ce-
cidit in terram, dicens, O dies doloris. O dies tristitiae. Et
guttae sanguinis filij sui cadebant super caput eius, & Chri-
stus videns matrem suam plus dolebat de ea quam de pas-
sione sua, & ut mors illius melius appareret cum eo crucifixe-
runt duos latrones vnum ad dexteram & alium ad sinistra.
Norandum quod quando quis ita confusibiliter moriebatur erat
consuetudo Iudaeorum, ut causam mortis suae scriberet, ita
ut ab omnibus transeuntibus legeretur, & ideo Pilatus ad
se excusandum & Christum decidendum affixit tabulam de
oliua in qua scriptum erat, Iesus Nazarenus rex Iudaeorum,
& ut multi diuersarum linguarum possent intelligere, scri-
ptum erat Hebraice, Graece, & Latine. & licet Pilatus posue-
rit istam tabulam in derisionem, & causae mortis Christi osten-
sionem, tamen monstrabat quod male iudicauerat eum pro-
pter haec quatuor quae scripsit. Primum quia Iesus idem est
quod saluator. Secundum verbum Nazarenus idem est quod
floridus. Tertium verbum est rex. Aliquis liberatur pro-
pter nobilitatem, sed Christus erat nobilissimus, &c. Quar-
tum verbum est Iudaeorum, nam aliquis liberatur ratione af-
finitatis, sed Christus fuit Iudaeus & de genere regali, igitur.
Hunc igitur titulum multi legerunt, quia prope ciuitatem
erat locus vbi est crucifixus Christus. Videntes autem pon-
tifices, dixerunt Pilato, Noli scribere rex Iudaeorum, sed quia
ipse dixit: rex sum Iudaeorum. Respondit Pilatus, Quod scri-
psi scripsi. Milites crucifixerunt eum & acceperunt vestimen-
ta sua, & fecerunt quatuor partes vnicuique partem, &c. Et
tunica erat inconsutilis de super contexta per totum. Et di-
cunt aliqui quod beata virgo Maria ei fecerat dum erat puer. Et
cum cresceret crescebat indumentum ad quantitatem cor-
poris, & de hac veste dixerunt: Non scindamus eam, &c. ut
adimpleretur scriptura, dicens: Partiti sunt vestimenta, & su-
per vestem meam miserunt sortem. Et nota luserunt ad ra-

xillos. Alij prætereuntes blasphemabāt eum, dicentes, Vah qui destruis templum Dei, &c. & in triduo, &c. Si tu es, &c. Sed noluit descendere de cruce, quia sciebat hoc esse ex instinctu diaboli, quia secundum gl. erat super brachia crucis, vt si esset defectus in eo. Heu quomodo debemus timere in morte, dicentes, Alios saluos facit, seipsum autem non potest saluare: Quartò à latrone nequissimo pendente in cruce, dicēte, Si tu es Christus saluū te fac & nos. hoc autem dicebat de sanitate & salute corporis, sed non animæ. Alius latro bonus & cognoscens culpam suam increpabat alium, dicens: Neq; tu times Deum qui in eadem damnatione es? Nos quidem iustè digna factis recipimus: iste autè nihil mali fecit, & conuersus ad Christum recepit contritionem integram & fidem. O quàm durū cor qui nō haberet contritionem: tūc dixit latro cum magna fide & cognitione: Domine memēto mei dum veneris, &c. & cum sic tu magno & contritione magna, dicit: Domine non dico q̄ ponas me nunc in paradiso, quia non sum dignus, sed quando ero in purgatorio & ibi fuerim vsq; in diem iudicij tūc memento mei. Ad quem Christus, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Nunc videte q̄ ad modicam petitionem dedit ei paradisum. Tunc virgo Maria ait: O fili mi latroni loquimini & mihi nō, qui sum mater tua. O fili dic aliquid mihi, & non cognoscis matrem tuam? moriar ego tecum. tunc Christus voluit eam consolari & sibi dixit, Mulier ecce filius tuus, & postea dicit Ioanni: Ecce mater tua, id est, seruiet ei & honora eam. Et qualis est consolatio ista, habere filium piscatoris pro filio creatoris? O fili mi modò impleta est prophetia Simeonis, vt supra, tunc Christus orauit: Pater dimitte illis, quia nesciunt, &c. quod videns virgo Maria oculis eleuatis vidit filium suū sanguinolentum, & recipiebat guttas sanguinis filij sui super caput suū. O fili mi tu oras pro persecutoribus tuis, quibus tanta bona fecisti in deserto, aquam de petra aduasti, & nūc sanguinē tuū effundūt super terram & super dolorosam matrē tuam. tūc Christus incepit dicere, Eli eli Lamma sabachtani, quod interpretatur, &c. vel q. d. derelictus sum à discipulis & parentibus meis. Deinde quasi hora nona clamauit voce magna, dicens, Sitio. O domine quid sitis? Certè sitio redemptionem hominis & salutem. De siti clamat & de cruce tacet.

Tunc

Tunc acceperunt acetum hyssopo imponentes, & posuerūt vinum cum felle mixtū vt maius fieret venenū & vt creparer, & acetū per totum corpus diffunderetur, cum gustasset noluit bibere: vnde impletū est illud Psal. In siti mea potauerunt me aceto. Consuetudo Iudæorum erat, quando quis morte crucis puniretur, aliquæ bonæ doming faciebant sibi poculum de optimo vino vt minus sentiret dolorem, hanc consuetudinē seruauerunt Christo, sed milites vt glutones illud biberunt, & loco illius dederunt vinum amarissimum. Tunc ait Christus: Cōsummatum est, s. opus redemptionis humanæ naturæ. Et virgo Maria: O fili mi, nunc cōsummatæ sunt tribulationes meæ: completi sunt dolores mei, nunc vidua sum de filio meo, perdidit consolationem meam, gaudium meum & Deum meū. Et tunc Christus clamauit voce magna, dicens: In manus tuas domine, &c. Et inclinato capite vale dicens matri suæ, q. d. Mater mea domino te commendo. Et sic emisit spiritū: vide si potest plus facere pro te aut maius? Dilexit te vsque ad mortem charissimam. Nunc igitur cognosce misera creatura quantum sibi obligaris, & age sibi gratias de tāto beneficio. Et ait virgo Maria: O misera, ô dolorosa. Modò sum vidua de filio meo. O modò quid faciā, volebam portare velum albū, modò portabo nigrum: quia perdidit consolationem. Mirum fuit quòd virgo Maria non crepuit præ tristitia, & cecidit ad terram quasi mortua. O cogitate bonæ gētes qualis dolor fuit beatę virginis Mariæ. Nunc in ea impletum est illud Thren. O vos omnes qui transitis per viam, videte si est dolor, sicut dolor meus, i. super terrā, credo quòd non. Sed secutæ sunt statim consolationes ibidem. quia sol dimisit vestes albas & indutus est de nigro cum beata virgine: quia tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, vsque ad horam nonam per tres horas. Nunc elementa compatiuntur suo creatori, ad designandū q̄ sol iustitiæ moritur. Petræ scissæ sunt, terra mota, & multa corpora sanctorū quæ dormierant, surrexerunt & venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Et velum templi scissum est à summo vsque deorsum. Et Centurio conuersus est ad fidem Christi, dicens: Verè filius Dei erat iste. Et turbæ reuertentes percutiebant pectora sua: & isti fructus passionis consolabantur beatam virginem: quia cōuertebantur ad fidem sui filij. Erāt enim quatuor mulieres, scilicet Maria Magdalene, Cleophe, Maria Iacobi,

Jacobi & Salome, & multæ mulieres quæ venerant de Galilæa cū Christo ministrantes, quæ consolabantur virginem Mariam, quæuis vberimè flerent. Iudæi autem ne corpus Christi aut aliorum remanerēt super crucem in sabbatho, quia dies solennis erat, rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorū crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites & frugerunt eorum crura: cū autem venissent ad Iesum, non frugerunt eius crura: vt verificaretur illud Exo. 23. Os non comminuetis eo eo. Sed Iudæi venerunt ad Christum, dicentes: Iste traditor non est mortuus sed fingit se, percutiatis eum, certè dixerunt ipsi, nō faciemus. Tunc quidā miles dicit, Ho, ho expectetis modicū. Si nō est mortuus ille proditor, ego bene faciam eum mori. Ducatis me ad eū dixit, quia cæcus erat: & duxerunt eum ad crucem & lancea aperuit latus eius, & cōtinuo exiuit sanguis & aqua clarissima. Magnum miraculum quod de vno homine mortuo qui in vita perdidit totū sanguinem quod in morte exiret sanguis purus & aqua clarissima, fons viuus, riuulus & alue⁹ aquæ, & modica gutta sanguinis quæ cecidit super oculos Lōgini restituit visum, siue reparauit: qui vbi vidit cōuersus est ad fidem Christi. Quod videns virgo Maria fuit valde desolata dolore quē habuerat de filio suo: tunc Ioseph ab Arimathea nobilis decurio, qui erat notus in curia Pilati petiit corpus Iesu Pilato, dicens: Domine ego feci vobis tot seruitia, peto à vobis vnā gratiā vt detis mihi corpus Iesu: & Pilatus dubitabat an iam obiisset, qui dixit ei: Iam mortuus est? & ait illi: Ita domine. Dixit Pilatus: Ite ergo secundum exercitū Centurionis, scilicet capitanei, & cum eo centum hominum armatorū venit coram Pilato, dicēs: O maledicta hora & dies in qua natus sum, & quare non sum mortuus. Dixit ei Pilatus: Quid habes tu? Ait ille, & domine nōne vidistis quomodo sol obscuratus est, & nūquid audistis terræ motū? Postea dixit Pilatus, & ego maledictus protuli sententiam mortis contra saluatorem meū & mundi, & contra filiū Dei. O maledicta mater quæ portauit me: quia tuli sententiam de meo creatore. Et sic venerūt Ioseph & Nicodemus & deposuerūt eum de cruce ponentes in sepulchro & cantantes: In exitu Israel de Aegypto domus Iacob, &c. Et quando fuit depositum corpus de cruce, virgo Maria osculabatur membra Christi, dicens: O manus quæ creasti mundum, &c. quomodo maledicti Iudæi te perforauerunt, & sic de aliis

de aliis membris. Et quando ad latus domini aspexit, dixit: O bonæ gentes, dicit virgo Maria, clamādo fortiter: Venite, venite ad portam paradisi. Ecce porta per quam clausa est porta inferni, & apta est porta paradisi, venite & intrate. Tunc posuerūt eum in sepulchro nouo incisum in lapide inuolutū in sindone alba de lino. Est enim sindon pānus lineus albus in quo fuit sepultus. Ideo corporalia debent esse alba & munda de lino. Quo sepulto virgo Maria volebat secū manere vsque ad resurrectionē, sed tādē Maria Magdalena reduxit eam ad ciuitatem Hierusalem. Dicebāt autem gentes: O benedicta quæ de tanto alto castro cecidisti: dicebat Maria: O bonæ gētes vos non noscitis, quia perdididi gaudium meum. Et quando ingressa est domum incepit flere & dicere: O fili mi, ego non comedam neque bibam quousque videam vos. Ita quod nisi fuisset spes resurrectionis crepuisset virgo Maria millestes. Ecce sepelitio corporis domini nostri Iesu Christi, & cōpleta est prophetia: Radix Iesse qui stas in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur & erit sepulchrū eius gloriosum. Isa. 40. Iesse erat pater David, & Christus erat per creationem, ergo Christus passus est pro nobis saluandis.

Finis Passionis secundum legem.

DOMINICA PASCHAE,

ENARRATIO XCV.

Surrexit, non est hic.

Marci ultimo.

IN summa Euang. duo innuuntur. Primò, mulierum seruens dilectio. Secūddò, resurrectionis Christi euidens approbatio. Primum, ibi: *Nolite exspauescere*. Secundum, ibi: *Et respicientes viderunt, &c.* Primo dixi innuitur mulierum seruens dilectio. Illa patet in tribus. Primo in obsequij assiduitate. Secundo in temporis maturitate. Tertio in animi virilitate. De primo dicitur Pro. 17. *Omni tempore diligit qui amicus est, s. verus & fidelis, s. in vita, in morte, & post mortem.* Sic & istæ mulieres in vita sequebantur Christum, ipsi, s. ministrantes. Matth. 27. In morte, s. ex tempore passionis erant illi compatientes. Luc. 23. Post mortem autē quærebāt eum vngete volentes. Sequebatur enim eum crebra multitudo mulierum ei ministrantium: vt ex textu euangelistarū colligitur, & maximè passionis tempore deplangentium eum: inter quas erant illæ tres Mariæ: de quibus Marc. 15. quæ cemen

ementes aromata post mortem eū vngere volebāt. Mar. 16. siue vlt. O quā rara est talis fidelitas. Prou. 20. Multi homines misericordes: virū autem fidelem quis inueniet? Sed heu iā hodie impletur illud Eccl. 6. Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. Istæ verò fideles etiam in necessitate, i. tēpore passionis, & post mortē repetzæ sunt: quia post mortem ementes aromata vt venientes, &c. Ecce vera fidelitas & dilectio. Dicit Gl. quòd statim sepulto domino emerunt aromata, & quandiu licuit operari in parascue, scilicet ad solis occasum vnguenta parauerunt, vt tangit Lucas, sed explere non potuerāt propter tēporis breuitatē. Mox autem dum transisset sabbathum, festinauerūt emere plura aromata. Dicit Marc. vt veniētes vngerēt Iesum. Istæ mulieres dubitauerūt de eius diuinitate, putātes ipsum fuisse purū hominem sed sanctū, nō tamen Deum: quia audierūt eū clamantē feria sexta: Deus meus, Deus meus vt quid dereliquisti me? Quod non est intelligendū quòd diuinitas dimisisset humanitatē, sed intelligitur q̄ diuinitas in Christo nō defēdit humanitatē in passione plusquā si nō fuisset ei vnita: & ita dirā patiebatur mortē ac si fuisset tantū homo & non Deus: vt patet 3. sententiarum, distinctione 21. Et hoc videntes & mysteriū non intelligentes dixit mulieres dubitabant de eius diuinitate, & sic non habebant fidem de eius resurrectione: ideo venientes à sepulchro parauerunt aromata, & festiuitate finita emerunt adhuc plura. Ecce quanti meriti est pietas & misericordia. Licet enim dixit mulieres perfectā fidē non habuerūt, quia tamen opus pietatis impendere voluerunt, non solū angelos viderūt, sed etiam Christū ante discipulos. Sed diceres, cur Maria mater Christi nō associavit se eis? Respondetur, Maria mater Christi nō iuit ad sepulchrū cum illis. Primò, quia sciebat illud sanctissimum corpus aromatibus non indigere, eo quòd in sepulchro nō putresceret, quia diuinitati vnitū fuit, & celesiter resurrecturū. Secūdo, quia cæteris euntibus ad sepulchrum iam filius Dei resurrexerat, & ei apparuit: vt ait Sedulius. Et ecclesia hoc approbat per antiquā consuetudinē Romæ per summos pontifices hactenus introductā, & laudabiliter obseruatam: vt, videlicet papa primam stationem faciat hodie ad sanctā Mariam maiorem. Et meritò ei primo apparuit. Primò, quia fides de diuinitate in ea sola in-concussa permanit. Secūdo, quia in passione eius ipsa ma-

ximè

ximè cōturbata & dolorosa fuit. Tertio, quia Deus præcepit honorare patrem & matrem, quod non fecisset si ei primo non apparuisset. Quarto, quia ipsa super omnes alios maiori desiderio resurrectionem expectabat, & ipsa prima omnium cum adoratione patriæ adorabat. Ideo dignum erat vt prima respiceret regressum ab inferis & à mortuis resurgentem. Secundo earū feruens dilectio probatur ex superfluitate. Nā dicitur Io. 19. quòd Ioseph & Nicodemus sepelierunt dominū cum aromatibus: quia Nicodemus attulit mixturā, myrrhæ & aloës ad centum libras: & illæ mulieres adhuc amplius voluerunt emere, non putātes priora sufficere ad vngendum corpus Iesu. Nam hæc propria conditio amoris est, quia quod amans per se non impendit amato, non putat esse factum. Tertio commēdatur earū dilectio à temporis maturitate. De quo subdit in textu, dicens: *Et valde mane vna sabbathorum*, id est prima die post sabbathum. Et bene in scripturis vna dicitur prima, vt habetur Gen. 1. Factum est vespere & mane dies vnus, id est primus. *Venerunt ad monumentum orto iam sole.* Vbi August. id est sole ad horizontem appropinquāte. Non quòd sol ortus fuisset super omne hemisphæriū nostrū. Et hoc est quod dicitur Ioan. 20. Cū adhuc tenebræ essent. & Luc. 24. quòd diluculo venerūt ad monumentū. Ecce feruor mulierū, non timebant tēpore nocturno accedere corpus mortuū, quia vt dicit Alex. Nō timebāt corpus mortuū, nec tenebras noctis, nec armatos milites, quia dicitur 1. Io. 4. Timor nō est in charitate, sed perfecta charitas foris mittit timorē. Quarto cōmendatur earum dilectio à virilitate animi: quia non cogitauerunt nec timuerunt milites circa sepulchrū vigilantes & ipsum custodiētes, nec cogitauerūt de magno saxo reuoluto ad ostiū & sigillato: sed cū essent in via prope sepulchrū, tunc primo incidit eis cogitatio de lapide, & dicebant adinuicem: *Quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumenti?* Sed dices: Cur non assumpserūt Petrū, Iacobū & Ioannē? Respondetur, discipuli timebāt ne caperētur à militibus quasi volentes furari corpus Christi. Sed hæ mulieres habuerūt fortem & perfectā dilectionem, ita quòd nec mortē timerent, iuxta illud Cant. 8. Fortis est vt mors dilectio. Et 1. Cor. 13. Charitas omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Dicitur in textu: *Emerūt aromata vt veniētes vngerēt Iesum.* Vbi sciendum q̄ tres status saluatorum significantur per

per tres Marias quæ quærebāt vngere dominū. Primo Maria Magdalena significat pœnitentes. Et meritò pœnitēs dicitur Maria, i. mare amarum. Iuxta illud Threno. 1. Magna enim velut mare contritio tua. Illorum aromata sunt dolor cordis, pudor confessionis, & labor satisfactionis. De primo dicit Psal. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Et est Deo gratum vnguentū figuratum per vnguentū Mariæ. Io. 12. Tota domus impleta est ex odore vnguenti. Quod vnguentū ita acceptum erat Christo, vt excusaret ipsam apud discipulos propter Iudam, dicens: Quid molesti estis huic mulieri? Marc. 14. Sic cōtritio facit nos acceptos Deo. Daniel. 3. In animo cōtrito & spiritu humilitatis suscipiamur. Hęc aromata debes colligere in horto cognitionis proprię utilitatis: secundum illud Psal. 41. Ad me ipsum anima mea cōturbata est. Nam dicit Ambr. Tantò quis amplius dolet, quātò se magis agnoscit. Et debet hoc vnguentū cōfici de myrrha & aloë vt fecit Nicodemus, quæ sunt herbę amarę ad designandum q̄ nullū debet esse peccatū quod non per contritionē displiceat, dicēdo cū Ezechia, Isa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Et hoc est vnguentū cordis sine quo non sanatur vulnus mētis, vt dicit Hier. Nulla culpa delebitur, nisi tristitia anxietur. Secundum vnguentū est oris cōfessio. Et ad hoc cōficiēdū herba debet recipi in horto humilitatis, & debet cōfici illud ex nardo, de qua Cāt. 1. Nardus mea dedit odorem suū. Nā sicut Nardus est herba parua & valde odorifera: sic & humilis cōfessio & propria vilificatio valde placet Deo. De qua Greg. Quātò quis sibi vilior, tātò Deo charior. Nā hoc vnguentū sanat vulnera animæ, de quo Psal. 31. Dixi cōfitebor aduersum me iniusticiā meā dño, & tu remisisti, &c. Nam dicit Isid. Confessio sanat, confessio iustificat, cōfessio veniā impetrat, nam dicit Psal. 50. Cor contritū & humiliatum Deus nō despiciet. Tertium vnguentū pœnitentiū debet esse satisfactio operis, quia dicit Richar. In criminaliū purgatione opus est satisfactio. Nō est em̄ satis, mala nō agere, vt dicit Greg. nisi quis studeat bonis operibus insudare: & habetur in Clem. de pœnis, c. cupientes. Hęc herba debet colligi in horto proprię voluntatis & arbitrii: sicut enim voluntariē peccauimus, sic & pœnitere & satisfacere debemus, secundum illud Rom. 6. Sicut exhibuistis mēbra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita

ita nunc exhibete mēbra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem, & hoc vnguentum debet confici ex thure. Cant. 4. Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris? Nam thus est aroma redolens, sic & vera satisfactio valde redolet corā Deo. Ideo scribitur Lu. 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ. Ratio, quia dicit Greg. Qui propria mala cōmittit, necesse est vt per propriā pœnā diluat, eo q̄ secundū Aug. nullum malum impunitū. Hęc autē omnia tria habuit Maria Magdalena. Nam ipsa lachrymas fudit ex dolore contritionis, ipsa coniuantes non erubuit ratione pudentiæ confessionis, ipsa pedes Christi lauit, terxit, & vnxit in memoriam satisfactionis, vt de ea dicat Greg. Quot habuit in se oblectamenta, tot inuenit in se holocausta, quæ & omnia debet habere verus pœnitens, iuxta illud Micheæ 4. Dole & satage filia Siō. Et meritò vnguentū satisfactionis debet confici de thure deuotionis. Nā deuotio, vt dicit Richard. de mystico somno est in anima sicut mel in cera. Secunda fuit Maria Iacobi, & significat proficientes, eo q̄ Iacobus interpretatur supplantator, sic & proficientes debēt supplantare peccata & iustari cōtra illa. Et proficiēs anima meritò dicitur Maria Syriacē quasi domina quia necesse est proficiētibus dominari passionibus. Iac. 4. Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Vbi sciendū, proficientes debent habere triplex vnguentū quod debet confici ex amarissimis speciebus & herbis quas recipiēt ex horto proximi, s. considerando oēs defectus eius & miseria, vt exinde vnguentū & medicamina salutaria conficiant. Nam primo habere debent vnguentum cordis, i. cōpassionē proximo exhibendā. Ro. 12. Flete cū fletibus. Et Gal. 6. Alter alterius onera portate. Quod fecit Apostol. 2. Cor. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Sic fecit Iob 30. Flebā super eo qui afflictus erat, & anima mea compatiebarur pauperi. Secūdo debet habere vnguentum oris, s. proximum consolando, instruendo, corrigendo, & exhortando ad ædificationem vitæ, eo q̄ scribitur Iac. vlt. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, animam eius saluabit à morte. Ideo si vides fratrem errantem, corripe eum. Iuxta illud Mat. 18. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum, s. compassiue, vt habetur Canon. 45. dist. vera, & sunt verba Gregorij, Vera iustitia compassionem habet, falsa verò dedignationem. Et sic correctionem

non suscipit, ora deū pro eo. Et si ignarus fuerit, instrue eū: quod docet Apost. ad Gal. 6. Si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Tertio proficientes debent habere unguentū operis, s. misericordiā in effectu, 1. Io. 3. Non diligamus verbo neq; lingua, sed opere & veritate. Ambrosius, Paſce fame morientē, si nō pauisti, occidisti. Hæc omnia aromata debent emi nummo charitatis, iuxta illud 1. Cor. 16. Omnia vestra in charitate fiant. Tertia Maria fuit Salome, & significat statum perfectorum vel contemplatiuorum, quæ fuit mater Iacobi Maioris & Ioannis, hæc postulabat regnum filii, Mat. 20. Sic contemplatiui non occupantur nisi circa regnum dei, quia sunt illi de quibus Lu. 17 Regnū dei intra vos est. Nam Salome interpretatur pacifica. Sic enim & contēplantes intra se pacifici à tumultu seculi separati, solis cœlestibus intenti sunt. Et meritō vocantur Maria, i. illuminati. Vnde animæ contemplatiuæ dicitur illud Isa. 60. Surge illuminare Ierusalem, quia venit lumen tuum & gloria dñi, &c. Tales debent conficere unguentum de balsamo, i. de omnibus beneficiis à deo collatis, & debēt recipere de horto saluatoris omnia beneficia eis impensa meditando, & triplex unguentum inde conficiendo, s. cordis, oris, & operis. Primo debent habere unguentum cordis, & est deuotio, de qua dixi supra. Quod unguentū valde placet Deo vt dicit Cassianus, Melius est deuotū in minoribus q̄ sine deuotione in maioribus operibus inueniri. Secundum est unguentū oris, & est gratiarum actio de omnibus operibus deo referenda. Tob. 4. Omni tempore benedic deum, s. in prosperitate, & aduersitate, vt docet Chryl. in tractatu de symbol. Admoneo vos, vt in omnibus benedicatis dñm, si venerint mala benedicite & dissoluentur, si bona vt perseuerent, quia dicit Cassiodorus super Ps. Meliora meretur suscipere, qui collata bona ingratitude probatur non amittere. Tertium unguentum est omnium illorum perseuerantia vt in his exercitiis bonis homo non frāgatur tædio: nec statuat sibi terminum, sed semper tendat in melius: quia in spirituali profectu non est status. Nam vt dicit Aug. Vbi dixisti sufficit, ibi defecisti, quia vt habetur Leu. 3. Nul lum animal debet Deo offerri sine cauda, ad designandum quod nullum opus bonum est meritorium sine perseuerantia, vt dicit Chrysost. Tolle perseuerantiam, & nullum ob-

sequium

sequium habet mercedem. De quo Greg. Incaſsum bonum agitur si ante terminum vitæ deseratur.

FERIA II. PASCHAE, ENARRATIO XCVI.

Surrexit dominus verè & apparuit Simoni. Luc. 24.

IN verbis præmissis duo innuuntur. Primo veritas resurrectionis. Secundo pietas apparitionis. Primū ibi: *Surrexit dominus verè*, secundum ibi, *& apparuit Simoni*. Primo dicit, *Surrexit dominus verè*. Pro quo sciendum, Christi resurrectio probatur exemplis naturalibus & figuralibus. Primo naturalibus, de quo Fontinus in descriptionibus vniuersi dicit, Vas aureum rore plēnū optimè coopertum quantumcunque in profundis terræ reconditur, virtute tamen solis surgit super terram & aliquantulum eleuatur. Et simile huic ponit commentator super 3. Meteororum de testa oui in qua si ros subtiliter includatur, & testa bene cooperiatur feruori solis exposita tandē sursum atollitur & visibiliter subleuatur. Spiritualiter per vas aureū vel testā oui significatur corpus Christi quod erat sine omni macula. Illud fuit plēnū rore diuinitatis, ideo si per mille annos iacuisse, corruptum non fuisset. Hoc vas aureum fuit optimè coopertum. Mat. 27. Ioseph ab Arimathæa inuoluit eum sindone munda, & posuit in monumento suo nouo quod exciderat de petra, & aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti. Et licet taliter fuit clausum in sepulchro, attamen ibi non potuit detineri, quia ros deitatis qui fuit corpori vnitus & Sol æquitatis, i. pater cœlestis ipsum mirè subleuauit. Ideo Ps. 15. Quoniā non dereliques animam meam in inferno, &c. Refert Philosophus quod leo rugitu suo suscitāt catulos suos. Et sicut hoc est possibile in creatura irrationali, multo fortius creatori domino omnium creaturarum. Secundo resurrectio sua præfigurata est in multis rebus. Primo in educatione Ioseph de carcere qui vestitus nouo habitu intrauit ad præsentiam regis, vt habetur Ge. 41. Ioseph interpretatur augmentator, & significat Christum qui auget fidelibus gratiam in præsentī, & gloriam in futura æternitate, qui propter mulierem, id est synagogam positus est in carcerem sepulchri, quia noluit cōsentire synagoge, sicut nec Ioseph. dominæ suæ vxori Putipharis. Ideo reliquit pallium suæ carnis in manu synagoge, quod laceratum est in passione & sanguine aspersum. Sed hodie virtute diuinitatis suæ extractus est de carcere mortis & sepulchri,

indutus stola æternæ gloriæ, & venit ad præsentiam æterni regis, s. patris constitutus dñs super vniuersum mundum, sicut Ioseph, super vniuersam domū Pharaonis. Orosius: Christus habet potestatem vniuersorū in cælo & in terra. Matt. vlt. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Secundo figurata est Christi resurrectio in vase luteo de quo Ier. 18. Descendit in domū figuli, & ecce ipse faciebat opus super rotam, & dissipatum est vas quod ipse faciebat è luto manibus suis, conuersusq; fecit illud vas alterū sicut placuit in oculis eius. Spiritualiter, vas de luto est caro de beata virgine sumpta cooperante spiritu sancto. Illud vas dissipatum est in sua passione & vulneratū diuersimodè, sed iā celestis pater fecit illud alterum, non in natura, sed in gloria, de morte ad immortalitatem transformans, vt aer mutatur in lucem manente tamen eadem substantia, vt dicit Aug. Tertio Christi resurrectio figurata est in Iona, qui per triduum fuit in ventre ceti, vt habetur Ionæ 3, & tertia die eductus fuit de profundo maris ad littus. Spiritualiter Ionas interpretatur dolens, & significat Christū. De quo Isa. 53. Verè langores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Quarto Christi resurrectio figurata est in sole sub nubilo p tres horas. 2. Machab. 1. Refulit Sol qui prius erat sub nubilo, s. mortis, & ignis accensus est magnus in aureos clypeos, i. in cordibus fidelium per spem, fidem, & charitatem. Quinto figuratur in grano frumenti. Io. 12. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, &c. Granum frumenti est Christus deus & homo in vna persona, qui cecidit per mortem in terram, sed cum surrexerit in sua resurrectione attulit multos fructus, quia angelorum & hominum factus est cibus. Sexto resurrectio Christi figurata est in Samsonē qui dormiuit in Gaza ciuitate cum muliere meretrice vsq; ad medium noctis, inde confurgens apprehendit portas cum postibus suis, & seris, & portauit in humeris ad verticem montis qui respicit Hebron, vt habetur Iudic. 16. Samson interpretatur fortis, & significat Christum qui adauit mulierem meretricem, i. humanam naturam quæ in primo parente transgressa est fidem & dilectionem æterni sponsi, & propter dilectionem eius obdormiuit in morte. Manè autem die dominico surrexit ad verticem Hebron, quod interpretatur visio sempiterna, i. ad æternam gloriam. Sed dices, figura non correspondet veritati, quia Christus manè surrexit, iste verò media nocte.

nocte. Respondet Hugo super Marcum, & Gorra super Lucam, Non est necesse quod figura in omnibus correspondeat veritati, sed sufficit quod respondeat quò ad factum, licet non quo ad tempus. Item dicit notanter, *surrexit verè*. Nam in sacro eloquio triplicem legimus resurrectionem, fictam, imperfectam, & veram. Primo fictam, vt quādo Pythonissa suscitauit Samuëlem. 1. Reg. 18. Aug. in lib. de ciuit. dei, & habetur 2.6. q. 5. Nec mirum, circa finem. Saul ita hebes factus fuit quod dum putauit adorare se Samuëlem, adorauit diabolum, si enim Samuël verè apparuisset, utiq; iussus adorari se non permisisset, qui prædicauit solum deū adorandum, & quò homo dei qui cum Abraham in refrigerio erat diceret ad virum pestilentiam dignum ardore gehennæ, Cras mecum eris? His duobus titulis, i. argumentis subtilitatem fallaciæ suæ prodidit improuidus sathanas, qui & adorari se permisit sub habitu & nomine Samuëlis, & sic multi ficti surrexerunt. Secundo imperfectam, vt fuit resurrectio Lazari Io. 11. prodiit ligatus. Et dicitur imperfecta, quia oportuit eum iterum mori. Ad harum differentiam dicitur, *surrexit dominus verè*. Et eius veritas patet in sensu & motu. Sic & nos videamus vt verè resurgamus per intellectum veritatis & motum bonæ operationis, vt, s. secundum veritatem agnitam & in opere proficiamus de virtute in virtutem. Pf. 83. Ibunt de virtute in virtute. Secundo dixi subiungitur pietas apparitionis, ibi, apparuit Simoni. Nota: in triplici forma dñs apparuit. Primo sub forma hortulani, secundo peregrini, tertio in forma propria. Prima forma incipientes, secunda proficientes, tertia contemplantes respicit. Primo sub forma hortulani, & sic apparuit Magdalene, quæ rectè incipientes figurat. Io. 20. Mulier quid ploras, quem quæris? existimans illa quia hortulanus esset, &c. ad designandum quod ipse est qui cor & conscientiam hominis ad fructum preparat. Ier. 31. Erit anima eorum quasi hortus irriguus. Idcirco sponsa dilectum suum ad hunc hortum inuitat Cant. 5. Veniat dilectus meus in hortum suum. Nota omnia quæ ad corporalem culturam corporalis horti necessaria sunt, eadem spiritualiter ad spirituales hortum sunt necessaria. Primo arbuta extirpare, rubera, spinas & tribulos, sic & in anima nostra vitia, & omnia alia quæ pungunt conscientiam. Ier. 1. Constitui te hodie super gentes & super regna vt euellas, destruas, & disperdas & dissipes & ædifices & plantes. Ier. 4.

Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. Sed iam aliqui superficialiter succidunt vepres vitiorū, & sic recre-
 scunt. Nu. 33. Disperditte cunctos habitatores regionis illius qui si remanserint, erunt vobis quasi clauī in oculis vestris ergo radicitus debent vitia euelli, quia etsi quando radici-
 tus euulsa fuerint, æquē bene nonnunquā reuirescunt. Ge. 3. Maledicta terra in opere tuo spinas & tribulos germinabit tibi. Sic est & de horro cordis nostri. Ber. Hæc est maledictio Adæ vt in agro cordis noxia vbiq; proueniant, vtilia verò & gratuita cū dolore. Ro. 7. Non inuenio in carne mea bonum. Secundo extirpata concremare, vt faciunt noualium cultores, & quanto plus ipsa comburuntur, tantò seges vberior erit, sic & in igne pœnitentiæ cōburemus peccata nostra. Ro. 5. Vbi abundauit delictū, superabundauit & gratia. Tertia Terrā arare & vertere, s. per confessionem. Isa. 2. Constabunt gladios suos in vomeres & lanceas in falces, i. linguas quæ prius erant gladij ad occidendum animas. Pl. 56. Lingua eorum gladius acutus. Sap. 1. Os quod mentitur occidit animam. Quarto vtilia serere & plantare, & sic nos super hortum domini constituti debemus opera meritoria plantare & consuetudines bonas. Eecl. 11. Manē semina semen, & vesperē ne cesser manus tua, quia nescis quid magis oriatur hoc aut illud, & si vtrūq; simul melius erit. Gal. 6. Quæ enim seminauerit homo hæc & metet. Gre. Non satis est mala non agere nisi & quod bonū est, fiat. Quinto maceria circumdare, hoc est custodia diligenti. Mat. 6. Attendite ne iustitiā vestrā faciatis corā hominibus vt videamini ab eis, &c. & iterū: Tu cū oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuū, &c. Gre. Deprædari desiderat qui thesaurum publicè in via portat. Secundo apparuit duobus discipulis euntibus in Emaus, qui tenent figurā profici-
 scientiū in specie peregrini, ad deuotandū q̄ actiui & proficientes debēt habere peregrini proprietates. Nā peregrinus primo induit se veste humilitatis. Eecl. 7. Humilia valde spiritum tuū. Psal. 50. Cor contritum & humiliatum deus, &c. Bernard. Inspiciens & infamis est qui in aliis vitæ meritis confidit & humilitatem excludit. Secūdo solum victum accipit necessitatis 1. Timoth. 6. Habentes alimenta & quibus tegamur his contenti simus. Prouidendum est enim ne nimis corpori indulgeamus, sed vt sub seruitute spiritus teneatur. Prouerborum 29. Qui delicatè à pueritia sua

sua

sua nutrit seruum suum, postea sentiet eum contumacem. Tertio nullo retardatur spectaculo vanitatis, & chorea, hastiludio, & sic de aliis. Sic & spirituales peregrini in via morum proficere volentes, ne qualibet occasione à progressu retardētur, prouideā. Exo. 32. Cave ne vnquam cū habitatoribus terræ illius iungas amicitias quæ tibi sint in ruina. Tob. 3. Nunquam cum ludentibus miscui me, neq; cum his qui in leuitate ambulant participē me præbui. Pl. 77. Defecerunt in vanitate dies eorū. Eph. 4. Iam non ambuletis sicut gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum alienati à via dei per ignorantiā. Quarto compendiosiorē viam eligunt & directam causa breuitatis, sic & spirituales peregrini. Deut. 5. Custodite igitur & facite quæ præcepit dominus deus vobis. Nō declinabitis neque ad dexteram, neque ad sinistram, sed per viam quam præcepit dominus Deus vester ambulabitis. Quinto dietas cōtinuāt sine intermissione. Spiritualiter sic & apostolus hortatur nos, 1. Thef. 5. Sine intermissione orate. Greg. Frustra currit, qui priusquam ad metas venit deficit. Tertio apparet contemplatiuis & perfectis in propria forma, vt discipulis, Luc. vlt. Stetit Iesus in medio eorum, & dixit, Vide te manus meas & pedes quæ ego ipse sum. Vnde & proficientes si perseuerauerint perfecte, tandē dominū cognoscent, sicut legitur de duobus discipulis euntibus in Emaus Lucæ vbi supra. *Aperit sunt oculi eorum & cognouerūt eum, dicentes: Nōne cor nostrum ardens erat, &c.* Nota, aliqua est charitas frigida, s. amor naturalis, cū aliquid diligimus nō propter Deum, sed naturali quodammodo affectu inclinati satisfacere cupimus propriis motibus animorum. Et dicitur frigida charitas, quia dum sistit in suis terminis & limitibus, per eam nec meremur, nec demeremur. Matt. 24. Abundabit iniquitas & refrigescet charitas multorum. 2. Tim. 3. In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa & erunt homines seipfos amantes. Et dicitur frigida: quia compatitur mortale peccatum. Iob 14. Quibus non est operimentū in frigore: quia talis charitas peccata nō operit. Secunda est tepida, s. cū amor naturalis terminos proprios egreditur, necdū tamē plene accenditur ad ignem qui est Deus, s. dimittendo omnia peccata propter Deum licet adhuc bona nō agat. Et sicut id dicitur tepidum quod est in parte calidum & in parte frigidum: & sic ille tepidus in charitate qui ex vna parte malum

refugit, sed in alia bonum non operatur. Et illa adhuc non sufficit. Psal. 36. Declina à malo & fac bonum. Isa. 1. Qui se te peruersè agere, discite benefacere, &c. Apoc. 3. Scio opera tua, quia neq; frigidus es neq; calidus, utinà frigidus es aut calidus: sed quia tepidus es incipiam te euomere de ore meo. Eccl. 34. Vnus edificas & vnus destruens, quid prodest illis nisi labor? Tertio peruenitur ad charitatem calidiore, scilicet cum homo paulisper prouectus incipit bona fideliter agere & mala sollicitè deserere, & sic egreditur quodammodo de calido & tepido amore & peruenit ad ignem, scilicet deum. Deut. 4. Audi Israel, dominus Deus tuus ignis consumens est, quātō igitur anima rationalis huic igni proprius accesserit, tantō plus peccata vilescunt, & ad bona operandum intensius incalescit, imò tantō calidior erit quantō vicinior. Nam anima non poterit perfectè caleferi in amore, nisi ei diuinus ignis misericorditer se coniungat. Eccl. 4. Melius est duos simul esse quàm vnum. vnus quomodo calefiat? sic & anima sola Deo non cōiuncta. Quarto de amore calido proficimus in feruorem, scilicet cum anima nostra in deuotione supra modum purgatur à vitiis & peccatis, quia sicut olla feruens omne immundū & impurum sursum euomit: sic & talis deuotio per feruentem compūctionem omnem immunditiā peccatorū. Iob 41. Feruere facit quasi ollā profundū maris, i. cor hominis. Aug. Quod gutta facit in camino, hoc peccatū veniale in tali feruore. Isa. 1. Excoquā ad purum scorium tuam. Quinto cum per feruentissimas lachrymas expellitur humidum prauum, anima præparatur ad ardorem, sicut enim lignum tunc primo aptum est ad clarum ardorem in se suscipiendum cum succus & humor per calidas fumigationes extrahitur: sic anima sancta nō poterit in ardore perfectæ charitatis conualescere nisi prius per calidum exsicceetur ab omni humido cuiuslibet prauæ concupiscentiæ. Sic igitur expletis prædictis anima incipit ardere in dilectione feliciter in se sentiens puram & lucidam flammam diuini amoris. Nā tunc ardor sanctæ charitatis ad plenum feruescit, quādo ipsa anima dei præsentiam per internam degustationem modo ineffabili experitur. Et quanquā tali ardore aliquādo plus, aliquando minus inardescit anima nostra, non est tamen hoc ex varietate diuini ignis, sed propter infirmitatem nostrā & inconstantiam humani cordis. Vel secūdm illud Apost. 1. Cor. 12. Vnicuiq; datur manifestatio

nifestato spiritus ad vtilitatem. Eph. 4. Vnicuiq; autē nostrum data est gratia secūdm mensuram donationis Christi, nunc plus nunc minus ardet. De qua Ps. 49. Ignis in conspectu eius exardescet. Et Bern. Ignis qui deus est consumit quidem & non affligit, ardet suauiter, desolat ur felicitatē. Et sic Christus in propria forma apparuit discipulis accēdens hos in feruore inseparabilis charitatis: sic & quibuslibet perfectis & contemplantibus & sibi per amorem adhaerentibus apparebit, iungens se omnibus sensibus corū. Quod sic cōtingit, cum enim in igne tria sunt, splendor, calor, & ardor, per splendorē notificat se intellectui infundēs illi scientiæ illuminationem: voluntati per calorem immutās eā per dilectionē: per ardorem verò notificat se memoriæ inebriās eam sapiētīę degustatione. Sed diceret, vnde talis ardor cauatur? Responderetur, licet veraciter dici posset q̄ ex dei præsentia: quia ex dilectione patris nostra dilectio accenditur: ex filij sapientia nostra cognitio illuminatur: ex spiritus sancti clementia & dulcedine nostra memoria dulcoratur: & sic ex Dei præsentia generatur super omnia causaliter: & effectiue, tamen singulariter etiam ex Dei collocaione ardor diuinus oritur dispositiue. Prouer. 3. Omnis sermo Dei ignitus: Psal. 118. Ignitum eloquium tuum vehementer. Eccl. 48. Sermo illius quasi facula ardebat. Prouer. 16. In labiis illius ignis exardescit. Cum ergo Deus hæc sua eloquia ignea ad animam dirigit, tūc anima inflammatur, sicut cum quis ardentem sagittam in castrum vel domum dirigit. Ber. super Cant. Spiritus est Deus, spiritus est anima, habent linguas suas spirituales cum quibus alterutrum loquantur & præsentem se indicēt, lingua Dei est fauor dignationis eius: animæ lingua feruor deuotionis. Et sequitur, ibidem: Elinguis est anima quæ hanc non habet, & nullatenus potest ibi fermocinatio esse cum verbo Dei, ideo locutio Dei est infusio doni. Responso animæ est admiratio cum gratiarū actione. Greg. Animarū verba sunt desideria, desiderium magnum, clamor magnus, & sic patet quomodo cauatur ardor. Sed diceret, quid efficit ille ardor? Responderetur, felicissimam vnionem cum Deo, vt patet in naturali exēplo. Ignis enim per virtutem suam conuertit rem in quam agit, vt illa res in propria forma non appareat, sed in forma ignis, vt ligna iam nō sunt diuersa, sed vnus ignis: sic & ignis diuinus agit in animam vt vnus efficiatur spiritus. 1. Corinthior. 6. Qui

adhæret Deo vnus spiritus est. Io. 17. Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi vt sint vnum sicut & nos. Sed ne illa oratio solum videatur intelligi de apostolis, subdit: Nō pro eis rogo tantum, sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt omnes vnum sint sicut tu pater in me & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint, &c.

FERIA III. PASCHAE, ENARRAT. XC VII.

Pax vobis, ego sum. Luca 2. Et legitur hodierna die pro euangelicali officio.

PRO introductione oritur quæstio, Cur Christus manifestans se apostolis dixit hoc verbum, pax, & nō aliud? Respondetur quōd hoc fecit multiplici de causa. Primo quia pax est diuinæ virtutis naturalis proprietates. Et quod homo naturaliter diligit in eo delectatur. Et sic Christus Dei filius in summa pace natus est: quia in natiuitate eius pax hominibus nunciata est. Luc. 2. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. In vita pacem docuit. Luc. 10. In quacunq; domum intraueritis primū dicit: Pax huic domui. In morte pacem pro testamento discipulis reliquit. Io. 14. Pacem meam reliquo vobis, pacem meā do vobis. Ideo post resurrectionem discipulis pacem attulit, dicens: *Pax vobis*, quia eam naturaliter diligit. Secundo quia pax est omnis belli finalis cupiditas. Vt habetur in Cano. 23. q. 1. Noli. Bellum geritur vt pax acquiratur. Tertio quia pax est omnis rei creatæ adoptabilis suauitas, nihil enim dulcius, nil connaturalius est rei creatæ ipsa pace. vnde Aug. 19. de ciuitate Dei c. 11. dicit: Tantum est pacis bonum, vt etiā in terrenis rebus atq; mortalibus nihil gratius solet audiri, nihil desiderabilius concupisci, nil melius inueniri, nihil felicius possideri. Cur bellum à bonis geritur nisi vt pax habeatur? hinc bestię syluas repetūt, hinc volucres ad aera se sustolunt, pisces ad profunda maris se demergunt: reptilia in visceribus terræ se abscondunt, vt pacem habeant. Ideo Aug. Pax est bonum sine quo nihil est bonum. Et gl. super verbo Pax vobis, dicit: *Qui pacem dedit, vno verbo dedit omnia bona:* & Aug. dicit, Pax est vna dictio & tribus literis scribitur ad significandum Trinitatem & vnitatem, sc̄ potētiam patris, sapientiam filij, bonitatem spiritus sancti, de quibus pax procedit. Et pax caret plurali numero, ad significandum euitationem pluralitatis diuinæ essentia, & quōd non est alius qui pugnet pro nobis nisi tu Deus noster. 2. Machab. 1. Domine

Domine Deus omnium creator terribilis & fortis, iustus & misericors, qui solus es bonus rex, solus præstans, solus iustus, & omnipotēs, & æternus: qui liberas Israel de omni malo, nā ipse pacis dator & amator est. Dator, de quo 2. Thess. vlt. Ipse autē Deus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. Quia omne datū optimum deforsum est descendens. Iac. 1. Item est pacis amator. 2. Cor. vlt. Pacem habere, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Item est pacis actor. Ephes. 2. Ipse enim est pax nostra qui fecit vtraq; vnū. Etiā est pacis remunerator. Matt. 5. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur: ideo dicit: Pax vobis. In summa euāg. duo innuūt. Primo personalis præsentia Christi saluatoris, ibi: *Stetit Iesus*. Secundo probabilis euidencia suæ resurrectionis, ibi: *Palpate & videte*. De primo dicitur, In illo tempore, id est in die resurrectionis cum discipuli venissent de Emaus, dicētes: *Surrexit dominus verē*. Et quomodo cognouerunt eum in fractione panis: *Tunc stetit Iesus in medio discipulorum, qui clausis ianuis intrauit*, per dotē subtilitatis. Sed diceres, quomodo verum corpus potuit intrare clausis ianuis: eo quōd duo corpora non possunt simul stare in eodem loco. Respondet S. Tho. parte 3. q. 54. artic. 1. Quāuis non sit hoc ex natura corporis quōd possit in eodem loco esse cum alio corpore, tamen hoc potest Deus facere per miraculum: sicut fecit vt corpus Christi de clauo vtero beatæ virginis exiret. Et sic non ex natura corporis, sed potius diuinitatis vnitæ illud corpus, licet verum esset ad discipulos intrauit ianuis clausis. Vnde August. in quodam sermone paschali: *Quidam sic disputāt, si hoc corpus resurrexit de sepulchro quod pendit in ligno, quomodo per ostia clausa ingredi potuit?* Et responderet. Si comprehendis modum non est miraculū: nam vbi deficit ratio, ibi est fidei edificatio. Et Aug. super Ioan. dicit: *Moli corporis vbi diuinitas fuit, & erant ostia clausa, non obstiterūt. Ille quippe nō eis apertis intrare potuit, quo nascēte virginitas matris inuiolata permāsit. Et dicit notāter: stetit Iesus, vbi queritur, Cur stetit & non sedit vel ibat?* Respondetur ad designandum quōd non haberet corpus fluxibile, transiens, & passibile, sed impassibile & perpetuum. Vnde Gregor. super Ezechielem parte 1. Homil. 7. *Sicut crystallus congelatur ab aqua, iuxta illud Eccl. 43. Frigidus vterus aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua. Frigidus ventus fuit clamor Iudæorum: Tolle, tolle, cruciā*

crucifige eum, à quo crystallus, s. corpus Christi congelatum, i. impassibile & immortale factum est. Item stetit Iesus vt potentiam diuinitatis ostenderet se non amisisse, per quam nostram infirmitatem æternaliter roboraret, & se dominum in omnibus habere probaret. Matt. vlt. Data est mihi omnis potestas. Item stetit in medio discipulorum non ante vel retro: ad designandum q̄ dominus pater inter se & hominem eum mediatorem misit. Quia dicit Aug. in 5. confessione. Mediatorem inter Deum & hominem oportebat, vt aliquid simile Deo & aliquid simile hominibus. Sic Christus Dei filius media persona in trinitate ex Deo & homine concepta in assumptione humanitatis medium se fecit inter Deum & hominē. Ideo semper medium quasi sibi proprium & delectabile in omni vita elegit, s. in ingressu, progressu, egressu & regressu. Primo tenuit medium in ingressu, hoc est in natiuitate: quia in medio duorum animalium, iuxta illud Aba. vlt. In medio duum animalium, s. bouis & asini cognosceris, hoc secundū 70. interpretes, quorum editio habet, Domine audiui auditum tuum & timui, domine consideravi opera tua & obstupui: in medio duorum animalium cognosceris. Nam sicut talia animalia portant onera hominū: sic Christus homo natus est, vt onera nostrę culpę portaret. Isa. 53. Verē languores nostros ipse tulit & peccata nostra portauit. Item sicut talia animalia ministrant homini: & sic Christus. Luc. 22. Ego autem in medio vestrū sum sicut qui ministrat. Secundo tenuit medium in progressu, hoc est in vita, fuit enim in medio doctorum. Luc. 2. ad designandum q̄ vita eius nobis esset in doctrinam, & q̄ ipse esset qui conferret nobis sapientiam. Vnde Eccl. 50. Quasi stella matutina in medio nebulę, & quasi luna plena in dieb. suis lucet, & quasi sol refulgēs, sic ille effulsit in templo Dei. Sic Christus fecit diuinam sapientiam refulgere in nobis, per quod moraliter designatur q̄ nos in collatione sapientię teneamus mediū nō omnia attribuendo nostro intellectu & affectui, nec nimis nos occupādo de subtilibus & occultis diuinis secretis. Ad Rom. 12. Nō plus sapere quā oportet sapere, sed sapere ad sobrietatē: vbi Bern. Non prohibet sapere, sed plus sapere. Nam sapiētia comparatur cibo immoderatē sumpto qui non reficit sed lædit. Ideo Eccl. 3. Altiora te non quæreris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Cōparatur enim sapiētia sali, quo si cibus nimis conditur perit. Ideo Bern. de confide

considerationib. Tene medium si non vis perdere modum. Nam dicit Philosoph. in Ethic. Omnes virtutes consistunt in medio. Et Bern. Quicquid excedit mediū vergit in vitium. Tertio Christus tenuit mediū in egressu, hoc est in morte: quia in medio terrę passus est. Dicunt enim doctores quod locus Caluarie sit in medio terrę: iuxta illud Psal. 73. Operatus est salutē in medio terrę. Item in medio latronū crucifixus est, ad ostēdendum q̄ esset iudex qui causas vtriusque partis discernit, & tenebit mediū in iudicio generali, & statuet oues à dextris, & hœdos à sinistris: & implebitur illud Psal. 81. In medio Deus diiudicat. Quarto tenuit mediū in regressu, s. in resurrectione, ad designādum q̄ ipse sit ille vnus Deus qui sit mediator Dei & hominū, homo Christus Iesus. de quo 1. Tim. 1. & de quo Isa. 12. Exulta & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israel. Et subdit: *Stetit Iesus in medio eorum, & dixit: Pax vobis.* Necessaria erat eis nuntiatio pacis: quia caruerunt pace interiori & exteriori. Interiori, quia in fide peccauerunt: exteriori, quia in persecutione Iudæorū erant. Item obtulit discipulis pacem non temporis, quia exponēdi erant multis tribulationibus, sed pectoris. Ioan. 13. Pacem meam do vobis, scilicet pectoris pacē relinquo vobis, s. æternitatis. Sed scito, quia breue est quod tempore concluditur respectu æternitatis. Subdit: *Quia ego sum, s. pax vera.* Ephe. 2. Ipse est pax nostra qui fecit vtraque vnum, q. d. ne putetis quod sum alius qui nunc resurrexi ab eo qui in ligno pependi, nolite timere, s. me tanquam mortuū: quia ego sum viuus. Apoc. 1. Mortuus fui & ecce sum viuens, subdit: *Conturbati vero & territi existimabāt se spiritum videre.* Beda: Licet sciebant Christum prius habuisse veram carnem, tamen ex quo mortuus fuit credebant se videre illum spiritum quem Christus in cruce emisit. Sed diceres, tamen à natura spiritus nō videtur à nobis. Respondetur quod discipuli existimabant se videre spiritum in assumpto corpore ab aere. Sed diceres quare spiritus non videtur à nobis. Respondet Aug. in de cognitione verę vitę: Cur lapis non sentit ictū percutiētis, vel cur animalia bruta non intelligunt verba hominis loquentis? Respōdes fortē, non est de eorū natura: sic est & hic dum sumus in mortali corpore, sed animę exeuntes à corporibus vident spiritus, sicut sunt in sua simplici essentia. Sed diceres, quomodo fuerunt turbati: cum dicitur, gauisus sunt discipuli. Ioan.

Ioan. 10. Respondetur, primo turbati fuerunt & territi ex subita apparitione. Vbi dicit Luc. *Sed postquam ostendit eis manus & pedes, tunc gauisi sunt.* Sed diceret, quomodo existimabant se videre spiritum cum loquebantur adinuicem quod Christus verè surrexit. Respondet Ambr. licet Petrus & alij discipuli videntes eum in Emaus scirēt ipsum resurrexisse, tamen ex quo ingressus est ad eos clauso cœnaculo ex hoc crediderunt non esse corpus sed spiritū eius. Nota q̄ Christus post resurrectionē reprehēdit cogitationes incredulas, ad designādum quod verè resuscitatus debet cognoscere & resistere cogitationibus malis. Vnde Aug. ad Demetriadem virg. Turfissimū atque perfectissimū est vt animus alluescat discernere cogitationes suas vt bonas alat, malas occidat: quia in his fons boni & origo mali. Ideo Isa. I. Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Primò, quia cor inquinant. Ber. Dum non spernimus minima, interdum labimur ad turpia. Hier. Nunquā vagis cogitationibus pateas, quæ si in animo sedeāt dominabūtur tui, & te ducēt ad delictū maximum. Diabolus enim in impugnatione anime vitur duplicibus instrumentis, s. paruis & magnis. Astutus enim dum perpendit non recipit suggestiones de grandi & enormi peccato aliquo: ideo veniet cum paruis: rectè sicut paruulus latrūculus per fenestrā mittitur vt maioribus latronib⁹ seras aperiat. Ita diabolus prauas cogitationes immittit, & si illæ per negligentiam admittuntur trahunt cōsensum ad noxia. Pro. 4. Omni custodia serua cor tuū: quia ex ipso vita pcedit. Secūdo, quia domiciliū diaboli præparāt. Gre. in 5. Moral. Licet reprobōrū mētes nō semper sequantur diabolu in opere, tamē valde se obligāt in cogitatione: nā per malas cogitationes repellitur spiritus sanctus. Sap. I. Aufert se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu. Et vbi spiritus sanctus repellitur, ibi spirit⁹ malus ingreditur. Ideo Pro. 15. Abominatio domini cogitationes malæ. Bern. dicit: Repellere à se spiritū sanctum non est in voto cogitātis, sit tamen ex culpa negligentis. Hinc est quod ait Aug. in epist. ad Demetriad. virg. Quicquid pudet dicere, pudeat & cogitare. Tertiò, quia cathenam infernalem parāt. Greg. Ex cogitatione delectatio nascitur, ex delectatione affectio, ex affectu consensu, ex consensu opera, ex operatione cōsuetudo, ex cōsuetudine desperatio, ex desperatione defensio, ex defensione gloriatio, ex gloriatioe æterna dānatio.

Et sic

Et sic de corde faciunt infernum: quia vbi diabolus, ibi infernus, quia in tali corde sunt inferni insignia: quia vbi ver mis concūctiæ, ibi ignis concupiscentiæ, vbi fœtor luxuriæ, ibi tenebræ ignorantæ, cæcitas intelligentiæ. P. sal. 48. Obscurentur oculi eorū ne videant: & sic priuant hominem omni gratia. Exemplum de eremita in Vitis patrū, qui omni die pascebatur cibo cœlesti. Cum enim in abstinentia multa perdurasset, & in orationibus & hymnis sedulè Deo seruiret: tanquā bene merito militi suo dominus has remunerationes parat, cum enim cibi vsu naturæ necessitas poposcisset, ingrediēs speluncā suam panē miræ suauitatis mirique candoris mēse suæ superpositū inueniebat. Tandem tamen cogitationibus eum per diuersa præcipitia rapientibus reprobus effectus paulatim de sublimiorib⁹ ad inferiora corruēs tepidus decresebat. Quo sic decresece, etiā panis quē sibi dominus quotidie pro annona cōtulit, à sapore & cado re pristino in deteriorē semper speciē in dies magis atque magis transmutabatur. Et cum ne hoc quidem signo emendare se curaret, sed eremū relinquens seculum ingredi statuisset: cumque iter arripuisset, æstu diei nimio fatigatus cellam quorūdam fratrum subintrare coactus & petitionibus eorum victus, verbū doctrinæ his seminare compulsus est. Quibus cum sic de lubricis cogitationibus & demonū insidus sermonem faceret intra se compūctus cogitare cœpit: Quomodo alios moneo & ipse decipior, aut quomodo alios corrigo, qui me ipsum non emedo? Valedicēsq̄e fratribus cōtinuò se rapidissimo cursu in eremū vnde discesserat dedit, vidēsq̄e cœlestis mēse beneficiū se perdidisse, in cinere & cilicio cum planctu & lachrymis randiu lugebat donec angelus assistens diceret ei: Suscepit Deus penitentiam tuam & repropitiatus est tibi, sed caue ne vltra elatus decipiaris. Ideo Greg. 11. Moral. Sicut tineæ sine sonitu penetrant vestimentū, sic cogitatio mentem. Hugo de sancto Victore: Sicut ligna nutriūt ignem: sic cogitationes desideria, si bonę ignem charitatis, si malæ ignem cupiditatis. Ideo Hier. in epistola ad filiam Mauritij: Ne dicas cogitauit, & non feci: hoc cogitare nephas est quod facere crimen est. Dicit nāque Greg. 24. Moral. Omnis iniquitas prius accrescit in cogitatione. Tunc ostendit eis signa resurrectionis, dicens: *Videte manus meas & pedes meos.* In hoc quod ostendit cicatrices vulnerū, designauit quod qui verè surrexit, vulnera

vulnera peccatorū abscondere nō debet. Boët. Si opus medicatis expectas, oportet vt vulnera detegas. Et ostēdit manus & pedes ad designandū peccata operis & intētionis. Subdit: *Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet sicut me videtis habere.* q. d. cōsiderate quōd verum sit corpus. Sed diceret, verum corpus non euanesceat, sed corpus Christi euauit: igitur, &c. Respondet S. Tho. par. 3. q. 54. art. 1. quōd hæc est dispositio corporis gloriosi vt sit spirituale, id est subiectū spiritui. 1. Cor. 15. Seminatur corpus animale: surget corpus spirituale. Ad hoc autem vt sit subiectū corpus spiritui requiritur quōd omnis actio corporis subdatur voluntati spiritus, & sic in voluntate corporis glorificati & potestate est, quōd potest videri quando vult, & quando vult non videri. Et dicit S. Tho. ibidē, quōd Christus hoc habuit non solum ex conditione corporis gloriosi, sed etiam ex virtute diuinitatis, per quam fieri potest, vt etiam corpora non gloriosa miraculosē non videantur. Nota, Ioannes dicit, q̄ etiam ostendit eis latus. Vnde non sine causa dominus voluit ostendere vulnera in tribus locis, s. in latere iuxta cor: vt si quis frigidus est in amando videat latus Christi iuxta cor perforatum, & inflammabitur ad amorem. Cant. 8. Pone me vt signaculum super cor tuum. Si quis autem est tepidus in operando, videat manus perforatas & incitabitur ad laborem. Isa. 49. Ecce in manibus meis descripsi te. Item si quis est infirmus aduersa sustinendo, videat eius pedes perforatos, & animabitur ad supportationem. Hebr. 12. Recogitate eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes. Sed diceret, cur non apparuit in glorificato corpore. Respondet August. non potuisset inspicere oculis corporeis: vt patet in transfiguratione. Aristot. 2. de anima. Excellentius sensibile corrumpit sensum: & sic filij Israel nō poterunt intendere in faciem Moysi: sicut Exod. 33. cap. Sed diceret, quomodo corpus Christi potuit esse palpabile cū sic esset subtile? Respondetur secundum sanctum Gregorium 14. Moral. ca. 100. quōd in corpore glorioso sunt duo, scilicet corpulentia, & subtilitas, tamen non sunt eiusdem generis. Vnum pertinet ad naturam, alterum ad gloriam. Inquit enim: In illa resurrectionis gloria erit corpus nostrum subtile quidem per effectum spiritualis potentie, sed palpabile per veritatem nature, vt dicit sanctus Ambrosius.

Propter

Propter primū fuit palpabile. ppter secūdū potuit sine diuisione clausa ostia penetrare. Subdit, *Alibus autē illis nō credenti bus, s. perfecte, sed mirantibus pre gaudio.* De quo Io. 16. Iterū videbo vos & gaudebit cor vestrum, &c. Tunc manifestauit resurrectionē suam per sensum gustus, dicens. *Facietis hic aliquid quod manducetur?* Beda, Petiuit manducare non ex necessitate, sed ex dispensatione vt ostenderet se viuente. *At illi obtulerunt ei partem piscis asii & fauam mellis, & cū manducasset coram eis sumens reliquias dedit illis.* Aug. 20. de ciuitate dei, Sicut aliter absorbet aquā terra sitiens, aliter solis radius cādens, illa indigentia, iste potentia. Sic & secundum Aug. non egestate sed potestate manducauit, & in aliud transformauit, s. in aerem prout sibi placuit. *Et dixit ad illos: Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos.* Lu. 18. Ecce ascendimus Ierolimam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis, tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint occident eum, & tertia die resurget. *Cū adhuc essem vobiscum,* scilicet in corpore mortali, *quoniam necesse erat impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi.* De quo Iudæi ignoranter dixerunt, Ioann. 19. Nos legem habemus & secundum legem debet mori, s. vt testamentum nouæ legis conderet. *Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas,* scilicet quas prius non intellexerunt. Nam Ioannes cū venisset ad monumentum & non inuenisset corpus, credidit esse ablatum, ideo quia nesciebat scripturas, ideoque illuminauit eorum intellectum interius. Iob 32. Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. *Et dixit eis, Quoniam sic scriptum est, & sic oportuit Christum pati & resurgere tertia die à mortuis.* Beda: Nam perditus fuisset fructus passionis si non adesset veritas resurrectionis, & predicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes. Et bene dicitur omnes, 1. Ioan. 2. ipse est propitiatus pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed pro totius mundi peccatis.

DOMINICA I. POST PASCHA,

ENARRATIO XCVIII.

Gaui sunt discipuli viso domino. Ioannis 20.

IN summa Euangelij duo innuntur. Primò gratiosum signum diuini amoris, s. in multiplici Christi apparitione, ibi, *Cū sero factum esset.* Secūdō subiungitur copiosum donū digni dulcoris, s. in spiritus sancti donatione, ibi, *Accipite*
 Quadrag. Thel. Q Q

Spiritum sanctum. De primo dicit: *Cum sero factum esset in illa, s. die gloriose resurrectionis.* Notandum quod presentis dominica habet duo nomina. Primum dicitur reconciliationis, nam sicut in veteri testamento filij Israel per agnum paschalem reconciliabantur domino & inimici eorum submersi sunt in mari, de quo filij Israel multum gauisi ceperunt canticum nouum cantare. Exo. 15. Sic nunc & nos reconciliati sumus per esum agni paschalis, i. corporis Christi, & Aegyptij, i. diaboli submersi sumus in mari Rubro, i. in sanguine Christi, de quo nouum hymnum Deo decantamus, scilicet alleluia, quod licet per octauam cantauimus, tamen hodie duplicatur ad significandum duo acta in reconciliatione, scilicet adaptionem gratiae & gloriae, sed secundum altare petitur propter duplicem gloriam, scilicet corporis & animae, ibi enim erit pax perfecta. Leu. 26. Dabo pacem in finibus vestris, i. potentiis, ibi ratio non habebit errorem, memoria non obliuionem, voluntas non prauam affectionem. Ibi erit plenum gaudium. Isa. 51. Gaudium & iocunditiam tenebunt, fugiet dolor & gemitus. Tunc enim verè gauisi erunt discipuli. Secundum dicitur dominica in albis: quia in primitiua ecclesia nuper baptizati ambulauerunt in albis vestibus: sic & nos quia nuper baptizati sumus in aquis lacrymarum & in riuulis poenitentiae, ergo hodie in albis conscientis apparere debemus. De quo introitus 1. Petr. 2. Quasi modo geniti infantes, s. viuatis, & sine dolo existentes lac concupiscite, s. diuinae dulcedinis, non grossum cibum peccati. Hoc etiam petit ecclesia in collecta, Praesta quaesumus omnipotens Deus, ut qui festa paschalia peragimus, haec te laetante moribus & vita teneamus. Si vis tenerè & ritè celebrare festa paschalia ambulando in albis conscientis, tunc considera exempla & desideria quae te oportet habere. Primum oportet te mundum fugere, de quo epistola quae hodie scribitur 1. Io. 5. Omne quod natum est ex deo vincit mundum, i. blandimenta & vanitatem mundi. Aug. in serm. domini de monte, Si te delectat mundus, semper es immunus. Nam Chrysol. super Matt. Difficile est virum in mundo positum iustitiam seruare immaculatam, quia dicitur 1. Io. 5. Totus mundus in maligno positus est. Igitur 1. Io. 2. Nolite diligere mundum. Ratio Iacob. 4. Adulteri nescitis, quia amicitia mundi inimica est Deo: Et inimicus dei constituitur qui amicus est huius seculi. Greg. Nemo potest hic gaudere cum seculo, & ibi regnare cum Christo, quia secundum

Aug.

Aug. gaudia mundi sunt venena diaboli. Ambr. de fuga seculi: Qui saluus esse desiderat, supra mundum confendat. Se cundo oportet mortem meditari, & tangitur hoc in euangelio, *Cum sero factum esset.* Sero est meditatio mortis & finis, hoc enim maximè retrahit hominem à peccato ne recidiat. Aug. in lib. exhor. Nihil sic hominem à peccato reuocat sicut mortis meditatio. Videmus nanque quod sicut nauta locat se in fine nauis cum ritè vult nauem regere, & vita nostra est tanquam nauis in medio maris, ut dicitur Sap. 5. Quae pertransit fluctuantem aquam. Qui igitur rationabiliter vult illam dirigere, oportet finem vitae suae respicere & recordari. De quo Eccl. 7. Memorare nouissima, & in aeternum non peccabis, non in auaritia, superbia vel luxuria. Non in auaritia, quia dicitur 1. Tim. 6. Nil intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid possumus. Iob 1. Nudus egressus sum de utero matris meae, nudus reuertar illuc. Psal. 48. Relinquent alienis diuitias suas. Non pecces in superbia. Eccl. 10. Quid superbis terra & cinis? Quid hodie vis te extollere super alios, cras eris fortè sub eorum pedibus. Aug. O homo agnosce te mortalem & frange elationem. Non etiam peccabis in luxuria. Greg. Nihil sic edomat carnis desideria sicut mortis memoria, quia momentaneum est quod delectat, aeternum autem quod cruciat. Et quod corpus hodie delicate nutritum est, cras erit cibus vermium. Et sic mortis memoria aufert omnia illicita gaudia. Eccl. 41. O mors quam amara est memoria tua. Aug. lib. 1. de ciuitate dei, Non multum est quod moriamur, sed quod ire cogamur. Athanasius, Qui bona egerunt, ibunt in vitam aeternam, qui verò mala, in ignem aeternum. Tunc quid proderunt tibi omnia mundi gaudia & honores, cum omnia transeunt velut umbra? Sunt enim multi nolentes audire loqui de morte, quod est signum stultitiae. Gre. Tota vita sapientis debet esse meditatio mortis. Ratio Greg. Valde se sollicitat in bono opere, qui semper cogitat de extremo fine. Tertio debet sensus refranare, tangitur in textu cum dicitur *Fores erant clausae*, i. sensus exteriores & interiores, Interiores, scilicet cogitatio, memoria, & imaginatio, non cogitando, memorando vel imaginando turpia. Prouerb. 4. Omni custodia serua cor tuum, scilicet à malis cogitationibus & imaginationibus, quia ex ipso vita procedit. Bernardus, Cogitationes malae cum in anima ludunt, illudunt. Augustin. Quicquid pudet hominem

Q. Q. 2

dicere, pudeat & cogitare: quia cogitationes cathenā parāt infernalē, vt suprā, Iſa. 2. 6. Popule meus intra cubicula tua, & claude ostia ſuper te. Itē fores nō interiores, ſed exteriores ſenſuum. Ariſtot. Nihil eſt in intellectu, quin prius fuit in ſenſu. Ier. 9. Aſcendit mors per fenestras noſtras, ſcilicet ſenſuum exteriorum. Bern. Habeat homo ſenſus ſuos non duces, ſed ſeruitentes, vt viſum, auditū, &c. De viſu, Gregor. Non licet intueri quod non licet concuſcari. Vnde Eua fructum vetitū non concuſciſſet, ſi non aſpexiſſet. Thr. 3. Oculus meus deprædatus eſt animā meam, & ideo ingredi & claude te in medio domus tuæ, ſ. conſcientiæ. Quarto q̄ debet frequenter orare. Et notatur in hoc q̄ erant ſimul in oratione congregati. Sic pariter & nos. 1. Pet. 3. Omnes vnanimis in oratione eſtote. Mat. 18. Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quā petierint fiet illis à patre meo qui in cœlis eſt. Leo papa: Multò magis obtineretur peccatorum remiſſio, cūm totius Eccleſiæ quaſi vnus eſt oratio. Si vnanimis tantum valet deprecatio duorum, quid vbi millia multorum? Iſid. Quoties homo tangitur vitio, debet ſubſequi oratio. Quinto oportet deum timere. Ecc. 2. Fili accedens ad ſeruitutē dei, ſta in iuſtitia & timore, quia dicitur Eccl. 1. Timor domini expellit peccatū: nā qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari. Ideo Prouerb. 23. Beatus homo qui ſemper eſt pauidus. Chryſ. Timor domini corrigit peccatum, timor hominū differt, non auferit voluntatem malefaciendi. De quo Eccl. 27. Si non in timore domini tenueris te inſtāter, cito ſubuertetur domus tua. Quapropter docet Boëtius, Magna nobis indiſta eſt neceſſitas probitatis, cūm omnia agamus ante oculos iudicis cūcta cernētis: nam quis latronū vellet furari in conſpectu iudicis? & ſic per timorem domini declinet omnis à malo. Prou. 15. Ideo Gre. quinto, moral. Via domini incipitur à timore. Cui conſonat Pl. 110. Initium ſapientiæ timor domini, quia ſecundum Aug. timor locū præparat charitati, & retrahit hominem à peccato, vt habetur in can. 11. q. 3. qui omnipotētem: Qui omnipotentem Deum metuit, non cōtra Euangelium Chriſti, nec contra apoſtolos, nec prophetas, vel ſanctorum patrum inſtituta agere aliquid vllō modo conſentit. Propterea Bernard. commendat timorem dei dicens: In veritate comperi nil ita efficaci ad gratiam dei promerendam, conferuandam, & recuperandam, quā ſi omni tempore inue

inueniaris nō alta ſapere ſed timere: quia ſcribitur Eccl. 15. Qui timet Deum, faciet bona. & tangitur ibi propter metū Iudæorum. Sextò, oportet prauā ſocietatē vitare, & innuitur in hoc, q̄ Chriſtus non apparuit alicui malo poſt reſurrectionē: ſic tu ſi verè reſurrexiſti cū Chriſto, cōuerſare, cū bonis, iuxta dictū Senecæ: Cum his conuerſare qui poſſunt te meliorē facere, quia dicitur: Cū ſancto ſanctus eris, & cū peruerſo peruerteris. De quo Eccl. 13. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Et Prou. 13. Qui cum ſapientibus graditur, ſapiēs erit, & amicus ſtultorum ſimilis erit illis. Si igitur in hoc ſacro tempore euafiſti carcerē diaboli, ſuge & ſcurriſia eius. eò q̄ dicit Senec. Melius eſt malorum odium quā conſortium. Nam habetur in Can. 41. diſt. & eſt Aug. in 51. quaſt. Euangelij qui dicit: Societas requirit concordia morū. Si ſocietas bona, mores boni: ſi verò mala, tūc impletur illud quod ſcriptum eſt in Can. 23. quaſt. 4. quiſquis: Difficile eſt incorruptū permanere qui corrupto ſociatur. Nam dicit Apoſt. 2. Cor. 6. Quæ ſocietas lucis ad tenebras: quæ autem conuentio Chriſti ad Belia? Et Eccleſ. 13. Si communicabit lumen agno aliquando, ſic peccator iuſto. nam ſicut vnū lumen ab alio accenditur, ſic fit melioratio vitæ ab homine bono. iuxta illud Prou. 22. Ferrum ferro exacuitur: ſic homo exacuit faciē amici ſui. Septimò, oportet verbū Dei attentē audire. & notatur in hoc, q̄ in illa apparitione aperuit eis ſenſum vt intelligerent ſcripturas, vt habetur Luc. 24. Sic & nos vt hortatur ſuper Ezech. Gregor. Vt omnes qui viā vitæ ſcire deſiderāt, verbū Dei audire debent: quia eſt lucerna illuminās. Iuxta illud Pſal. 118. Lucerna pedibus meis verbū tuū. vbi Caſſio. ſuper Pſal. Sciuit propheta multos laqueos in mundo, igitur petit Dei verbū pro lumine ne erraret in itinere. Nā dicit Hugo in lib. de anima: Nihil ita à malo reuocat & ad bonū incitat ſicut Dei verbū. Cui conſonat Greg. ſicut ſtellas cœli non extinguit nebes: ſic mentes inherentes ſacris ſcripturis nō obſcurat mūdā iniquitas. Eſt namq̄ Dei verbum ſecundum Gregoriū cibis animæ. Et tria ſunt genera hominū quæ nō poſſunt eſſe diu abſq̄ ſumptione cibi ſine grauamine, ſ. paruuli & infirmi qui nouiter conualuerunt, & exiſtentes in itinere. Primi ſunt paruuli, & ſic pœnitētes. De quibus introitus hodie dicit: Quasi modo geniti, &c. 1. Petri 2. Secundi ſunt qui nouiter conualuerunt ex infirmitate, & tales iterū ſunt pœnitentes de infirmitate.

ſcilicet animę reſurgentes. Tertij ſunt in itinere conſtituti, quales iterũ ſunt pœnitentes, qui in hoc ſeculo quaſi in itinere cõſtituti peregrinãtur & tendunt ad cœleſtẽ patriam, quapropter indigent cibo ſpirituali. Et de eis poteſt dici illud 3. Reg. 19. Surge & comede, grandis enim tibi reſtat via: aliãſ impletur in eis illud Marci 8. Si dimiſero eos in domũ ſuã ieiunos deficient in via. dicit Gl. Perit qui ſine pane cœleſti ad patriã tendit. De quo Pſ 106. Eſurientes & ſitientes, anima eorum in ipſis defecit, in peccatis, ſ. & iterũ 107. Aruit cor meũ, quia oblitus ſum, &c. Oſtaud, oportet paſſionis dominicę recordari, & tangitur notanter in textu cũ dicit, *oſtendit eis manus & latus*, i. cicatrices vulnerum reſeruat. Nã Chriſtus reſeruat cicatrices vulnerũ non ad defectũ, ſed propter noſtrũ multiplicem profectum. Primò, ad probandum reſurrectionem, q̄ idem ſurrexit de ſepulchro qui pependit in ligno, de quo Luc. 24. Videte manus meas & pedes meos, quoniam ego ſum, ſ. ille de quo ſcribitur Iſa. 63. Ego qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum ad ſaluandum. Eodẽ modo dicit Aug. Indicia martyrij remanebunt in corporibus gloriſicatis. Secundo, ad cõmendandũ eius dilectionẽ, de quo Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, &c. vbi Bern. In quo illuxit clarius q̄ nos dilexit dominus, q̄ in ſuis vulneribus? Tertio, ad impiorũ confuſionẽ. Vnde Zach. 12. Aſpicient ad me quẽ conſixerunt, ſ. Iudæi & gentiles, vt Apoc. 1. Videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, non ſolũ Iudæi, ſed & noni crucifixores, de quibus Hebr. 6. Rurſum crucifigentes ſibi metipſis filium dei & oſtenti habentes. O q̄ dura querela, durior ſententia, duriffima vindicta erit talibus ingratis peccatoribus. De quo Apoſtol. Hebr. 10. Irritam quis faciẽs legem Moyſi ſine vlla miſeratione duobus vel tribus teſtibus moritur, quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia qui Dei filium conculcauerit & ſanguinem teſtamenti pollutũ duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritu gratiæ contumeliam fecerit? Quarto, propter bonorum exaltationem. nam dicit Beda, Magnum erit gaudium videre cicatrices vulnerum, nam ibi eſt fortitudo martyrum, & ſalus omnium noſtrũ, tunc implebitur illud Ioan. 16. Iterũ videbo vos, & gaudebit cor veſtrum. Quintò, ſeruabit cicatrices vulnerum propter noſtram informationem, vt nos doceret mente portare cum Apoſtolo ad Gal. 6. Ego ſtigmata

Domini

Domini Ieſu in corpore meo porto: & ad Philip. 2. Hoc ſentite in vobis quod in Chriſto Ieſu, ſ. eius paſſionem. nã meditatio dominicę paſſionis eſt remedium cõtra omnia peccata vt dicit Bern. Nihil ita efficeax ad ſanandũ peccatorum vulnera, ſicut meditatio paſſionis Chriſti ſedula. ideo ſi quis eſt frigidus in amando, videat latus Chriſti iuxta cor perforatum & inflammabitur ad amorem. Vnde Cant. 8. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuũ: ſi autẽ tepidus quis eſt in operando, videat eius manus perforatas & incitabitur ad laborem, nã ipſe dicit Iſa. 49. Ecce in manibus meis deſcripſi te. ſi q̄ eſt timidus in aduerſis ſuſtinẽdis reſpiciat pedes perforatos, & armabitur ad ſupportandũ, q̄a dicit Greg. Si paſſio Chriſti inuictur, nil tam graue quod nõ eſſo animo ſuſtineatur, & ſic meditatio Chriſti retrahit à malo & trahit ad bonũ, vnde Bern. Homo ſi vis de virtute in virtutẽ prouehi, ſi vis de gratia in gratiã promoueri, de amore in amorem, de luce ad lucẽ, de bono in melius proficere, paſſionis Chriſti recordare. Nam talibus dicitur, Pax vobis. Pro quo ſciendum dicit Hugo de clauſtro animę q̄ quadruplex eſt pax, ſ. inordinata, ſimulata, inquinata, & imperata. Prima eſt pax inordinata, ſ. cũ ſuperior obedit inferiori, vt ratio ſenſualitati. De quo Prou. 19. Non decet ſeruum dominari principibus, i. carnem ſpiritu. & ſic Adã obediuit Eux, de quo omnis noſtra orta eſt miſeria, vt habetur Gen. 3. Ex eo quòd obedisti voci vxoris & comediſti, &c. maledicta terra. Ideo Gregorius Nazianzenus: Melior eſt pugna quã nos Deo proximos facit, quã pax quã à Deo ſeparat: qualis eſt iſta vbi ſenſualitas dominatur rationi, & caro ſpiritu, de quã Apoſtol. ad Rom. 8. Si ſecundum carnem vixeritis moriemini. Secunda eſt pax ſimulata vt pax Iudæ qui oſculo pacem ſimulabat quã in pectore nõ habebat, cui ſaluator Luc. 27. Iuda oſculo filiũ hominis tradis: Et talẽ exhibuit Ioab Amaſa, 2. Reg. 20. Salue mi frater, & effudit in teſtina eius ex vulnere quo percuffit eũ in inguine. O quã plures ſunt hodie tales. De quibus Pſal. 27. Loquuntur pacem cum proximo, mala autẽ in corde eorũ. Tertia eſt pax inquinata, ſ. eorum qui ſunt cõcordes in mala. De quo Greg. in paſtoral. Sicut multum nocet ſi vnitas de eſt bonis: ſic noxiũ eſt ſi adeſt malis. & ſicut optandum eſt q̄ boni pacem habeant, ita deſiderandum eſt valde q̄ mali cõcordes non ſint: eo q̄ dicit Iſid. Concordia malorum, deſolatio eſt bonorum. Ideo Pſal.

Q. 4

72. Zelauī super inimicō pacē peccatorū vidēs. Quarta est pax imperata, de qua Apost. ad Eph. 4. Solliciti sitis seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis, & hæc pax habēda est cum tribus, s. cum hominibus, cum nobisipsis, & cum Deo. Primò, cum hominibus. De quo Apost. ad Rom. 12. Quantū in vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes, dicit notanter, quantum in vobis est: nam qui verē pacificus est belligerando est pacificus, vnde secundum Aug. Pacem debet habere voluntas, bellum necessitas, hostem pugnantem necessitas perimat & nō voluntas, vt eos quos expugnas ad pacis vtilitatem vincendo perducas. & sicut rebellanti violentia redditur, ita victo vel capto hosti iā misericordia debetur, maximē in quo pacis perturbatio non timeretur. Sic fecit Dauid Sauli, 1. Reg. 24. hinc in Ps. 119. dicit: Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. Secundò, pacem debemus habere cum nobisipsis, de qua Psal. 129. Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem, & 2. Mach. 1. Adaperiat dominus cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis, &c. De qua pace dicit Cassio. Pax vera est concordiam habere cum bonis moribus, & litigare cum malis & cum vitiis, & hæc pax pertinet ad electos, Dei, quam Christus reliquit discipulis in testamento. Io. 14. Pacem meam do vobis, s. pacem cordis. Nam secundum Fulgent. sapientes maiorem pugnam gerūt cum vitiis quàm cum viris: de hac pace dicit Psal. 33. Inquire pacem & persequere eam, & ad Heb. 12. Pacē sequimini, s. cordis, sine qua nemo videbit Deū. Pro quo sciendū, ad habendum pacē cordis multa requirūtur. Primò, peccatorū vitio, non enim potest habere cordis pacē qui male viuit. Vnde Ps. 37. Nō est pax ossibus meis à facie peccatorū meorum: quia scribitur Eccl. 33. Præcordia fatui quasi rota currus: quæ est in cōtinuo murmure conscientia peccatoris. Isa. 57. Non est pax impiis dicit dominus: quia tales iacent in spinis vitiorum & portant onus diaboli. Et vermis conscientia mordet eos, & carent pace cordis. Secundum quod causat pacem cordis est confessionis frequentio. Vnde Isa. 57. Creauī fructum laborum pacem. Et sic acquisiuit pacē cordis Dauid per confessionem delicti. 2. Reg. 12. Peccaui domino. Cui ait Nathan: Transtulit dominus peccatū tuum. Ideo August. O quàm salubre verbum, Peccaui: sunt tres syllabæ, & facit dimittere peccata triplicia, s. cordis, oris & operis. Tertium est iustitiæ operatio. Vnde Isa. 32. Et erit opus iustitiæ pax. Et

Psal.

Psal. 34. Iustitia & pax osculatæ sunt. Nam opera iustitiæ faciunt pacem conscientia, s. cum homo facit quod debet, tūc opera iustitiæ conscientiam excusant. Vnde Isa. 60. Ponam visitationē tuā pacem, & præpositos tuos iustitiam. Quartū est terrenorum moderata occupatio. Nam multa occupatio aufert pacem, de qua Luc. 10. Martha Martha sollicita es & turbaris erga plurima. Dicit nanq; Bern. Sicut puluis iniectus oculis: sic occupatio temporalium facit perturbationē mētis: nam occupatio temporalium causat sollicitudinem. Ideo Greg. Quid laboriosius quàm terrenis desideriis insistere? & quid quietius quàm nihil in hoc mundo appetere? Quintò, q; homo non intronitrat se de non pertinētibus ad se. nam dilatio nimia solet habere scissuram: vt dicit Bern. & Prou. 18. Qui se iactat & dilatat, iurgia concitat. De dilatione tali reprehenditur Petrus, Ioan. vlt. dicente sibi domino: Quid ad te? tu me sequere. Et discipulis Act. 1. dixit: Non est vestrum nosse tempora vel momenta. nam habetur Luc. 11. Qui non colligit mecum dispergit. vbi Aug. Quantò homo cordi suo viciniōr, tantò sit Deo proximior. Sextum est sacra scripturæ dilectio, de qua Psal. 118. Pax multa diligentibus legē tuā. Nam sicut piscis in aqua pacem habet & quietem, extra aquam verò palpitat, vt habetur Tob. 6. Sic cor humanum in aqua sapientiæ salutaris quiescit, extra verò inquietatur. Ideo Hier. Ama scientiam scripturarum, & carnis vitia non amabis. Tertio, debemus habere pacē cum Deo, s. per obedientiam mandatorum. Nam per inobedientiam oritur discordia: sicut habetur Iob 9. Quis restitit ei, & pacem habuit? quasi dicat, nullus. Nam de talibus Psalm. dicit decimotertio, Cōtritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt. Nam secundū Aug. Pax cum Deo est à voluntate Dei non diuidi, & in eis quæ solius dei sunt delectari. Et qui hanc pacem habent, s. cum Deo, tales triplex pax consequitur, s. in extremo iudicio, & in celo. Primò, in extremo: ob id enim Tobias, vt habetur 3. c. orauit, dicens: Et nunc domine secundū voluntatem tuam fac mecum & præcipe in pace recipi spiritum meum. pro hac pace orauit Simeon. Luc. 2. Nunc dimittis, &c. Hanc impij nō habebunt. Vnde 2. Paralip. 15. In tempore illo non erit pax egredienti & ingredienti: sed terrores in cunctis habitatoribus terrarū. Ratio Aug. quia vnaquæq; culpa est sibi ipsi pœna. Secundò, tales habebunt pacem in iudicio. Vnde Isa. 26.

Q. Q. S

Ignis hostes tuos deuoret domine, dabis pacem nobis. Ratio Bern. Nil securius tranquilla conscientia: trahat mundus, doleat corpus, terreat diabolus, illa semper est secura. Ideo Augustinus: Si times iudicium, corrige conscientiam. Talem pacem impij non habebunt, quia dicit Ambros. O quantæ angustia erunt reprobis: si vident sursum, vident iudicem iratum: si deorsum, vident pœnam præparatam: si introrsum, tunc inspiciunt conscientiam vrgentem: si extrorsum, vident diabolum eos accusantē. Tertio, habebunt pacem in cœlo: de quo Isa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, quæ pax nulla rumpitur discordia, de qua Leu. 25. Dabo pacem in cunctis finibus vestris, id est, in cunctis potentiis: dormietis, & non erit qui exterreat: hanc pacem Dei filius carè emere voluit, vt dicit Chryl. Nam pro ea filius Dei passus est, crucifixus, & sepultus. Pro illa pace habenda voluit quasi matrimonium contrahere cum forore nostra, scilicet natura humana vt pacem cœlestem haberemus. Hæc est pax de qua dicit Aug. Quis non desiderat illam pacem, vbi amicus non exit, inimicus non intrat, nullus tentator, nullus seditiosus, nullus fatigans existit: hæc pax cœlestis ciuitatis est ornatissima societas fruendi Deo, & inuicem in Deo: hanc pacem impij nō habebunt, quia de eis dicit Apostolus 1. Thess. 5. Cūm dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Ideo hortatur nos 2. ad Cor. 13. Pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum, ad quem nos perducat, &c.

FINIS.

INDEX.



INDEX ENARRATIONUM
 QUADRAGESIMALIUM
 THESAURORUM
 RI NOVI,

Cuius indicio in promptu est inuenire
 quamlibet, simulque manifestum quæ
 & quot, quibus vel dominicis, vel feriis
 sint accommodandæ.

IN DIE CINERVM.

Conuertimi ad me. fol. 2	Hortamur vos ne gratiam Dei.	31
Cūm ieiunatis. 7	Ductus est Iesus in desertum.	34
<i>Feria quinta post cineres.</i>	Cūm ieiunasset.	37
Aegrotauit Ezechias. 11	<i>Feria secunda post Inuocauit.</i>	
Domine nō sum dignus. 15	Ibunt hi in supplicium æternum.	39
<i>Feria sexta.</i>	<i>Feria tertia post Inuocauit.</i>	
Hoc est ieiunium quod elegi. 20	Eiiciebat omnes v̄dētes. 44	
Diligite inimicos vestros. 22	<i>Feria quarta.</i>	
<i>Sabbatho.</i>	Quicumque fecerit voluntatem patris mei. 49	
Cūm effuderis esuriētī animam tuam. 27	Viri Niniuitæ surgent in iudicio. 54	
Confidite, Ego sum, nolite timere. 28	<i>Feria quinta.</i>	
<i>Dominica Inuocauit.</i>	Amen.	

Amen, amen dico vobis: Omnis qui.
55
Qui facit peccatum, servus est peccati.
57

Feria sexta.

Ecce sanus factus es. 60.
& 64

Sabbatho.

Domine bonum est nos hinc esse. 66

Dominica Reminiscere.

Miserere mei fili David. 72
& 76

Sanata est filia eius ex illa hora. 78

Dimitte eam. 80

Hæc est voluntas Dei. 81

Feria secunda post Reminiscere.

Quæretis me & in peccato vestro. 87

Feria tertia.

Vnus est enim magister. 90

Feria quarta.

Nescitis quid petatis. 94

Feria quinta.

Operamini non cibum qui perit. 97

Feria sexta.

Hic est hæres, venite occidamus eum. 99
Audite somnium meum quod vidi. 103

Sabbatho.

Fili tu semper mecum es. 106

Dominica Oculi.

Erat Iesus eiiciens dæmonem. 110

Tunc vadit & sumit. 111
Beatus venter qui te portavit. 124

Erat Iesus eiiciens dæmonium. 113

Si in digito Dei eiicio dæmonia. 121

Estote imitatores Dei. 125

Feria secunda post Oculi.

Nulli leprosi erant in Israel. 128.

Feria tertia.

Vbi duo vel tres congregati fuerint. 134

Feria quarta.

Quare vos transgredimini mandata Dei. 138

Feria quinta.

Omnes qui habebant infirmos. 143

*Feria**Feria sexta.*

Domine da mihi hanc aquam ut non sitiam. 147

Sabbatho.

Vade & iam amplius noli peccare. 152

Dominica Latere.

Accipit Iesus panem & gratias agens. 154

Accipit Iesus panes. 158

Est puer hic vnus. 160

Illa autem Hierusalem. 162

Hic est verus propheta. 165

Feria secunda.

Nolite facere domum patris mei. 166

Feria tertia.

Ascendit Iesus in templum. 171

Feria quarta.

Vade ad natatoria Siloë. 178.

Feria quinta.

Cum audissent quidam de turba. 182

Feria sexta.

Lazarus mortuus est. 185

Sabbatho.

Ego sum lux mundi. 191

Dominica in passione.

Si veritatem dico, quare non creditis mihi? 194

Tulerunt ergo lapides ut iacerent in eum. 195

Quis ex vobis arguet me de peccato? 196

Tulerunt lapides Iudæi ut iacerent in eum. 200

Si sanguis hircorum & taurorum. 201

Si sanguis hircorum aut taurorum. 204

Feria secunda.

Quæretis me, & non inuenietis. 205

Si quis sitit veniat ad me. 208

Feria tertia.

Quærebant Iudæi eum in die festo. 210

Vos ascendite ad diem festum hunc. 213

Feria quarta.

Oves meæ vocem meam audiunt. 215

Sed vos non creditis. 219

Feria quinta.

Remittuntur tibi peccata multa. 221

Feria sexta.

Expedi vobis ut vnus moriatur homo. 222

Exped

I N D E X.

Expedi vobis vt vnus mo- riatur. 225	Exemplum dedi vobis. 264
<i>Sabbatho.</i>	Surgit à cœna & posuit. 267
	Surgit à cœna. 270
Subleuatis oculis in cœlum. 227	Homo quidam fecit cœnam 272
Sermonem meum seruaue- runt. 232	<i>In die Parasceues.</i>
Pro eis rogo non pro mun- do. 233	Sciens Iesus. 276
<i>Dominica Palmarum.</i>	Secundum legem debet mo- ri. 281
Turba multa quæ conuene- rat ad diem. 237	<i>In vigilia Paschæ.</i>
Ecce rex tuus venit. 237	Venit Maria Magdalene. 279
Plurima autem turba. 238	
Hoc sentite in vobis. 241	
<i>Feria secunda.</i>	<i>Dominica paschæ.</i>
Ante sex dies paschæ. 249	Surrexit non est hîc. 295
Si exaltatus fuero à terra. 249	<i>Feria secunda paschæ.</i>
<i>Feria tertia.</i>	Surrexit dominus verè. 298
Ego quasi agnus manfuc- tus. 252	<i>Feria tertia paschæ.</i>
Hic est sanguis meus noui testamenti. 254	Pax vobis, ego sum. 301
<i>Feria quarta.</i>	<i>Dominica prima post pascha.</i>
Vulneratus est propter ini- quitates nostras. 258	Gausti sunt discipuli viso domino. 305
<i>In cœna domini.</i>	
Probet autem seipsum ho- mo. 258	

F I N I S.

